

Sic est PAVLINI *facies: viri cetera: prudens*
simplicitas celebrem fecit in orbe Virum.
Purâ mente nitet: laudabit dextra fidesq; ;
hinc labor & candor tot monumenta struunt.

A. Schopf M.D.

CHRISTIANI FRANCISCI PAULLINI

ΜΟΣΧΟΚΑΡΥΟΓΡΑΦΙΑ,

seu

NUCIS MOSCHATÆ

CURIOSA DESCRIPTIO,

HISTORICO-PHYSICO-MEDICA,

Multis rarioribus Naturæ & Artis observationibus, amœnis curiositatibus, & selectis memorabilibus illustrata & confirmata. Cum Indicibus & Autoribus Vitæ.



FRANCOFURTI & LIPSIÆ,

Impensis JOH. CHRISTOPH. STÖSSELII,

Bibliopol. Erffurt.

ANNO MDCCIV.

Typis JOH. HENR. GROSCHII.

1704


WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY


Dr Gærtner.



ÆQUO
ET PRUDENTI LECTORI
Salutem & gaudium in JESU Crucifixo!

VErè & ſincerè *D. Joann. Bona* è monte Regali Congreg. reform. S. Bernardi Ord. Ciſt. Abbas Generalis: a) *Ut aliarum rerum, ſic quoque literarum intemperantia nos vexat. Nullus librorum eſt finis. Inſtruuntur Bibliothecæ ad ſpectaculum potius & ornatum, quàm ad uſum legentium. Vix librorum indices totâ vitâ legere poteris, quamvis multos vixeris annos. Inter hos multi ſunt mali & pernicioſi, multi indigni, qui legantur: multi vani & imperiti, quos cùm diu*

a) Manuduct. ad cœlum c. 18. p. m. 199.

perlegeris, nihil ſcies. Quæ licèt veriſſima ſint, magna tamen me ſubit admiratio, neminem hactenus tot Eruditos inter & Curioſos *Nucem Moſchatam* ſolidiùs, &, ùt vulgò loquimur, ex profeſſo enucleâſſe, cùm tamen vires ejus efficisſimæ ad univerſi corporis medelam fauſtè ſe extendant, unicum ſi excepero *Joann. Henricum Dietzicum*, Mœno-Francofurtenſem, qui in Illuſtri Univerſitate *Gieſenſi* de *nuce* noſtra publicè diſputavit, cujus induſtriam commendo, licèt ſeriùs, confecto demum opere meo, diſertationem ejus videre mihi contigerit. Itaque rei curioſitate motus, monente Collegio, cui dudum fidem & obſequium promiſi, in Inſulas *Bandenſes* nuper profectus ſum, ſaluberrimum fructum decerpſi, decerptum curioſiùs examinavi, examinatum de-

niqve

nique hîc Tibi ſiſto. Prudenter enim *Salluſtius:* b) *Is mihi*, ait, *vivere demum, atque frui anima videtur, qui aliquo negotio intentus, præclari facinoris, aut Artis bonæ famam quærit.* At at, inſurgent ſubitò magno boatu blaterones & oggannient; codicem hunc alicujus laboris, ſed exigui judicij ſobolem eſſe, cùm tantùm non omnia ex charta in papyrum translata ſint. Os ſtulti ſemper eructat *fatuitates* ſuas. c) Præfixæ mihi leges & methodus, quas tranſilire religio fuit. Si igitur feci, quod debui, quid murmuras calumnia? *Facilè adducor*, infit cordatisſimus *Zvvelferus*, d) *ut credam, ſi à tot ſeculis elapſis vel Medicorum innumeri unum ſaltem ſubjectum Medicum, aut ſimplex, intimè magis & penitiùs exploràſſent, prout veneranda egit Antiqui-*

b) in conjurat. Catilin. c) Prov. XV. 2. d) in append. ad animadverſ. p. m. 53.

tiquitas, pridem jam Ars medica perfectionis culmen attigiſſet longè faciliùs, quàm compilatione tot tamque diverſarum rerum & compoſitorum indiſtinctâ farragine. Alij mordebunt allegata mea. Sed miſelli iſti Socij neſciunt, quid faciant, garriantvé. Qvid mihi cum libris, ſi non eorum concedatur uſus? quorſum multa lectio, ſi non datâ occaſione ejusdem applicatio? Non nemo odit roditque fortè nomina ægrotantium in obſervationibus meis aliquando ſpecialiter dicta. Verùm *nonneminem, nonnullum, quendam* pro ſingularum & omnium obſervationum ſuppoſito deſignâſſe, ſuſpectum minusque authenticum eſt, cùm quilibet circumforaneus, & ſubdoctus quisquis tenebrio tale obſervationum genus effingere & divulgare qveat, reſpondet Doctiſ-

ſimus

ſimus *Binninger.* e) Nec plebeja re- remedia aliquando innexa temere fa- ſtidiet prudens Lector. Non ſum neſcius, ajebat *Bartholinus* noſter, f) quosdam *arcana* ejusmodi contem- nere, nec multùm de ijs laborare, methodo medendi contentos. Ve- rùm hoc eſt faciendum, & illud non omittendum. Non rarò in caſu de- ſperato nobile aliquod deſideratur auxilium, imò non pudebit etiam ab aniculis & barbitonſoribus viliora ex- perimenta expilcari, modò *probata* & ſœpè cum ſucceſſu uſurpata ſint; quod idem monitum erat *Höferi.* g) Dixe- rim cum vate Bilbilitano: h)

Rumpitur invidia, quod amamur,
quodque probamur,
Rumpatur, *quisquis* rumpitur in-
vidia.

e) in præf. ad Lect. obſ. ſuar. f) Ciſt. med. p. 270. g) Hercul. med. L.II. c. 2. h] L.IX. epigr. 99.

Ceterùm ſicubi ceſpitavero, ſeu lapſus fuero, moneas velim, inque viam reducas errantem. Nemo ſiquidem tam *lynceus* eſt, qui *in tantis tenebris nihil offendat, nusquàm incurrat.* i) Cura, mi Lector, ut bene vivas, ſicq; rem tuam agas feliciter! Non potes autem bene vivere, niſi quotidie moriare. Scripſi *Ferrariæ* Thuringorum ipsô *Coſmæ* & *Damiani* die, Fratrum nobilium Medicorum Arabum, & Martyrum, anno θεοτοκίας M.DCCIII.

i) Cicero L. IX. Famil. ep. 2.



Doti-



Dotibus ùt'varijs *Nux ungventaria* pollet,
Quæ *Moſchata* aliàs, ſeu *Moſchocarydion* audit,
Quæcapiti,cordi,ſtomacho præſtare levamen
Creditur,atq;alvi potis eſt compeſcere fluxũ:
Qvæ minuit ſplenem,quæ fætum recreat,oris
Fœtorem tollit: quæ flatus diſcutit, omni
Proficua ætati; ſexus quam laudat uterq;:
Unde *polychreſtum* medicamen jure vocatur:
Sic, *Paulline*, tuis prodeſſe laboribus inſtas
Omnibus, & ſcriptis, quæ magni doctior Orbis
Æſtimat, atque tuum vehit alta ad ſidera nomen.
Macte, *Vir inſignis*, tantis virtutibus: implet
Solis utramque domum tua fama, nec ulla tacebit
Ætas,quas meruit Tibi debita gloria, laudes,
Gloria tantorum penſatrix alma laborum.

Excellentisſimo D.D. *Paullini*, Fautori & Collegæ ſuo honoratisſimo, de edito denuò eleganti tractatu ex animo gratulatur

D.Georg. Chriſtoph. Petri ab Hartenfels,
S.Palat.Cæſ.Comes,Conſil.& Archiat.El.Mog. Conſul Primarius & Phyſicus Erfurtenſis,Univerſitat.&Facult.Med,Senior, P.P.&P.L.C.

Somnia

SOmnia quisque hodie sua *pingit* & inclyta *fingit*,
Ac *lingit* sordes antè retroque suas.
Mingit & in patrios cineres idiota *bovinus*,
Nil rectum, nisi quod fecerit ipse putans.
Tu nil *pigmenti* aut *figmenti* exponis, *ARION*,
Singula sunt vera ac docta, jucunda, bona.
De *nuce moschata* primus jam disseris amplè,
Sicq; *cedro*, ac longo *marmore* digna facis.

Veteris amicitiæ ergò

J. A. L. D.

ECquando sapienti sat tolerâsse labores
Herculeos, toties ultrò impallescere chartis?
Dic mihi, sed verè, quando sat prata biberunt?
Otia sed *labor* & *candor* fastidit, & ultrà
Plus graditur, nunquâm docilis solertia cessat.
Nux Moschata mihi testis tot certa laborum.
Bufonem, *talpam*, ac *asinum*, *leporemque*, *canemque*,
Theriacam cœlestem, *lumbricumq*; *jalapam*.
Salviam & *angvillam*, cum *viva morte*, *flagellum*,
Monstrâsti nobis (ceu pignora cara) *salutis*
Observata, *lupum* largitus, amabile *Stercus*,
Delicias varias, *annales*, *geographiam*.

Sin-

Singula quid referam? docto notisſima mundo.
E *nuce moſchata* nova nunc Tibi adorea ſurgit,
Creſcit honor, nomenq; Tuum ſuper æthera fulget.
Quam bello nobis explanas ordine cuncta,
Nec minimum intactum locuples tua penna relinquit.
Applaudunt omnes Naturæ ac Artis alumni,
Et multos annos, & candida fata precantur.
Longiùs aſt ego nolo tuas contexere laudes,
Cùm *labor* & *candor* tuus hâc me faſce levârint.

Ex amica manu
Georg. Roſenvvalds, M.D.



IN nuce Mœonides; labor ingeniumque venuſtum;
Si nucleum tu vis eſſe; ohe, frange *nucem*.
Frange *nucem*; fractam doctis prudentibus offer,
Svavia ſic illis fercula nonne dabis?
Sparge nucem: Sparſam, ceu raram, colliget orbis,
Et reddet grates atque pæana Tibi.

Gra-

Gratulor ex animo: vivas feliciter orbi
Atq; Deo! mihi ſic Magnus *Arion* etis.


T.

Auguſtin. Schopf D.

VEndibili haud opus eſt *hederam* ſuſpendere *vino*,
Cùm *proba merx* juſtum det ſibimet pretium.
Volve, revolve librum, tibi lectio lecta placebit,
Pagina quæque mihi pondere plena ſuo.
Vivat, jo vivat! celebrisque ſuperſit *Arion*!
Sic *bona* prudenti pandet ubique *nova*.

M. Elias Daxberger.





Nuces moschatæ variæ cum floribus.



CHRISTI FAVENTE PATROCINIO!

SECTIO PRIMA,

QVÆ

PHILOLOGICO-HISTORICO-PHYSICA,

CAP. I.

NOMEN EXHIBET.

§. I.

VEtus eruditæ Antiquitatis adagiū: πρὸς τὸ ὀρθῶς διδάσκειν πρῶτον ἐξετάζειν δεῖ τὰ ὀνόματα. Sunt enim hæc σύμβολα τῶν ἐν τῇ ψυχῇ νοημάτων. a] Rectè igitur *Plato*: b) ὃς ἂν τὰ ὀνόματα εἰδῇ, εἴσεται καὶ τὰ πράγματα, *nominum qui ignarus, gnarus etiam rerum est.* In omnibus siquidem, de quibus quæritur, *ad rationem oportet assumi ipsum nomen; hôc enim in rei cognitionem venimus.* c) Recto igitur tramite progressuri, geminum rubri nostri vocem exami- *à nomine initium;*

a] Arist. L. I. περὶ ἑρμηνείας c. I. b) in Gorgia; c) Gal. I. M. M. c. 5.

minabimus. Etenim qui è nuce nucleum esse vult, frangat nucem. d] Cumque secundùm *Pindari* sententiam, e] ἀρχομένυ ἔργυ πρόσωπον χρὴ θέμεν τηλαυγές: *incipiente opere, frontispicium oportet facere præfulgidum*, veniam dabis in vestibulo latiùs discursuro. Nihil enim ad nos veterum superstitio, queîs religio erat *in janua loqui*. f) Et quia, monente Dictatore nostro, g) εὔχεσθαι πρέπον καὶ λίην ἀγαθόν ἐστι, *orare decorum & valde bonum est*, omnes siquidem, qui vel tantillum mentis habent, cùm aliquid magnum seu parvum aggrediuntur, θεὸν ἀεὶ πυ καλῦσιν, semper solent Deum invocare; h) Tu ergò

O Trinitas Sanctissima,
Veni mihi promtissima,
Indens acumen sensibus,
Ne labor sit frustraneus!

Etymol. §. 2. Nux à *nocendo* quibusdam dicitur, quod dentibus, dum frangitur, *noceat*, dicente *Perotto*, seu, ut nos existimamus, à nucis juglandis *nocumento*, cujus umbra pestilentialis creditur, vel quod satis *noceat*. Hinc ipsa apud Ovidium: quoniam

sata

d) Plaut. Curcul. a. I. Sc. 1. v. 55. e] Olymp. 6. f) Vid. Cœl. Rhodig. L. XV. c. 23. g) L. de Insomn. c. 2. t. 12. h) Plato in Timæo.

- - sata *lædere credor*,
cultus in extremo margine fundus habet.

Vel imitatione Grajorum, qui eam Κάρυον vocant à *gravedine capitis*. Κάρα enim caput significat. Scribit *Plutarchus*: i) ideo nucem κάρυον dici, quod spiritum gravem soporemque incutientem profundum exhalans lædat eos, qui sub ea recumbunt. Constat sanè, (verba sunt *Martin.* k) *arborum ipsarum foliorumque vires in cerebrum penetrare.* Nuclei quoque ejus pernitiosi sunt, stomacho inutiles, difficiles concoctu, dolorem capitis inferentes, tussientibus inimici. Hinc versus Scholæ Salernitanæ.

Unica nux prodest, nocet *altera*, *tertia* mors *est.* l)

Sunt, qui de diversis nucum generibus interpretantur sensum versûs, & per *primam unicamvé*, quæ *prodesse* dicitur, intelligunt *moschatam nucem.* Hæc mirificè cerebro, stomacho & utero prodest. Per *alteram nocentem* capiunt vel *avellanam*, seu *juglandem*. Utraque enim esitata largiùs symptomata varia inducit, rebellis stomacho, descendit ægrè, dura ejus atque solida substantia, (inprimis exsiccata,) parùm nutrit, bilem auget, capiti insidiatur. m) Per *tertiam*, quæ *mortem* inferre prædicatur,

 in-

i] L. III. Symp. 1. k) in Lexic. Philolog. l) Vid. Sebiz. L. II. de alim. fac. p. 295. m) Id. l. c. p. 293. seq.

innuunt *metellam*. Nux officinarum *Metel* fructus peregrinus apud *Clusium*. Hæc namque juxta *Ibn Sina* n) venenata & narcotica, cerebro cordique inimica est. De hac Matthiolus sic scribit : *pota quatuor granorum pondere cum vino fortem facit ebrietatem, duarum verò drachmarum pondere hausta statim interimit; nisi succurratur epoto calido butyro, vomitu & aqua calida &c.* De una tamen & eâdem nuce, maximè juglande, versum eò referunt, ut paucas numero, citra denarium consistentes, per secundam plures, perque tertiam immodicè ingestas notent. Primam expositionem propiùs accedere ScholæSalernitanæ, statuit Sebiz. o) mox discedit â se ipso, & pro prima accipit *juglandem*, atque *avellanam*, per secundam *vomicam*, per tertiam *lethiferam metellam*, de qua plura *Clusius*. p) Sed quid ambagibus opus ? cum Salernitani ipsi sic exponant : secundum hanc interpretationem nux *prodesse unica* dicenda est, quod viridium ac recentium nuclei decorticati, & ante alios cibos sumti ventrem leniter subducant, torrefacti verò aliquantulum, à cibo reliquo commanducati, ciborum in corpus distributionem adjuvant. *Altera nocere*, quòd convictu sint difficiles, ac immoderatiore usu caput tentent. *Tertia* verò *mortem* inferre, quòd præter jam dicta incommoda δυσεντερίαν

etiam

n) L. II. can. tr. 2. o) l. a. p) in excotic. L. II. c. 30.

etiam, ad istum ingestæ modum, generent: quæ nisi præcipiti & compendiario auxilio cohibeatur, mortem brevi inferet. Quid clarius? si ad nucis species referendi *tribuli aquatici*, incommoda ista haud speranda sunt. Ceterum quantopere usibus inserviant humanis tribuli isti, ex *Timæo* q) & *Kirchmeyero* r) videmus.

§. 3. Narrat *Ovidius Montalbanus*, s) rusticum quendam, cum sub *nucis* arboris umbra somnum caperet, paralysi laborare cœpisse, pauco post tempore, dum sub umbra *quercûs* dormierat, iterum sanatum fuisse. Et rustica cùm sub umbra *nucis* arboris dormitâsset, insomnijs à dæmone opprimi & verberari sibi videbatur, & præ timore expergefacta, cùm sub *nucis* umbra se cubâsse videret, semidormiens perterrita à malo spiritu se correptam prædicans, domum reversæ, febri superveniente, omnes ferè capilli decidêre. t) Ita verè cecinit *Lucretius*: u) *Umbra noxia*

Arboribus primùm certis *gravis umbra* tributa,
Usque adeò, *capiti* faciant ut sœpe *dolores*,
Si quis eas sûbter jacuit prostratus in herba.

De noxia *tamarindorum* umbra, nec non *buxi*, ta-

q) append. ad L. VI. epist. med 5. p. 399. seq. r) disp. de tribul. aquatic. s) vid. Ephem. Erudit. IX. aô. 1668. 12. Nov. t) M. Donat. H. M. M. L. I. c. 1. u) L. VI.

taxi, nucis &c. vide *Schenck.* vv) & *Donat.* x) Dedit nobis Excell. Dn. *Grünberger*, Mathes. Prof. in Electorali Francofurtana cis Viadrum, judiciosissimam disputationem *de Umbra*, y] in qua salutiferas & noxias plantarum umbras recenset. z) Ideò qvod *Plinius* a) de satis, ego de hominibus assero; *quibusque umbra, aut noverca est.* Quæ verò *Grünberger* de quercubus propè pagum *Ratsche*, tribus quartis à *Witstockio* ad fontes amnis *Donsæ* distantem, ex relationibus Hamburgensibus repetit, b) egoq; ex eo transscripsi, c) ficta sunt, in secunda igitur editione istius voluminis à me correcta,

- - *solet esse gravis* cantantibus *umbra*,
juniperi gravis umbra. d)

Unde *lethæum ramum* vocat *Val. Flaccus.* e) Ego probo lectionem *Titij*, qui *cunctantibus* legit, quasi dicat Vates; surgendum à cantu, quòd umbra adventantis noctis gravis sit atq; adeò Juniperi arboris, quæ alioqui grata, si in noctem sub ea cuncteris. f) De *taxo* scribit *Dioscorides*, g) in Gallia Narbonensi tàm præsentis esse veneni, ut si qui dormiant sub ea, aut in ejus umbra subsideant, lædantur sæpiusq;

vv) L. VII obs. 143. seq. x) l. c. y] aō. 1684. z) c. 2. §. 4. a) L. XVII. c. 12. b) §. 7. c) P. I. Zeit Kürtz. erbaul. Lust Th. 153. d) Virg. eclog. X. v. 53. seq. e) *L.* VIII. v. 84. f] vid. comm. Taubman. ad h. l. g) L. IV. c. 80.

usque moriantur. *Jul. Cæsar.* h) quæ in Germania & Gallia provenit, noxiam esse docet. Quippe *Cativulcum*, Eburonum Regem, ætate jam confectum, cùm laborem belli aut fugæ ferre nequiret, *taxo* semetipsum exanimâsse testatur. Sunt tamen, qui in hac vel illa saltem plaga noxiam notârunt, & quidem tempore florum. In Anglia innocuam decernit *Pena*, i) & in Belgio *umbra* ejus periculo caret. k)

§. 4. Contra arbores quasdam effluvijs suis naturalibus mirè prodesse, ut etiam *umbra* earum salutaris existat, sequens historiola ab Amplissimo Viro Dn. *Matthia* Hassen/ S. R. M. Dan. ac Norvvag. in Colleg. Bellico, Camerario expeditissimo, Hospite meo Hafniensi honorando, communicata docet. Vidit is in Dithmarsia, patria sua, annosam *tiliam*, sub qua florente cùm aliquando paupercula mulier cum puello *epileptico*, durante paroxysmo, consedisset, pusio gratâ *umbrâ* & *fragrantia* arboris ad somnum irritatus per bihorium svavissimè quievit, morbo feliciter abacto. Repetitum id crebriùs, semper cum successu, nec ratione caret hoc tentamen. Nec prætereundum est magnum prodigium de *nuceo crucifixo*. quo de relatio Leodii anno 1622. apud *Leonh. Streel* impressa est. Scilicet in pago *Reyst*, inter Trajectum & Tungros

& salutaris,

Nuceus crucifixus,

h) L. VI. B. G. p. 176. i) in Adversarijs k) Dodon. Pempt. VI. L. I. c. 10.

gros ſito, miles quidam, relictis domo liberis, Hieroſolymas profectus eſt, & incolumis rediens liberis munera diſtribuit. Cumque una filiarum tunc abfuiſſet, & poſtea à Patre munus quoque petiiſſet, nucem ipſi dedit, quam juxta ſepulcrum Domini Hieroſolymis reperiſſet. Hanc *nucem* cùm horto Patris ſui implantâſſet, ex ea imago *Crucifixi* excrevit, quæ ad oppidum Trajectenſe ſuprà Moſam, Leodicenſis *Diœceſis*, in ſolenni monaſterio *Albarum Dominarum*, Ord. *S. Mar. Magdal. de Pœnitentia*, per puellam idem monaſterium ingreſſam apportata eſt, ibidemque aſſervatur. Forma dicitur eſſe altitudinis & ſtaturæ communis hominis, habens defluentes crines,& barbam, manus clavatas, & pedes duobus clavis fixos, lato velo tegi femora: coloris eſſe nucei, prout ipſe totus nuceus eſt. Aſſervatur in quodam altari in Aquilonari Eccleſiæ parte. l) *Carolus Franciſcus Doble*, è Diœceſi Leodienſi ortus, ex Minorita olim Paſtor Evangelicus Mosbaccenſis, Amicus meus, multa ſpecialiter de hoc crucifixo, quod ſæpius viderat, mihi narravit: Alia inter, quòd ſola ejus *umbra* aliquot *epilepticos* & *hernioſos* perfectè *curârit*. Sed ad *nucem meam*.

§. 5. Ipſa publicè de ſe:

Nil

l) Vid. append. ad Dec. I, ann. I. Eph. Germ. Curioſ. p. 270.

- - sum sine crimine vitæ :
Nil ego peccavi, nisi si peccare videtur,
Annua cultori poma referre suo.

Indignabunda tandem in fine libelli *de nuce* omnibus transeuntibus acclamat:

Si merui, videorque nocens, exscindite ferro,
Nostraque fumosis urite membra focis.
Si merui, videorque nocens, imponite flammas;
Et liceat misera dedecus esse semel.
Si nec cur urar, nec cur exscindar, habetis;
Parcite.

Convictores *Molleriani sic:* m)

A noceo *nomen quamvis videatur habere*
Nux, *tamen illa recens si fuerit, bona erit.*

Varronis ineptiæ, §. 6. Inepta *Varronis* etymologia, cui *nux* qs. *nox.* Uti enim hæc aërem, sic illius succus corpus facit atrum, n) intelliget succum exterioris corticis, qui denigrat. Vox hæc communiter attribuitur omnibus, quæ duro teguntur operimento, ut sunt pineæ, avellanæ, juglandes, amygdalæ, castaneæ; o)

Castaneasque nuces, *mea quas Amaryllis amabat,* p)

derivatio græca, licèt alii cum *Plinio* q) glandes inter reponant, strictiùs verò de juglandibus & avellanis tantùm dicitur. CL. *Martin.* vocem *nucis* mavult referre ad græcam originem

m) in mensa sua Poët. p. 24. n) L. IV. de L. L. o) Isid L. XVII. c. 7. p) Virg. eclog. II. v. 52. q) L. XV. c. 23. & 28.

νύξαι, quod à *νύσσω*, *pungo, cædo, percutio, scalpo, rodo* & *frango*, quia pungendo & percutiendo aperitur & rumpitur, ut ad nucleum perveniamus. Et unde melius *nuci* nomen, quàm à putamine ligneo, quod *νύσσεται, ξύεται* putatur i. e. rescinditur & abjicitur? In aliis enim, quæ *putamina* dicimus, cortices potius sunt & tegumenta tanquam pelles. Hîc in nuce *putamen* propriè dicitur. *Nucleum amisi, reliquit pignori* putamina. r) *Nuces relinquere*, est, omissis studiis nugisque puerilibus, ad graviora magisque seria se convertere, s] idemque est ac *nuces spargere*. *Sparge* marite *nuces*. t] Nuptiis olim religiosæ erant: pueris siquidem spargebantur, teste *Catullo*: u]

Nuces spargere,

Da nuces *pueris iners.*
concubine, satis diu
lusisti nucibus, *lubet*
jam servire Thalasio,
concubine nuces *da*.

Sponsus, ut adventus Sponsæ felicior esset,
Spargebat pueris *poma* nucesque *suis*,

canunt compransores *Molleriani*. vv) Grammatici varias hujus rei causas assignant, quas prætereo. Audite modò *Plinium*. x) Nuces juglandes *quanquam & ipsæ nuptialium* *Fes-*

r) Plaut. Capt. a. III. sc. 4. v. 122. s) Pers. sat. I. v. 10. t) eclog. VIII. 30. u) in epithalamio Juliæ & Mallii, vv) l. c. x] L. XV. c. 22.

Fescenninorum comites, multùm pineis minores universitate, eædemque portione ampliores nucleo: nec non & honor his naturæ peculiaris, gemino protectis operimento, pulvinati primum calycis, mox lignei putaminis, quæ causa eas nuptiis fecit religiosas, tot modis fœtu munito, quod est verisimilius quàm quia cadendo tripudium vim soni faciant. Ita emendavit *Joseph. Scaliger* ad Festum: cùm prius legeretur; *tripudium sonumvè faciat.* Vide sîs etiam *Taubmann. comm. in Virgil.* y) *Nuces Saturnalitias* edidit *Andr. Sanftlebius*, quas tetigit ode *Tscherningiana* in natalem conjugis illius *Magdalenæ.* z)

Was noch übrig ist zuschliessen/
das verschieb ich ietzt dahin/
biß ich Gast zugegen bin/
aber nur ein Gast zu Nüssen/
die der ander Ihr gestreut/
glaubt dergleichen Speissen/
die man holt von Weissen/
schmäcken über lange Zeit.

Nußdorff oppidulum ad Danubium. Cumque simplex Antiquitas in vigilia natalis Christi soboli suæ jejunium persvadeat, inde omninò futurum promittit.

Dentur probis ut munera,
Nuces, *libri, pecunia,*

Sed

y) p. 80. z) im Früling teutscher Gedichte p. m. 340.

Sed improborum præmia
Sunt nil, nisi putamina. a)

homonymia, §. 7. Varia autem *nucum* genera. Facilius enim intelligitur quid sit id, quo de agitur, si explicatum sit, quot modis dicatur, ait *Aristoteles.* b)) est *nux avellana,* Hasel-nuß/ *pontica, Prænestina, nux minima,* Pompejo *nucula,* λεπτοκάρυον, *qs. exigua nux,* c) etiam *heracleotica,* nisi cum Macrobio *castaneam* per hanc intelligere velis. *avellana* Arbor, in qua nascitur, est *corylus.* Avellana olim *Abelliana* ab *Abellino,* seu *Avella,* vel *Abella,* d) Campaniæ oppido, ubi abundant, e) cujusque meminit *Silius.* f) *Pontica,* κάρυα ποντικά, g) quia in Italiam, Asiam, Græciamque ex Ponto venêre. h) *Prænestina,* quòd illis nucibus obsidionem Hannibalis in summa annonæ penuria incolæ sustinuerunt. i) In Insula *Huena* (Wern) integra reperitur silvula è corylis consita, quæ avellanæ nunquam à vermibus arrodi dicuntur, teste etiam *Mart. Zeilero.* k) *Olaus Olai,* Nidrosiensis, commili-

a) Vid. Wilckii ἑορτογραφίας Part. prior. p.16. b) Top. I. c. 14. c) Dioscor. L. I. c. 142. d] Virg. VII. æneid. V. 740. e) Plin. L. XV. c. 21. f.) L. XII. conf. Isid. L. XVII. c. 7. g.) Gal. L. II. de alim. fac. c. 28. h) Plin. L. XV. c. 22. i) Nonn. L. I. de Re cibar. c. 43. p. 139. k) in descript. Dan. & Norvvag. p. m. 250.

lito meus in Regia Universitate Hafniensi, attulit mihi olim tres integros amplosque pileos talium plenos, quas omnes & singulas, curiositatis gratiâ, meâ manû aperui, at in nulla (certa dico) *vermiculum* deprêndi, ut rumor publicus aliquid ponderis habere videatur. Admiranda præstitit *Mart Ruland.* *oleo* suô *ligni Heraclini*, cujus dextram præparationem D.*Hagedorn*, Amicus quondam noster, in secretis Ejus spagyricis l] dabit. De veneficio callidè castigato nuper egi in *Hist.Visbeccensi.* m) Certè *Joannes Agricola* n) de baculo *corylino*, ipso die Parasceves, ante Solis ortum, tribus ictibus cæso, stupenda refert, si ægrotantis indusium, sudore ejus adhuc madidum, baculo isto fortiter percutias. Quæ verbera sentiens illicò saga, culpam mox deprecabitur. Balsamum contra veneficia probatissimum *Henr. ab Heer* è tribus truncis visci *corylini* adhuc virentis repetit L. *Jungken*, Physicus Lib. & Imperial. Reip. Francofurtensis. o) De nova & insolita fracturarum, contusionum, hæmorrhagiarum cura, solo baculi *corylini* attactu facta, vide Borell. p) Eruditus Juvenis M. *Samuel Coryli*, aliàs Nitschman / Thorucio-Hungarus, virgas, seu baculos Sancti Patris Jacobi ex *corylo* fuisse

l) c. 22. m) §. 99. n) in chirurg. parv. o) in Medico præsenti seculo accommodand. p. 709. p) C. III. obs. 77.

ſe, nuper in Illuſtri noſtra Salana animoſiùs defendit. In Regia inauguratione Bohemica moris fuit, ex nuceto Stadicenſi menſuram unam *nucum* effundi, quem adhuc cum *Ferdinando III.* ſervatum refert *Balbin.* q) idque in memoriam *Premsyli* I. veteris Regis Bohemiæ, ac Libuſſæ mariti, quem *Stadicenſem* incolam ab aratro ad Regnum vocatum, ſtimulum *colurnum* plantæ modo in terram pepigiſſe, huncque puncto temporis in *corylum* coaluiſſe, ternis ramis frondentem, quorum duo illico exaruerint, tertius nuces etiam *avellanas* oſtenderit, Hiſtoriæ Bohemicæ referunt. r) Narratque porrò *Balbinus* ex *Pulkawa*, vetuſto Autore, in ſilvula illa quotannis nuces fœcundiſſimè provenire, ac nunquàm caſſas eſſe, aut vermibus lædi. ſ.) II.) *Nux baſilica*, Κάρυα βασιλικὰ regia, juglans, Perſica, quia è Perſide à Regibus translato, germ. Welſchenuß / Saxonicè Wallnot qs. Walonica. Graji ſimpliciter κάρυα vocant, quòd καρυβαρίαν, capitis gravitatem, inferat, t) quod tamen ipſa arbor facere creditur.

juglans

q) Hiſt. Bohem. L. I. c. 10. r) Vid. Dubrav. H. B. L. II. f. 9. Add. Piccart. obſ. hiſt. Polit. Dec. IV. c. 3. p. m. 187. Hagecius Chron. Bohem. p. 17. Becmann. Synt. Dignitat. Illuſtr. diſſert, V. c. 2. §. 11. p. m. 569. ſeq. ſ) c. 1. f. 79. t] Plin. L. XV. c. 22. & L. XXIII. c. 8.

tur, Juglans qs, *Jovis glans*, Διὸς βάλανος, quia Jovi consecrata erat, seu *glans juvans*. Inde adagium: *Homerus in nuce*, seu *Parnassus in nuce*, ie. opus Prosodiacum D. *Olai Borrichij*, Hafniæ annô M. DCLIV. impressum: & *Philosophia prima in nuce* nuper Erfordiæ edita à *M. Thoma* Forstmann Susatô Westfalo. III.) Nux *græca*, *Thasia*, à Thaso, Insula maris Ægei, u) ἀμυγδάλη Mandel / κάρυον πλατὺ, nux lata. vv) *thasia*,

Non est nux, Thasiâ nuce *quæ sit gratior esu*,
Adde uvas passas, *ambrosiæ instar erit*,

ajunt Convictores *Molleriani*. x) Prognosticon futuræ & ubertatis & sterilitatis à floribus amygdali sumtum habemus apud Maronem; y)

Contemplator item, cùm se nux plurima *silvis*
Induet in florem, & *ramos curvabit olentes*.
Si superant fœtus, *pariter frumenta sequentur*,
Magnaque cum magno veniet tritura calore:
At si luxuriâ foliorum exuberat umbra,

ne-

u) Macrob. L. III. c. 18. vv.) Casaub. in Athen. L. II. c. 13. x) in mensa poëtic. p. 24. y) I. Georg. v. 187.

Nequicquam pingues paleâ teret area culmos:

Ubi per *nucem plurimam* Taubmann in comment. *longam* intelligit, *amygdalam*, seu fructum, sive arborem. IV.) *Nux Sardiana* dicitur *castanea*, quod Sardibus primùm provenerit. z] *Lopima* a) à λέπος cortex. Rectè *Macrobius* b) unaquæque natio indidit *nuci* nomen ex *loco*, in quo nascitur copiosior. De nucibus *pineis, pistaciis* & *fagi* vide; si placet, *Sebiz.* c) & *Non:* d) De pluribus, ut *alba, amara, fricta, calva, Tarentina, pomica*; &c. *Martin.* e) *Nux medica* Maldivensis cordialem obtinet vim, imò nonnullis *antistes alexipharmacorum* vocatur. Incurrunt eo nomine censuram elect: *de ovo*, & *elect. vitæ* D. *Flaminij Gastonis*, quòd nucem *vomicam* recipiant, quæ certò experimento suibus, felibus, canibus, lupis, vulpibus, corvis, picis, (unde etiam Kranaugen dicitur,) venenum est. Hæc causa fuit hactenus, inquit θαυμασιώτατος Hofmannus, f) cur electuario de ovo *Maximiliani* l. ab empirico obtruso, uti noluerim. Verùm an homini etiam venenum sit, dubita-

Sardiana,

aliæ,

z) Plin. *L.* XV. c. 23. a) Diosc. L. I. c. 122. b) L. III. Saturn. c) L. II. de alim. p. 298. seqq. d) de re cibar. L. I. c. 43. e) in lexic. Philolog. f) L. II. de medicament. officinal. c. 74.

bitatur. Turcæ eam innoxiè esitant; Et mulier ista infamis, cui non parva copia data, ut moreretur, supervixit; contrà *Matthiolus* g) historiâ alius mulierculæ venenositatem ejus probat, & *Hofmannus* h) *venenum propriâ substantiâ* vocat. Electuarium de ovo tam præsentis auxilii ingredientibus est nobilitatum, ut sine *vomicis nucibus* facere queat officium, quod etiam Augustani observant. Placet mihi censura *Joëlis* dicentis: i) *Detestor inconcinnam, ineptam, fatuam, & omni εὐταξίᾳ carentem: atque venenatam compositionem popularis alexipharmaci, quod ovum aureum vocant, & quo in tota ferè Europa in omnibus familijs, ob quorundam Medicorum commendationem, tanquam divinitus monstrato remedio utuntur. Ex cujus usu infiniti quoque extingvuntur;* rationes adjungit. Mysticè *nux* est Ecclesia fructifera, varietate bonorum operum. k) *Descendi in hortum nucum:* ich bin hinab gegangen in den Nußgarten zuschauen die Sträuchlein am Bach. Ex Pollucis Curiosi D. *Garmanni* Amici pl. colendi, sponsa *corylo* multa abdita Naturæ Artisque mysteria videri poterunt.

§. 8. *Moschata* cognominatur, corruptè *muscata*, à *moschi* fragrantia, quam spi- *Nux moschata.*

g) comm. in Diosc. L. IV. c. 73. h) L. II. M. O. c. 74. i) T. V. S 3. p. m. 62. k) Vid. Esa. V. 2. seq. Cant. VI. 10.

ſpirâſſe dicitur, græcis μοσχοκάρυον. Scribit enim *Aldrovandus*, recentem in natali ſolo *moſchum* egregiè referre, quod tamen cum *Renodæo* rectius negaveris. l) Si integrum faſciculum rerum naturalium *moſchatarum* cupias, pete ex Inſigni Hiſtoria *Moſchi* Illuſtris Acad. Leopoldinæ Præſidis D. D. *Schröckij*. m) Μόσχος tria ſignificat 1] vitulum, 2.) taleam ex arbore decerptam, & alteri inſitam, unde eſt μοσχεύειν & μόσχευμα pfropffen / 3) apud recentiores Græcos eſt odoramentum nobile ab animali acceptum, quo de laudatiſſimus *Schröckius* fuſisſimè agit, quem adeas velim. De adipe genitalium crocodili verum *moſchum* reddente, vide J. *Euſeb. Nierenberg*. n) Addit Idem, juxta fauces ejus inveniri glandulas fabarum magnitudine, moſchum ſvavisſimè ſpirantes, quæ febres ſedant & extingvunt: hicque odorem ſui emittere moſcho, vel caſtoreo redolentiorem. Ex *Fr. Ximcne* hoc repetit *Joan. de Laet*. o) Duos præterea folliculos ſiliquarum inſtar, fragrantisſimo *moſcho* refertos inter poſteriores pedes *crocodili Jamaici*, publico gazophylacio Oxonienſi, propè ſplendidam bibliothecam *Bodlejanam*, nuperis annis à Generali Angliæ Protectore dono dati, cum evi-

l] L. l. de mat. med. S. 3. c. 11. m) c. 47. n) L. XII. H. N. c. 5. o) L. V. Ind. Occid. deſcript. c. 4.

eviſceraretur, repertos, ex Capitanei *Liecht-ſotij* literis *Th. Bartholino* retulit *Petrus Schumacher.* Teſtes ſiccatos *moſchum* redolere ex *Veslingio* reſcivit *Rhodius.* p) In Lombardia inventus olim piſcis tantâ odoris ſuavitate, ut *Zibethum* referret, manusque tangentium, & quævis vicina odore fragrante inficeret, qui, mortuo piſce, evanuit. In diſſecti piſcis veſica ater humor repertus, velut loliginis ſuccus, quô velut atramento ſcriptorio uſus eſt in libro ſatis vaſto deſcribendo P. *Adrianus* S. J. q] Fluvium *Tambabujam* in Braſilia ab *Elia Herckmanno*, ob odorem, â crocodilis nonnullisque ſerpentibus exhalantem moſchatum *Moſchi* nomine fuiſſe donatum, conſtat. r) At non omnes gratum illum ſpargere odorem, rectè notat *Ol. Borrichius*, meus quondam in Acad. Hafnienſi Præceptor fidelisſimus. ſ]

§. 9 Vocatur abs alijs *nux myrepſica & myriſtica*, unguentaria ſeu odorata, non tantum, quòd oleum unguentorum compoſitiones ingrediatur, ſed potius, quòd recens ferè toto ſucco pingui & oleoſo ſcateat. *Synonymia.*

p) ad Scribon. compoſ. 14. q) Vid. Bartholin. CVI. h. 12. conf. Nard. Ant. Recch. in hiſt. nat. Mexic. L. IX. c. 3. Jonſton. H. N. L. IV. tit. c. I. 8. Maffej. Hiſt. Indic. L. II. p. 47. r) conf. Dapper. deſcript. Americ. L. III. c. 4. p. 559. edit. German. ſ) L. I. Hermet. Med. c. 10. p. 277.

Aromatica, κάρυον ἀρωματικόν, t)refertur enim ad aromata: *Æthiopica*, *Thebaica*, *Arabica*, *Syriaca*, Μοσχοκάρυον, Μοσχοκαρύδιον. Toto autem cœlo errant, qui βάλανον μυρεψικὴν cum myrobalano confundunt. Quantus enim hiatus! Bene *Posthius Germershusius*:

Quæ Græcis fuerit glans ungventaria, *monstrant*
Scripta Dioscoridis.
Sed verum nobis cupiens imponere nomen,
Indica pruna vocet.
Solvimus adstrictam, fluidamque adstringimus alvum
Ad Medici arbitrium.

Fallopius u) nucem myrepsicam etiam *been* vocat, & alibi tamen fatetur, non ita certò quid *been album*, seu *rubrum* sit. Et ditu mihi, sodes, cur nucem myrepsicam purgantia interretulerit? In patrio solo vulgò audit *Palla di Massa*, alijs Orientalibus *Japatri*, *Bongopala* & *Jausiband* ie. *nux Bandensis*. vv) Plura qui velit synonyma, evolvat *Frid. Mülleri à Löwenstein*, Pharmacopœi Viennensis, lexicon *Medico-Galenico-Chymico-Pharmaceuticum*. x] Teutones appellant eine Mußkat-oder Muschaten-Nuß / Belgæ *note Muschaten*, of *Moscæ noot*. *Itali noce*

t) Piso in mant. arom p. 173. u] L. de medic. purg. simpl. p. 136. vv] V. Garz. ab Horto L. 1. x) p. 178.

noce moscata, Galli *noix muscate*. Teutonicum nostrum Nuß nonnihil mutatum in multis mansit lingvis. Saxon. & Angl. nut, Belg. note, nuete, Hisp. *nuez*, Ital. *noce*, Gall. *noix*.

§. 10. Cum verò, tradente *Scaligero*, y) duo ad veritatem eruendam investiganda occurrant, *res & nomina*: & ὀνοματολογία hoc capite sat enucleata sit, πραγματολογίαν subjiciemus, initium facturi à *reali definitione* Nucis nostræ.

CAPUT II.

DEFINITIONEM SISTIT.

§. I.

Est autem *nux moschata nux aromatica arboris Bandensis, figuræ rotundæ & oblongæ, certis involucris inclusa, externè canescens, internè autem ex albo rubescens, variis usibus hominum inserviens.* *Definitio*

§. 2. Est *nux* seu fructus arboreus, duro tegmine tectus. *Aromatica*, quod ex gemina ejus qualitate, sapore & odore, manifestum fit. Ideò etiam annumeratur aromatum generi. Præstantissima censetur, quæ recens, gravis, succulenta, oleosa, odorata, nec exesa. Pessima verò, quæ nigra, levis *Explicatur*,

y) exercit, 148. S. 4.

vis & ficca: antiquis Græcis ignota, Mauris verò notissima. Fingunt Alchymistæ, etiam extra regnum vegetabile aroma, uti *Frid. Hofmann* z) meminit *aromatis Philosophici*, & *Schachtius*, Professor Lugdunensis, è *Verulamio* nitrum vocat *aroma frigidum*; a] *Platerus* apud *Sim. Paulli* b) radices helen. *aroma germanicum* appellat, & præ Zingibere aliisque Indicis laudat. Sed hæ acceptiones impropriæ sunt. *Arboris Bandensis* in India Orientali, ideò *Jausiband* dicitur, i.e. *nux Bandensis*. Arbor, quæ nucem hanc fert, pyro haud minor est, perpetuò virens, & frequentibus prædita ramis, quos teneriores & virentes alternatim, non ex adverso, sed inæquali serie ambiunt folia laurinis similia, minùs tamen dura, & etiam paulò latiora foliis mali aurant propriora, in ambitu integra, non serrata, brevi pediculo nitentia, venis quibusdam à medio nervo in latera excurrentibus insignita. c] Extra Insulam *Bandam* haud radices agit arbor, qua de latius capite sequenti. Rectè CL. *Beverovicius*, Medicus Batavus, d) *die herliche vrucht*, ait, *van note beschatew, tenn en ast nergen in de gebeele wererlt, dan op Banda gelegen. Van hier ende nerghens anders can noch mach*

dese

z) in clave Schröderiana a) in Colleg. pract. p. 32. b] Botan. quadrip. Cl. III. p. 328. c) Add. Neuhof. descript. Chinæ c. 15. d) in thesaur. sanitat.

dese vrucht comen. Nullam prorsus expo-
scit culturam, seu fructum ferat, vel se propaget, sed progerminat, ut ceteræ nuces. Fructus terræ leviter tantum concreditus germen suum profert tenellum, in proceram tandem arborem excrescens.

§. 3. Est etiam certum avium genus, quod, si nuces cum mace deglutiat, rursusque integras κάτω in terram projiciat, mox radices agunt, ac præ prioribus illis citius accrescunt, cum in ventriculis volucrum emollitæ & qs. præparatæ sint. Tantæ autem vivacitatis & bonitatis non sunt. Nec enim *nuces*, quas ferunt, nec *macis* tanti æstimantur: floribus saltem earum reliquæ adulterantur. Aves istæ à Belgis vocantur Nußesser / & licèt varii generis sint, maximè tamen eas vorant, quæ sunt instar minutarum nivearumque columbarum. e) *Daniel* Parthey f) majores dicit columbis. In dieser Insul (Banda) werden etliche Vögel gefunden/ (die Muscaten-Fresser genennt werden/) ein wenig grösser als eine Taube / und schwartz-grau von Federn. Wenn solche Vögel die eusserste Schalen von dieser Frucht gefressen haben / so lassen sie die Muscaten heraus fallen/ Nußesser.

e] Nieuhof l. c Add. Saars Ost-Indische Kriegs-Dienste c. 3. f] in der neunjährigen Reise Beschreibung p. m. 137.

len / und wo sie hinfällt / und unter die Erden kommt / so sol davon ein Baum wachsen. Distinctius *J. Wilh. Vogel.* g) Es sind Vögel / welche Muscaten-Esser genennt werden / etwas grösser als eine Taube / schwartzgrau von Farbe. Dieselbe fressen die Muscaten und ihr Fleisch / wenn es gessen wird / hats gäntzlich den Geschmack / gleich als wenn mann Muscaten esse. Von diesen Vögeln werden die Muscaten Bäume gepflantzt auff folgende Weise. Sie nehmen die Muscaten / und essen die euserste Schale mit der Muscaten-Blume davon / lassen alsdenn die Muscate (so noch mit einer Schale in einem Häußlein beschlossen ist] fallen / und wenn dieselbe im fallen unter die Erde kömmt / so wächßt ein Baum davon. Ist nun der Vogel / welcher die Muscate hat fallen lassen / ein Männlein / so wächst ein Männlein Muscaten-Baum / so der Vogel ein Weiblein / so wächset ein Weiblein Muscaten-Baum. Wenn er aber ein Vogel / so sich noch nie mit einem Männlein oder Weiblein gepaaret / und also noch Jungfer ist / so wächst einer von den besten Muscat-Bäumen. J. Sigismund. Wurfbein / Norinbergensis, per XIV. annos curiosus perlustrator & Actuarius Indiæ Orientalis, h) aves hasce paulò

g) Itin. Ind. orient. p. 183. seq. h) in dem Ost-Indianisch-Kriegs-und Ober-Kaufmans-Dienst p. 65.

paulò majores dicit columbis, quæque tantum *mace* aluntur, & solummodò inter omnes alias hujus insulæ comeduntur. Paraphrastes *Wurfbainianus* aves istas cum his, quas *Cascatouws* Indi vocant, unas easdemque retur, seu parùm discrepantes. Figuram earum vid. apud *Aldrovandum* & *Jonstonum*. *Christian Burcard* i) sic ait: Daß die meisten Muscaten-Bäume von einer gewissen Art Vögel / die man Muscaten Fresser nennet / an Farbe schwartzgrau / und ein wenig grösser als die Tauben sind / gepflantzet werden / deren Fleisch nicht anders schmäckt / als ob man Muscaten esse / und welche zuschiessen bey höchster Straffe verboten sind. Diximus verò ex *Niehofio*, k) arbores hôc modo (per aves scilicet) propagatas, tantæ non esse vivacitatis, nucesque earum, nec non *macem* bonitate reliquis cedere, nulliusque ferè pretii haberi. Die Bäume aber / so davon kommen / sind nicht dauerhafftig / tragen auch viel schlechtere Früchte denn andere / welche Früchte wenig geachtet / und nur um der Foli / oder Blumen willen / womit man die beste Blumen verfälscht / eingesamlet werden.

§. 4. *Figuræ rotundæ & oblongæ. Rotundæ*, non quidem exactæ globositatis, sed ad figuram ovalem nonnihil plus minùsve

i) Itin. Orient. p.m. 162. k) l.a.

ve inclinantis. Estque vel major minorvè. *Certis involucris inclusa.* Constat triplici cortice, velut nux juglans. *Extremus* primusque est crassus, viridis & duriusculus, & correspondet nostrarum nucum cortici, ac per maturitatem dehiscit in modum erinacei castaneæ, & eâ quidem parte, quâ sulcum habet, fructum in duas partes æquales dividit. *Clusius densum operimentum* vocat, officinæ *carnem*, alii *corticem*, seu *calicem pulvinatum.* *Medius* vocatus à mercatoribus *Foli*, à Latinis & Arabibus *Macis*, Muscatblüt oder Blumen/ priori multò tenuior, qui nucem ipsam retis in modum ambit: ἀνάλογον reti nigro, quod putamen nostrarum nucum circumdat. Hinc & cortex vel *involucrum & operimentum reticulatum* dicitur; eleganter rubens initio, sed aëri expositum paulatim illam elegantiam amittit, & tandem flavescentem colorem contrahit. Conspicitur fructu jam maturo, & operimentum exterius dehiscit. Hujus pretium triplo majus est quàm *nucis myristicæ.* l) *Tertius*, qui immediatè *nucem* ambit, ligneus & respectivè ignobilis est. *Macis* est nobilissimus cortex ipsius nucis, & earundem cum nuce virium. Duplici cortice apud *Schröderum* m) vestita. Nux ipsa distinguitur in *marem* & *feminam.* Illam

Pa-

l) Vid. Sebiz. L. II. de alim. p. 443. m) Pharmacop. Med. Chym. L. IV. p. m. 106.

Palametsiri dictam extollunt Indi, hanc nostrates. At videntur plebeji Germani errare, dum quod Indi marem, ipsi feminam, Mutter-Muscaten nominant. Sit ut sit: utrobique est superstitio, nullum subest fundamentum. Putant, nucem oblongam in cibis Viris datum potenter eos ciere in Venerem, & facere solitô strenuiores. n] Reliqua in definitione differentiæ loco allata sequentia declarabunt fusius.

§. 5. Si quis teutonicè cupiat, is adire potest Diarium Indicum *Vogelij*, o] qui αὐτόπτης sic: Diese edle Frucht wächst in der gantzen Welt nicht mehr (das man weiß) als auf Banda/ Puloway/ Weyer/ Lunter/ Pulerou und Ordadon. Sie werden des Jahrs dreymahl reiff/ als in dem Monat April/ Augusto und December. In dem April giebt es die besten Muscaten. Die Bäume/ dar sie an wachsen/ sind denen Pfirsen-Bäumen nicht ungleich/ ausser daß die Blätter etwas runter und kleiner sind. Die Muscaten sind erst mit einer dücken Schalen umwachsen/ gleich wie die Pfirsen über den Kernen/ vergleichen sich gantz mit denenselben/ sie haben in der mitte rund um einen Zirckel oder Ring wie die Pfirsen/ daselbst öffnen sie sich und wenn

n) V. Amman. manuduct. ad mat. med. c. 8. §. 23. p. 112. o) p. m. 179. seqq.

wenn sie reiff sind/ bersten sie in der mitte von einander / darauff folgt die Bluhme/ schön Scharlacken roth/ die eussere Haut/ oder Schale wird Scharlacken genennt / welche so dick ist als eine Pfirse an ihrem Kern/aber diese Schale ist also rohe nicht tauglich zuessen / wenn sie aber frisch bey Speise gethan wird/giebt sie einen angenehmen Geschmack/wird auch wohl mit denen Muscaten/ wenn sie noch darin beschlossen liegen/auch die Schale allein eingemacht / und vor eine delicate Confitur genützigt. Wenn sich nun die eussere Schale geöffnet/ so folget / wie oben gesagt/ die Bluhme/als ein Häußlein/ darin die Muscate lieget/ so schön als ein Garn um die Muscate geflochten / und von Farbe als Scharlacken/oder Carmesinroth/ wenn aber die Bluhme an der Sonnen getrucknet wird / so bekömt sie eine Oranien Farbe/ und ist/ wie sie in Teutschland gebracht wird. Wenn man nun die Blüthen von der Muscaten genommen und abgelöset hat/ so folgt die Muscat/ welche noch in ihrer Schale beschlossen liegt/selbige wird in die Sonne gelegt/gedrucknet/ dürre gemacht/ und die Schale/welche so hart wie ein Glaß/ in Stücken geschlagen/die Muscaten aber werden in Kalck angefeuchtet/daß sie gantz weiß werden/ und hernach wieder an der Sonne getrucknet. Daß aber die Musca-

ten

ten mit Kalck bestrichen und angefeuchtet werden / geschieht aus der Ursachen / damit die Würme selbige so leicht nicht angehen und durchlöchern mögen.

§. 6. *Variis usibus hominum inserviens*, cruda & condita, in culina & officina. sanis ægrisque. Propter hominem cœlum & terra creata sunt, imò ipse Deus homo & servus factus est. *O præclare homo, quid specularis, quæ sunt supra te? quid scrutaris, quæ sunt infra te? quid rimaris, quæ sunt circa te? te ipsum ingredere, te speculare, te scrutare, te rimare. Quæ enim sunt supra te, quæ sunt infra te, & quæ sunt circa te, ea cuncta, pluraque adhuc, sunt intra te. Tu unus superas omnia, supera, infera, media. O quanta foret dementia, alia scire, & seipsum nescire: hominem esse, & quæ hominis sint, non nôsse. Igitur ô Gloriose Deus, da mihi nôsse me, quia me nôsse est Te nôsse. Nam quicquid est in me, id est à Te, id est ad Te.* p) *Hominis præstantia,*

CAP. III.

LOCUM NATALEM NASCENDIQVE MODUM INVESTIGAT.

§. I.

MUndi conditor loca immediatè replevit *seminum suorum incomprehensibili the-*

p) Sperling. Instit. Physic. L. IX. c. 1. p. 1289. & Rolfinc. c. 7. de vegetabilib. p. 67.

thesauro in mundi finem duraturo, stata temporis maturitate prodituro. Unde & peculiaribus locis peculiaria inhabitant *fermenta*, à Deo verbo *FIAT* locata, ut sint *fundamenta & progressus* seminum successivorum in mundi usque terminum. q) Locum natalem *N.M.* dat India Orientalis, sed non universa, verùm angustioribus finibus tantùm inclusa. Solùm quippe Insulæ *Bandenses* fertilissimæ sunt *N. M.* omnium Scriptorum rerum Indicarum suffragio. *Schurzius* Insulis *Moluccis* annumerat *Bandam*; r] verùm hæc ab æquatore, sub quo illæ sitæ sunt, austrum versus ultrà quinque gradus distat. Ceterùm *Bandam* ab influente mari in minores dispesci insulas, dicit *Petr. Maffej.* ſ) earumque sex recenset 1] *Loator*, 2] *Nera*, 3) *Peletoaja*, 4) *Pæleron*, 5) *Rosegei* & 6) *Gœnanpagij*. Huic ex parte consentit laudatus *Deverovicius*, licèt in numero earum, nec non nomenclatura, ab illo nonnihil recedat. Verba ejus sic sonant: *Noote Moschate wast op Bandan te Weeten Lontor, Ortanan, ende Comber. Noch een eylandt da er het princi paelste Stedeken leyt, noch een eylandt, da er en brandende berg obleyt, genant Gunnanapij, noch dryecleyne eylandtekens, als Wayer, Poloway, ende Pu-*

Banda,

Quod Insulas habeat?

q) Hofmann in clave Schröder L. I. c. 13. §. 26. p. 24. r] in der Material-Cammer. ſ) L. V. Hist. Indic.

Pulore. Ante tempora *Aëtii* in Europa non visa fuit nux, quam ipse *libr. ult.* in suffumigio Mosch. videtur vocâsse *nucem Indicam.* Ipsa arbor ante annum MDC. nemini visa est. t)

§. 2. Afferemus porrò testimonia omni fide munita. Perinde autem erit, seu latino, vel, qui plerisque placuit, patrio sermone ea audias. In acie stet *αὐτόπτης Wurffbainius*, qui de Insulis *Bandensibus* & *N. M.* ita: u) Was nun die Insuln *Banda* betrifft / so sind eigentlich derselben an der Zahl neune / welche ob sie wohl ihre absonderliche Benennungen haben / gleichwohl zusammen genommen mit einander die Bandasche Insuln genennet werden / und sind unter selbigen nur fünffe frucht-die andern aber unfruchtbar. Unter denen ersten ist absonderlich Neyro berühmt / alwo nicht allein das Castel Nassau / so des Gubernatorn dieser Insuln Wohnplatz und Sitz / sondern auch noch über dieses auff einem Berglein ein kleines Fort, Belgica genandt / und dann auf einem etwas höhern Berge eine Redout zu beschützung deroselben zufinden. *Banda*, von welcher die andere alle den Nahmen haben / ist unter allen die grösseste / und begreifft in sich 5. Dörffer / aus welchen das Fürnehmste mit einem Fort, Hollandia genandt / der andern aber jedes

t) Hofm. l. a. L. II. c. 162. u) l. c. p. 58. seqq.

jedes mit einer Redout befestigt und besetzt ist. Poulay ist auch mit einem Castel versehen / hat aber gantz kein Wasser / ausser dem / was sie vom Regen auffsamlen. Poulo-Ron ist ehemals denen Engelländern zuständig gewesen / nach dem aber zwischen ihnen und denen Niederländern einige Streitigkeiten entstanden / haben sie selbige als die euserste am Meer / gantz unbewohnt und öde gelassen. Damit aber die Indianer bey solch offen bequeemer Gelegenheit selbige / denen Niederländern zuschaden / nicht etwa erhaschen / und in Besitz nehmen möchten / als haben sie die Niederländer / alle darauf stehende Muscatnuß- und andre fruchtbare Bäume / mit abscheelung der Rinden und anderer Verletzung / gäntzlich verderbt und unfruchtbar gemacht. u. s. m. Die fünffe von denen fruchtbaren *Bandi*schen Insuln ist Rosingeyn / zwey bis drey Meilen von *Banda* entfernet / im Meer gelegen / dahero sie immerzu in grosser Gefahr / und mit starcker Guarnison und vielen Soldaten versehen / und unangesehen ehe dessen darauf die schönste / beste und dückeste Muscaten-Blüth und Nüsse gesamlet werden kunten / sind doch nichtsdestoweniger auch allhier meist alle fruchtbare Bäume verderbet / und diese schöne Insul ihrer herrlichen Fruchtbarkeit / gleich vorbesagter Arth zu Poulo-Ron geschehen / gäntz-

gäntzlich beraubet worden. Ferner sagt er: vv) Wir wenden uns zu der Fruchtbarkeit dieser Insuln / welche / die Muscat-Nüsse betreffend / fast unbeschreiblich. Denn der liebe GOtt hat mit dergleichen Bäumen diese drey Insuln *Neyra*, *Banda* und *Poulay* vor anderen so reichlich gesegnet / daß sie jährlich auch bey unfruchtbarem Gewächse / mit diesen ihren geseegneten Früchten die gantze Welt reichlich versehen können / in dem besagte Früchte nirgends wo an keinem Orte als allein hier / und ausserhalb in die 30. biß 40. Meilen vor *Banda*, doch sehr wenig wachsend / zuüberkommen und anzutreffen. Im Jahr 1634. haben diese drey fruchtbare Insuln von *Banda* dergleichen Früchte ausgelieffert / wie folgt:

Neyra	Muscatbluhmen . .	26631. Pf.
	. . Nüsse . .	6122. Pf.
Banda	Muscatbluhmen . .	107074. Pf.
	. . Nüsse . .	200750. Pf.
Poulay	Muscatbluhmen . .	44465. Pf.
	. . Nüsse . .	404773. Pf.
Zusammen	Muscatbluhmen	178170. Pf.
	. . Nüsse	404773. Pf.

Integrum quinquennium in his Insulis permansit *Wurfbainius*. Quo tempore Bataviam missæ sunt

vv) p. 62. seq.

Muscatbluhmen • 890754.
• • Nüsse. 3097209. Pf.

Et rursus: x) Die Wälder diser fruchtbaren Bäume sind/nach völliger Eroberung dieser Insul/ an die getreueste und sich jederzeit auf das beste verhaltene Diener der Compagnie, und andre wohlbenahmte Einwohner bey Parcken ausgetheilt/um dieselbige mit ihren Erben zubesitzen / oder aber andern vor erblich zuverkauffen/dahingegen sie verbunden sind / ihren des Waldes erlangten Antheil auff eigne Kosten wohl zu unterhalten/ uñ die Früchte an niemand anders /bey hart-empfindlicher Leibs-Straffe / denn an die Compagnie,und zwar nicht höher / als um den angesetzten Werth / nemlich 5½. Pfund Muscatbluhmen für ein Reichsthaler zuverkauffen u. s. m. Im Jahr 1651. haben die Innwohner auff denen bey Ost *Banda* gelegem/und ihnen selbst zuverständigen Insuln / als Rey Arouvv und Damme / gegen eine von denen Niederländern bekommene ansehnliche Verehrung / sich bereden lassen/ eine grosse Menge daselbst wachsender Muscat-Nußbäume auszutilgen / auff daß ja sie / die Niederländer / und keine andere Völcker neben ihnen / solch edles Gewächs haben / und die gantze Welt selbiges allein aus ihren Händen haben und empfangen möchte.

§. 3

x) p.64.

§. 3. *Schurzius* y) quamvis ex *Banda* afferat *nucem Moschatam*, Insulam tamen primariam è *Moluccis* nominat. Muscaten-Nüsse / ait, kommen aus Ost-Indien von *Mollut*, 150. Meil von *Calecut*, alda auff der Gräntzen von *Banda*, welche eine von den vornehmsten Moluccischen Insuln ist / giebts die meisten und besten Nüsse und Bluhmen in solcher Menge / daß sie wohl selten die gantze Welt damit versehen. Denn alle Thal und Hügel stehen solcher Bäume gäntz voll / und die Bäume hangen der Früchte so voll / daß sie sich davon biegen. *An Moluccis annumeranda?*

§. 4. Viden', genuinam unicamque patriam *Nucis* nostræ esse *Bandam*, fertilissimam & aëris salubritate commendatissimam Insulam. Licèt enim peregrè advecti Europæi gravissimis obnoxij fiant morbis, multisque hæc regio emortualis sit, testante *Linschotto*, incolas tamen *Conta* centesimum ætatis annum attingere scribit *J. Alb. à Mandelslo. z*) Ex hoc apparet, cur nullibi locorum aliàs crescat. Alunt equidem Insulæ vicinæ, nec non Regni Tschinensis pars meridionalis quandoque arbores hujus nucis, rariores tamen illæ sunt, fructûsque nobilitate *Bandensibus* facilè cedunt; sub Europæo nostro cœlo nunquàm maturescunt. Retulit aliquoties Horti Acad. Lugdunensis hortula-

y) l. c. z) in Itin. Indic.

nus *H. Diczio*, a) curiosiores in Belgio studiosissimos fuisse in paranda apta ad hoc negotium stercoratione, miscendo terram cum fimo equino, columbino, arena salis experte, putridisque folijs, operam tamen perdidére omnes. Equidem in exstructissimis Præpotentum Hallandiæ Ordinum hortis vix annum tenellulæ supervixerunt; *D. Munting.*, Prof. Gröningensis, per triennium hasce arbores coluisse testatur libro, cujus rubrum; *Waare öeffening der Planten*, b) post tamen omnes peribant. Sic in Moluccis Insulis habentur, sed steriles. *Philippus à S. Trinitate* c] der Baum / ait, darauff die Muscatnuß wächst/ist bey *Malacca* und Zeilan herum sehr gemein/und gleicht/wie man sagt/dem Pfersingbaum. Diese Nuß ist mit einer Schaal umgeben/ wie die unsrigen. Und wenn man sie mit dieser Schalen einmacht/so stärcket sie das Hertz sehr. Ihre Blüth ist bleichroth/ sie wird des Jahrs dreymahl zeitig/ nemlich im April / August und December. Arbores verò in *Moluccis* & *Zeilan* sine nucibus esse, multi asserunt.

Arbor, §. 5. Incolis arbor, quæ nuces myristicas fert, dicitur *Bangopola*, refertque malum, seu pyrum, sæpè sponte sua in arvis crescit, semper virens, florifera, & nucibus

a) de N.M. c.3. b) L.I. c. 65. c] L. VII. Orientalisch Reise-Beschreibung c. 9. p. m. 420.

bus onusta, quarum aliquæ maturæ, aliquæ adhuc immaturæ sunt. Cortex cineritius, lignum foraminosum; medulla rubicunda. Folia, quæ densa, raro sola, de exiguis pediculis pendent; saturè vidia, tenuia, glabea, unico per medium nervo, unde venulæ procurrunt. Contrita digitis non viridia tantùm fortem odorem spargunt, sed sicca quoque eandem fragrantiam retinent. Flores, similes pyrorum & pomorum; facilè decidunt, & exigui odoris sunt. Fructus post flores erumpens forma conica ad pellem, cetero corpore rotunda, non ad extrema ramorum sed ad internodia crescit. Ubi flos à fructu decidit, primus nucis cortex initio viridis, rugosus, asper & crassior est, ubi maturescit, flavis, purpureis & aureis maculis variegatur. Hic cortex mox dehiscit, & nucem ostendit, circa quam *macis* substantia reticulatim spargitur, ubi plenè fructus maturuit, asperum hoc involucrum totum disrumpitur, & initio subrubea, mox fulva apparet, & corticem, in quo nucleos, quem *nucem myristicam* vocamus, operit. Ita ut hæc mox tria involucra habeat, extimum viride & crassum, medium tenuius & fulvum intimum durum. Reperiuntur etiam *nuces* absque *mace*, quod fit, quoties per subita incrementa nucum, reticula rumpitur & perit, antequam ad justam crassitiem & robur perveniat. Hic fructus à variis avibus, præ-

cipuè columbarum genere, quæ *albæ* & *parvæ* sunt, devoratur. Hæ columbæ admodum *mace* delectantur, & nuces, dehiscente extimo involucro, abreptas unà cum *mace* deglutiunt, neque nisi plena ingluvie cessant, ideò à mercatoribus nostratibus *Nent-eeters* vocantur. Sed nuces deglutitas iterum integras ejiciunt, quæ stomachi colore excoctæ & maceratæ celeriùs radices agunt ac excrescunt. Arbores ab ejusmodi nucibus prognatæ corruptioni admodum obnoxiæ sunt, & fructus longè debiliores aliis ferunt: unde parùm æstimantur, nec nisi propter *macem* decerpuntur, quòd optimè *macem* adulterent. Hæ arbores singulis annis bis, sæpè ter fructus ferunt. Prima messis Augusto & Septembri fit, secunda Martio, tertia alijs mensibus, pro ratione anni. Hæ nuces non nisi maturrimè decerpuntur, sæpè tamen color roseus decipit, unde præmaturas decerpunt. Nam immaturæ nuces, (*Rumpi* Indis,) ob succi inopiam & acerbitatem haud ætatem ferunt, ac facilè verminant; sed maturæ excorticatæ in sole siccantur; inde *macis* volucrum aufertur, tandem *nuces myristicæ* calce abluuntur, quâ arte ab omni corruptione & aëris injuria incolumes & integræ servantur, ac navibus per totum orbem sparguntur. Optimæ censentur cineritiæ & subrubicundæ, lineis albis variegatæ. Interdum quædam nuces extraordinariâ magni-

gnitudine sunt, quas Indi *Palajava* vocant, quibus non ad cibos, sed in medicina utuntur. *Macis* verò, quæ retis instar nucem ambit, Indi ante plenam maturitatem, dum adhuc colore rubello est, sale & aceto macerant, ac inter condimenta, quæ appetitum excitant, primæ mensæ apponunt. Sed ubi maturuit, in sole siccata magnâ curâ asservatur. Indi tàm nucem quàm *macem* nervis frigore & contracturâ læsis prodesse credunt: unde semper oleum domi ad manus habent. Et sicut *macis* substantia longè minorem quam nux olei copiam dat; ita è contrario oleum *macis* efficacius quàm nucis est. Hinc pretium *macis* nucis sexagies superat. Nuces virides & immaturæ, aceto vel saccharo conditæ inter bellaria mensæ apud Magnates Indos habentur; ab iis ad Europæos hæc luxuria pervenit. Nonnulli corticem extremum saccharo condiunt, & ipsi nuci, ob jucundum odorem & gratam temperiem præferunt. Hactenus de nuce communi rotunda: paucis nunc de oblonga mascula, quam *Pala Metheri* Indi vocant. Vulgus has prioribus absque ratione præfert, quasi quia masculæ vocantur & majores sunt, id præstantiam præ reliquis argueret. *Masculas* vulgi error appellat, qs. comestæ viris semen augeant, quod purum commentum est. Et quò majores sunt, eô debilioribus viribus deprehenduntur, parvis & rotundis corpo-

re plus aromaticæ virtutis possidentibus. *Macis* harum oblongarum nucum, etsi colore se commendet insigni, adeò effætus est virium, ut ab ipsis Indis nullo in pretio habeatur: & arbores, in quibus crescunt, silvestribus ac reprobis accensentur. Indi ne quidem dignas, quæ decerpantur, æstimant. Arbor ipsa ad littus *Bandæ* neglecta foliis longioribus, crassioribus & nervosioribus. Non oblongæ tantùm nuces, sed & ferè quadratæ, neque ex gemmis, ut communes, sed extremitate ramorum nascuntur, ac ut nuces juglandes tres quatuorve simul cohærent. Hæc ex Legatione Batavica ad Magnum Tartariæ Chamum descript. à *Joanne Nieuhof*, latinitate donat. per *Georg. Horn.*, Hist. P. P. Lugdun. Batav. *Part. secund. c. 15. p. 95. seqq.* Mas majora folia habet quàm femina, etiam crassiori pediculo prædita juglandis folio similia, interdum pedis Romani longitudine, trium unciarum latitudine, color parte pronâ canescens, supinâ viridis & splendens nervosa. Summo rami fastigio adhærent fructus pyri fructui affines, crasso brevique pediculo nexi, qui quandoque bini, terni, quaterni, & plures simul conspiciuntur, ut in nuce juglande, similes superioribus, quoad integumenta, nisi quòd majores & longiores sint ac obtusiores.

§. 6. Addo verba *Dan.* Parthey :d) Die

d) l. a. p. m. 135.

Diese Insel *Banda* ist absonderlich von GOtt geseegnet mit der edlen Muscaten-Frucht / derer Nüsse wie unsre Pfirsing oder Marillen wachsen / wenn sie reiff sind / bersten sie mitten von einander / wodurch denn die schöne Bluhme gleich dem schönsten Scharlach gläntzt. Wann nu die eusserste Schaale hinweg / so siehet man in gedachten Bluhmen / als in einem Häußgen / die Muscaten liegen / welche gleichsam mit einem Netz umflochten / und carmesinroth ist. Wenn sie aber an der Sonne getrocknet wird / so bekomt sie eine oranien Farb / u. s. m. Der Innwohner / sonderlich derer Weiber meiste Nahrung ist / daß sie die Nüsse aus den Schaalen thun / und die Bluhmen samlen / hernach an die Holländer um schlechten Preiß verkauffen. Sie pflegen auch eine Anzahl solcher Nüsse / ehe sie reiff werden / mit den grünen Schaalen in Zucker zulegen / und als die beste confecturen / in gantz Indien herum zuführen und zuverkauffen.

§. 7. Juvat etiam audire *Christian. Burckard.* Hallensem, qui ita infit: e) Diese (Muscaten-) Bäume tragen jährlich dreymahl ihre Früchte / und zwar im Augusto, Decemb. und April, da es die meisten giebt; Sie sind denen Pfirsich-Bäumen nicht

e) Itin. Indic. Orient. p. m. 260 seq.

sehr ungleich/nur daß ihre Blätter ein wenig runder und kleiner sind. Diese Frucht ist mit dreyen Schaalen bedeckt. Die eusserste davon gleichet der grünen Wallnuß/ welche wenn sie reiff wird / öffnet sich dieselbe / daß man also die Macis, an Farbe roth als Scharlacken/ wie ein Netzgen um die Nuß herum geflochten siehet. Wenn diese reiff und trocken ist / so bricht sie sich lohs/ und bekommt eine *Orangen*-Farbe. Die dritte ist hart wie Glaß/ und gleichet sich der harten Wallnuß/ nur daß sie etwas schwärtzer von coleur fällt. Als mann nun endlich diese öffnet / so findet man darinnen die Museate / welche hernach in Kalck/ als ein præservativ vor die Würme / gelegt und aufgesamlet wird / wachsende am allermeisten/und daß man sonst nirgend weiß/ auf der Insel *Banda*, unweit der vorgedachten Insul Amboina gelegen. Alhier ist zumercken: Daß die meisten Nuscaten-Bäume von einer gewissen Arth Vögel/ die man Muscaten-Fresser nennet/ an Farbe schwartz-grau/ und ein wenig grösser als die Tauben sind/gepflantzet werden/deren Fleisch nicht anders schmäckt/ als ob man Muscaten esse / und welche zuschiessen bey höchster Straffe verboten sind.

CAP.

CAP. IV.

COLLECTIONEM TRANSPORTATIONEMQVE AD NOS OSTENDIT.

§. I.

NOn colliguntur, antequam perfectè maturuerint in India. Immaturæ siquidem (*Rumpi* vocant Indi,) brevî cariosæ fiunt. Maturescunt autem quolibet annô binis, seu ternis vicibus. *Nieuhof* ad utrumque æquinoctium nonnihil respiciens, *April. August. & Septemb.* denominat. *Schürz.* f) adjungit *Majum. Beverovicio* placet *April, August. & December.* Fortè diversitas tempestatum nunc accelerat, nunc protrahit maturitatem, unde discrepantia Autorum. Præfertur tamen tempus vernale. Certissimum maturitatis signum, si maculosa & mitiora reddita putamina hiatu suo folium in conspectum dent, tunc eximenda est cum *mace* & reliquo lignoso involucro nux jam perfecta, sicque exponenda radiis solaribus ad absumendam, si quæ adhuc superest, extraneam humiditatem. Post separatur *macis* seorsim asservanda, removeturque tandem durior iste cortex. Nuces ita suis tegumentis exutæ, qvò ab omni corruptione immunes maneant, *Collectio*

f) l. c.

neant, lavantur aquâ calcis vivæ è conchis marinis paratæ. Num verò datâ operâ eligantur urendæ calci dictæ conchæ, ceu materia huic officio magis apta, vel num ex necessitate, obque defectum aliorum lapidum calcariorum, & penuriam ligni, illæ calcinationem suppeditent, aliis discutiendum relinquo. Sic collectæ cum *mace* nuces abs indigenis venduntur Batavis, qui summo studio curant, ut sibi solis harum mercium monopolium, & quidem vilissimo pretio, servent. Anno superioris seculi XXXII. macis libr. VII, nucum verò XXIV, pretio uniusimperialis venisse, ex Itinerario *Mandelslobiano* citat *Erasmus Francisci*, g) qui etiam id pretium unô solidô annuatim nunc augeri, nunc minui addit.

§. 2 Laudatus *Wurfbainius ita:* h) Es wachsen aber diese Früchte an schönen recht gleich aufwachsenden und wohl gezweigten Bäumen/ in der Höhe denen unsrigen Weichselbäumen nicht ungleich/tragen das gantze Jahr durch Früchte zu besonderm Lust der Menschen / absonderlich wegen der annehmlich-rothen Farb der Muscatenblüth/ als die zwischen den eusserst grünen Schaalen hervorblicket/ und werden sie des Jahrs dreymahl von den Bäu-

men

g) P. II. Des Ost-und West-Indischen/ wie auch Sinesischen Lustgartens p. 989.
h) l. a. p. 63.

men gelöst/ woran das letzte das fürnehmste ist. Wann nun diese Früchte also abgenommen/ wird die Blüth an der Sonnen/ die Nüsse aber/ zumaln bey Ermanglung derselben/ übern Feur getröcknet/alsdenn die Blüth mit gewisser Maaß Saltz- oder Meer-Wasser/um selbige vor der Fäulung zubewahren/ besprengt und eingebunden/ hingegen werden die Muscaten-Nüsse in starckes Kalck-Wasser eingetaucht/ und also abgeschifft. Etliche Nüsse werden/ samt ihrer eusserst-grünen Schaalen/ gantz sanfft von dem Baum abgenommen/ dann wohl verwahrt/verschickt/ und entweder in Zucker eingemacht/ oder das Oehl durch chymische Destillation davon heraus gezogen. Es setzet sich aber/ wie gesagt/ diese Frucht im Anfang mit einer schönen gelblich-rothen Blüth/und hernach gewinnt sie recht die Gestalt der welschen Nüsse/ auswendig eine grüne Schaale habend/ worauff die Muscatenblüth/und dann wieder eine braune dünne Schaale folgt/so die Muscatennuß in sich hält.

§. 3. Malè autem Germani *macim* μάκιρ, Muscatenblüth vocant. Non enim flos est, sed membranula ligneum nucis myristicæ putamen operiens, ie. medium *N.M.* operimentum, seu amiculum. Nos tamen cum Gallis & Italis *macis* nomen retinemus. Veniam autem mihi pollicetur sinceri *Macis quid?*

ceri Lectoris humanitas, si in hoc opere cum vulgo loquar, & cum Eruditis sentiam. Aliud est *macis*, & aliud *macir*, quo de *Scaliger* i) de nuce myristica. k] Eos inter, qui *macim* nostram volunt esse *macerem Dioscoridis*, l) est *Julius Alexander*, & *Amatus Lusitanus*. m) Maximè certè differunt. n) 1) *qualitatibus*, 2.) *substantiâ*, 3.) *figurâ*, 4) *plantâ matre*, 5.] *regione*, 6.) *viribus*. o] *Macis* est secundum involucrum, quod testam *nucis myristicæ* in modum reticuli ambit. Dicitur aliàs *N. M.* operimentum. Calefacit & siccat ordine tertio. *Macer* secundùm *Galenum* p) siccat quidem etiam ordine tertio, sed neque manifestè calefacit, neque refrigerat. *Macis* adstringit modicè, *macer* valenter, & adeò quidem, ut *Dioscorid.* q) asseveret, illum utiliter dari contra exscreationes, diarrhæas & dysenterias. *Macis* acer est & mordax: *macer* contrà multum acerbus. r) Habet quidem etiam acrimoniam quandam odoratam, sed leviculam obscuramque. *Macis* aperit: *macer* adstringit; *Macis* tenuium partium est, ideò in operatione efficacior magisque penetrans; *macer* exmista constat essentia, pleraque terrena & frigida, paucula verò calida & tenui, seu sub-

Differentia inter macim & macerem,

i) exercit. 145. k) V. Lexic. Martin. l) *L.* I. c. 94. m) L. I. enarrat. 101. n) Vid. Scalig. in L. I. de Plant. o) vid. Christ. à Costa L. aromat. c. 12. Matthiol. L. I. comm. in Dioscor c. 94. p) L. VII. simpl. c. propr. q) L. I. c. 94. r) Gal. l. c.

ſubtili, cenſente Galeno. *Macis* ſubſtantia tenuis eſt inſtar membranæ: *macer* contrà craſſus & ſolidus cortex. *Macis* initio eleganter rubet cocci inſtar, eſtque reticulo ſimilis, quod, ut dictum, ligneam nucis myriſticæ teſtam ambit. *Macer* tale reticulum non eſt, ſed cortex guſtu valde amarus & craſſus vaſtæ cujusdam arboris. multis ramis præditæ inſtar ulmi, in nonnullis Inſulis Orientalibus, præſertim teſte *Chriſt. à Coſta*, s] in Provincia *Malabar*, inſula *S. Crucis* Regni *Cochin* in ripis fluvii *Mangaræ* &c. Præterea *maceris* cortex flavus eſt, aliquando rubeſcens: *macis* autem purpureus, odore ſvavi, ſapore ſubacri, colore flavo. Affertur denique *macer* ex Barbaria, vel, notante *Galeno*, ex India; *macis* ex Inſulis Bandenſibus. Poſtremum *macis nucem moſchatam* viribus & qualitatibus æmulatur, ſubtilioris autem eſt ſubſtantiæ, calidior, ſiccior, penetrantior, magisque flatus diſcutit, valetque ad cordis palpitationem, oleumque ex maci paratum nervis gratum eſt. t)

§. 4. Quid autem iſtud Plautinum *Dubiū*, u] ſibi vult?

Nam ego cicilendrum *quando in patinas*
indidi,
Aut ſipolindrum, *aut* macidem, *aut* ſancaptidem.

Non-

s) c. 12. L. arom. t] Vid. Sebiz. L. II. de alim. fac. p. 446. ſeq. Piſo in Mant. arom. p. 175. u] Pſeudol. a. III. ſc. 2. v. 42. ſeqq.

Nonnemo in lexico *Parei* nomina istæc aromatum arabica censuit. At bone Deus; clamat *Taubmannus*, vv) arabica? cùm Plauti seculo nullum eis esset in re medica nomen? hæc libris committere, est asini asinissimi. Mille annos Arabicorum medicinam præcessit *Plautus*. Num igitur cum *Pareo* pro *mæcide* leges *meacidem?* ineptè!

Error, §. 5. Vacillat etiam istud *Lemnianum* de *nuce moschata* pronunciatum, x) quòd istæc per sympathiam, quam cum homine masculo inprimis habet, non solùm suum vigorem retineat, sed etiam succulenta & speciosa magis reddatur gestata. Hoc autem scio, in facciperio Virginis, *cachexiâ scorbuticâ* summoperè laborantis, per aliquot menses *Obs.* gestam, omnem calorem amisisse pondusque suum, imò totam factam fuisse *porosam* & *rugosam.*

CAP. V.

DIFFERENTIAS ET DELECTUM ADUMBRAT.

§. I.

N.M. trium generum, Nux *moschata* trium generum est, *mas*, *femina* & *regia*. *Mas* rarus est & feminâ pretiosior, oblongus, duarum circiter unciarum. *Femina* verò illa est, quâ vulgò utimur; figuræ ovalis ut plurimùm; Mutter-Mu-sca-

vv] in comm. ad h. l. p. 1004. x) p. 176.

ſcaten. *Macis* autem virtutem aromaticam in nuce mare longè inferiorem eſſe, demonſtrat *Piſo*; x) Si ergò *macis* bonitatem attendere velis, potius *Pala*, h. e. nux aromatica, pag. 173. deſcripta, uſurpanda ſine differentia ſexûs. Tertium genus, *Regium* dictum, minutum eſt rarumque ſucculentiâ tamen & odoris fragrantiâ majores ſuperat. Ovalis eſt figuræ & reliquis ſimilis, niſi quod magnitudine vix grandius piſo. y) Eadem ſcribit *Vogel.* z]

Es ſind dreyerley Arthen Muſcaten/ als die erſten/ die zu den Speiſen gebraucht werden/ die andere Arth iſt etwas länger/ und werden Männlein Muſcaten genennt/ wachſen auff abſonderlichen Bäumen. Die dritte Arth iſt auff der einen Seiten platt/ oder eben/ auff der andern aber rund/ wie eine halbe Muſcaten/ dieſelbe nennt man Weiblein Muſcaten. Die Männlein Muſcaten haben ſchier keinen Geſchmack/ werden aber für medicinal gehalten/ und dürffen bey denen andern Muſcaten nicht liegen/ weiln dieſelbe davon verderben/ auch wird dieſer Uhrſachen halber aller Fleiß angewendet/ die Männlein Muſcaten-Bäume auszurotten. Hierüber iſt durch Or-

x) p. 176. y) Hofman in clave Schröder. p. 506. conf. Muſeum Wormian. p. 210. z) l. c. p. 182.

dre der Edlen Ost-Indischen Compagnie verboten / daß niemand sich unterstehen mag / einige dergleichen Männlichen Muscaten mit in patriam zuführen / weil / wie man saget / viel Schelmerey damit getrieben wird. Die Frey-Leute / so die Muscaten an die Compagnie verkauffen / müssen genau darauf acht haben / daß die Männlein-Muscaten von denen andern fleißig abgesondert ausgeschlossen werden / und nicht untereinander bleiben.

non unius, §. 2. Eô ipso tempore, ait *Diezius*, quô a)*Roterodami* hærebam, nauta quidam illius urbis, modò ex India redux, seriò affirmabat, unum tantùm esse genus, monstrabat autem D. *Arnold. Syen* tria genera. Et enim præter illas vilioris pretii propullulantes ex nucibus ab avibus deglutitis, & sine digestione exclusis, præterque immaturas istas, *Rumpi* dictas, binas adhuc species recensent Autores, mares & feminas. Illæ ab imperio vulgi sic nominatæ, quòd masculinum semen augere credantur, *Pala-Metsiri* Indis dictæ, non saltim bonitate & virtute feminis sunt inferiores, licèt magnitudine illas superent, sed & præterea oblongâ magis quandoque & quadratâ figurâ ab iisdem differunt. Arbores quoque, in quibus crescunt, magis sunt silvestres, & fructus extremitatibus ramorum adnascuntur. Ad-

dit

a) l. c. c. 5.

dit *Nieuhof*, ex opinione vulgi, tertium genus, Indis *Pala-Java*, medicinæ unicè dicatum, magnitudine, forma & colore reliquis excellentius, quod ipſum tamen fortè luxurianti Naturæ adſcribit Autor. utriusque que tàm maris quam feminæ, effigiem accuratè delineatam vide apud Curioſiſſimum *Beslerum* in continuatione *rariorum & aſpectu dignorum æri ad vivum inciſorum.*

§. 3 Quàm plurimas plantarum diſpesſci in *Sexum*, vid. apud *Theophraſt.* b) quem verò negat *D. Chriſtian. Langius.* c) Certum tamen eſt, ſine *maribus*, comparatè dictis, in Africa palmas *feminas* ſterileſcere. Hinc quando florent *mares*, pulverem ſuper fructum *feminæ* decutiunt. Ratio hujus magnetiſmi eſt humoris exceſſus in *maſcula palma*, & vapor, quem continuò exſpirat, quo dum *femina* deſtituta eſt, Naturæ quodam inſtinctu ad eum inclinat. d) Prolixius hanc rem deduxit *Sim. Paulli.* e)

§. 4. De nuce qui vult agere, ſeponat oportet (ait *C. Hofmann.* f.] terriculamenta *Bauhini*, ſex ſpecies facientis, & cum ipſo in *Matthiol.* acquieſcere variationibus in fructu oblongo & rotundo, ſeorſim posſita *maci*. Hæc enim cùm, ipſomet fatente,

 ſit

b) L. III. Hiſt. plantar. c. 9. p. 146. c) in Miſcell. Med. curioſ. num. 27. d) Kircher. de Magnet. L. III. P. V. c. 3. p. 630. e) Bot. quadrip. Cl. IV. p. 544. ſeqq. f) L. II. M. O. p. 590.

sit una ex cortibus nucis, quomodo speciem nucis constituit? nec juvat illum larva Cordi g) Ipse enim Bauchinus prodit se, cùm ætate differre ait, cariosa magis, oleosa minus, affectibus ventriculi & capitis commodior. Atqui inquit, hæc speciem faciunt in arte? faciunt, sed non propterea naturam mutant. Et hoc est, quod *Clusius* ait in *Garziam*, in una, quam describit & pingit, specie, esse oblongum quoddam genus, *Mas* vulgò vocatum, *mulieribus* longè vilius æstimatum. Hoc enim vult, quod post Cordum *Sylvius*. Dum ad usum vocas, accipe integram & densam, non confractam, planam, non rugosam, quantum fieri potest, pinguem, & ponderosam, quæ acu puncta statim oleum fundit odore & sapore suavi & aromatico. Ne putes autem, addit *Sylvius*, ad decem annos efficacem esse; quin, addo ego, si in fundo videas incipere cariem, & puncta parciùs emittat oleum, jam credas oblatam tibi masculam, quamvis ob longa instar dactyli non sit.

Differentia. §. 5. Differentias habet, scribente *Sebizio*, h) in *magnitudine* & *figura*. Est enim major & minor; est rotunda & oblonga. *Clusius* nostratem, quâ communiter in officinis & culinis utimur, vocat *feminam* oblongam *marem*. Involucrum habet triplex, sicuti nux juglans. Utut verò ex his ce

g) IV. hist. 16, seq. h) L. II, de alim. fac. p. 44

ce constet, solam feminam esse eligendam, eamque tantùm ad nos transportari, neces- se tamen est,ut in eadem delectus observetur, siquidem altera alteram bonitate superat. In Insulis *Bandensibus* præfertur ceteris,quæ verno tempore colligitur. Nos probamus *macim* odore svavem, colore flavam,sapore subacrem. Nux verò sit ponderosa, pinguis, extus cinerea, intus rubicunda, interspersis lineis albicantibus, non verminosa,seu cariosa, (alunt enim nonnunquàm *vermiculos rubicundos*;)sed densa, acûque puncta oleum emittens. *Delectus*

§. 6. Substantia interior non est ejusdem coloris, sed albicans interstinguit lineas spadiceas vario ductu sparsas, quas *Hofman.* Aldorfinus i] per jocum vocat *literas arabicas.* Hæ lineæ quò latiores sunt, nigrioresque, eò major copia substantiæ oleosæ est: contrà quò exiliores & albiores, eò minor. Est autem in his differentia manifesta in *sapore, colore,& odore.* Recentium sapor quidem tenuis est, sed odor svaviter acris, jucundus, valdè aromaticus & adstringens, ut *Cordus* loquitur: vetustarum contra sapor tantùm adstringens, sine ullo odore, cum rubore longè remissiore. i] Eligenda ergò est recens, pinguis, succulenta, haud exesa, & gravis, quæ acu com-

i) Hofman, l. c.

puncta oleum emittit. Nigra contrà, levis & ſicca omnium pesſima. k]

Obſ. §. 7. Ceterùm legi meretur elegans obſervatio *Segeriana* de nuce indica cum facie cercopitheci, l) & *Menzeliana* de nuce juglande ferrea, fortuitò & Naturæ caſu in terra ſic formata. m)

CAP. VI.

TEMPERAMENTUM ET VIRES EXAMINAT.

§. I.

Temperies, TEmperamentum N. M, ad *calidum & ſiccum* vergere, conſtans Autorum ſententia · quotquot ejus meminêre unquam; ratione tamen gradum quædam notanda diverſitas, pro ejus partium varietate. Exterior cortex non niſi aut in conſervam redactus, aut ſaccharo acetové conditus, temperatior nonnihil eſt. *Nux* autem ipſa *calida & ſicca* cenſetur in gradu ſecundo, n] à qua temperie haud multum ſecedit *macis,* quæ compuncta etiam oleum emittit. Tenuium magis partium eſt, debet integra eſſe, non confracta aut nigra, ſed ſapore & odore com-

k) Serap. c. 141. ſimp. l] Dec. I. Eph. Curioſ. ann. VI. obſ. 129. m) Dec. II. Eph. ann. VII. obſ. 1. n) Fernel. L. V. M. M. c. 22. & Avicenn. L. II. can. tr. 2. c. 503.

commendabili, non alieno à sua *mace*. *Sylvius* aliquando *nigram* dicit, sed quando? num cum oleo copioso turget? ne simpliciter autem credas velim, eam habere omnes facultates cum *nuce*, nisi quòd tenuioris sit substantiæ & *nuce* efficacior, nec facilè cum caryophyllis eam compones. *Nux* hæc sat validè adstringit, caryophylli debiliter: *nucis* tenuitas facilè perit in lingua, crassities caryophyllorum diu pungit. *Macis* adstringit quidem ipsa, sed longè infra *nucem*: Tam *nux* quàm *macis* calefacit siccatque, & ferè eôdem gradu, sed *macis* longè est fugacior.

§. 2 Vires, seu facultates utriusque *Vires*, quàm plurimæ sunt, passim ab Autoribus commendatæ. Aromatica cum sit & spirituosa, flatus discutit, lipothymiæ & palpitationi cordis succurrit, fœtum confortat, subadstrictoriâ virtute, juncta temperie, coctionem juvat, visum acuit, alvi profluvia & vomitus compescit. Constat enim ex salinis particulis, oleosis, multò crassioribus in genere, quàm cinamomum, unde adstringit & spirituum diffluxum restinguit, eisque robur addit, & archéum pacat. Summa: est *alexipharmaca, diuretica, cephalica, thoracica, cardiaca, stomachica, epatica, splenetica, uterina*, ut sectione secundâ fussisimè audiemus. Hinc meritò *Claudius Deodatus*, o] de hominis vita ad centum & viginti an-

o) L. II. p. 36. Panth. Hygiast. Hipp. Chym.

annos salubriter producenda, Vires *nucis* hisce dilaudat versibus:

India *odoratas* & crasso rore rubentes,
Cùm tamen exurant, dat tibi larga *nuces*.
Hæ *stomacho*, *jecori*, *vitiato spleni* & *ocellis*
Subveniunt, brumâ si modò læsa dolent.
His bene dent, & vix contacta labella famescunt,
Vesica his patula est, has *fluida alvus* amat
Quàm malè nux dicta matronæ nobile munus,
Glans moscata datur, cùm malè *valva* tumet.
Liberat & *flatu* ventrem infarctuque *lienem*,
Et scit *secretis* auxilio esse *modis*.
Inde sub adversa dudum valetudine pressus
Naturæ veniet, qui fuit ante color.

§. 3. CL. *Zwelfer.* p] usum aromaticorum ad condienda fercula & culinam mirè restringit, at latiùs se extendit. Omnia aromatica partium tenuium esse, & habere in se vim calefactoriam, tradit *Galenus*; q) Siccant enim, incidunt, attenuant, dissipant, roborant. Sunt optima *cephalica*, *ophtalmica*, *acustica*, *cordialia*, *stomachica*, *uterina*, *aphrodisiaca*, (quæ omnia de *nuce* nostra verè dici queunt.) ut de usu eorum externo nihil addam. r]

CAP

p) in Pharm. Reg. p. 332. q) de comp. pharmac. sec. loca L. VII. c. 6. p. 375. r] Vid. D. Wedel. diss. de Aromaticor. natura, usu & abusu c. 2.

CAPUT VII.

MEDICAMENTA LIQVIDA EX N. M. CONFECTA PROMIT.

§. I.

Liquida inter medicamina primo loco stabit *Aqua*, quæ paratur ut aqua cinamomi. Ceterùm cùm diversæ apud omnes Practicos, inque dispensatoriis reperiantur, *nucem* nostram cum aliis simplicibus recipientes, quas omnes transcribere tædiosum, nec utile putamus, sat erit unam alteramvè selectiorem hîc inspergere. *E.N. M.* & metulla panis cum vino generosi *aqua nucistæ* paratur maximæ virtutis in stomachi uterique debilitate, per alembicum destillata ex MB., cujus dosis cochl. I. manè & vesperi. Si nobiliorem cupias aquam, *Aqua*,

℞ *N. M.* crassè confract. libr. sem.
aqu. cydon. vel plantagin. libr. IV.

Destill. per vesic. artificialiter, & separetur oleum ab aqua, quæ, si lubet, rectificetur. Vires ejus insignes sunt in vomitu, alvi profluvio, stomachi imbecillitate, visûs obscuritate, nimio mensium fluxu &c. Dos. est à cochl. sem. ad integrum, manè ac vesperi. Hæc est illa aqua, quæ in officinis Francofurtensibus prostat. D. *Fausius* sequentes habuit in secretis:

℞. Panis calidi ex fornace totâ ſubſtantiâ
confract. q.v. infund. in
aq. plantag. tormentill. burſ. paſt.
an. q. ſ. adde
CC. uſt. unc. II.
Spodii unc. I.
nuciſt. dr. Vij.
galang. dr. Vj.
Sem. anthor.
plantag. an. dr. ij
myrtillor. dr. Vij.
cydon.
meſpil. an. unc. I.

Infuſ.s per triduum adde.
Fl. balauſt. dr. i.
Succ. acac. dr. ij.
rad. aſar. unc. ſem. Deſtill. in MB.

Vel: ℞. Mic. panis ſecalin. calent. libr. III.
N. M. num. Viij.
ſucc. pyr. ſylv. Part. ij.
Vin. rubr. P. j

Infuſ. per. XXIV. hor. deſtill. ex vaſ. vitreis. Cum verò in deſtillatione harum aquarum ſulfur per alembicum tranſiens pòſt rurſus commiſceatur aqueæ ſubſtantiæ, quid mirabere, ſi aquæ iſtæ lacteſcentes conſpiciantur? Sulfurea enim aqueis miſta albeſcere, communis Chemicorum docet regula, idque cuivis facile eſt experiri.

Tincturæ, §. 2. Aquas ſequuntur *Tincturæ*, quarum exempla tamen, præter unam alteramve

ve compositam, vix reperies apud Autores. Parantur pro varietate menstruorum variis modis.

Communiter fit per spirit. Vini rectificat. eg,

℞. *N. M.* num. ijj.
contund. grosso modo, affund. sp. vini opt. ad eminent. trium digitor.
stent in loco calid. in digestion. per octiduum, postea filtra.

Si velis magis imprægnatam efficacioremque acue spiritum vini Spiritu salis armoniaci, qui postremus spiritus per se pariter *Tincturam* extrahit. Vel adhibe menstrua oleosa, huic negotio apta. Ita oleum juniperium aliqualem extraxisse *tincturam* ex *N. M.* infusa, vidit *Diez*, s) non tamen cum prioribus ejusdem odoris colorisve. Acida quoque vim medicam ex hac nuce quadantenus eliciunt, supernatat autem *N M.* aquæ forti injecta, secus ac in aliis menstruis, ubi eadem pulverisata fundum petit. Extrahes etiam *tincturam* jucundissimam per aquam simplicem, sale tartari fixo acuatam. Dedit nobis *Hadrian à Mynsicht* t) tincturam stipticam *N. M.* coruscantem, in omnibus alvi fluxibus valde utilem & magnæ efficaciæ. Alias, ut antepilepticam & stomachicam, vide apud *Frideric. Decker.* u)

§. 3.

s) l. c. p. 24. t) armam. Med. chym. S. II. p. 53. u) in exercit. Med. pract. p. 256.

Extract. §. 3. Hûc referimus *Extracta liquidiora.* Apud *Schröderum* tale est : vv)

℞. *ol nucist.* q.v. extrah. s. a. digerendo cum sp. vini rectificatissimo : decanta, filtra, & abstrahe ad consistent. olei.

Elix. & essent. §. 4. Adjicimus *Elixiria* & *Essentias.* Essentia *Macis* ita fit :

℞. fl. *macis* unc. IV. liquor. nitri fixi unc. IV. Mixta stent in digestione, donec sicca evadunt, tunc aff. sp. vini rectif. libr. II. ac. digere, postea destilla ex arena madida. aliquoties cohobando, nunquam tamen ad siccitatem abstrahendo : tandem spirit. prolectum aff. *macis* pulv. & stent ita per tempus, tunc filtr. & serv.

Est nobile stomachicum, uterinum & anticolicum. x]

Sal. volat. oleos. §. 5. Hûc pariter spectant *Salia volatilia oleosa*, quorum inventionem *Sylvio* Lugdunens : tribuunt. Diversos modos promit *Diez.* y)

℞. ol. *macis*, *seu nucist.* destill. unc. I.
Spirit. ror. rectif.
sal. armon rectif. an. unc. iij.
sal. dulc. aur. unc. vi. M.

Diger. in phiola hermeticè clausa per XIV. dies in M.B. vel arenz. Aut:

Rec.

vv) Ph. Med. chym. L. IV. cl. 1. p. 107. x) Jüngken. lex. pharmaceot. p. 106. y) l. c. p. 25.

Rec. *macis*, vel *N. M.* unc. j.
Sal. tartari dr. iij.
armoniac. dr. ij.

Salia inter se terantur, probè misceantur, & adjectis aromat. aff. spirit. vin. vulgar. unc. V. Vide sis etiam salvolat. oleosi descriptiones aliquot *Sylvij*, quas inter prima *oleo macis* auctâ. z) Sequentes ex laboratorio *Kiesneriano* producit:

Rec. *N. M.* vel *macis* unc. j.
Spirit. ror. rectif. unc. ij.
vin opt. rectif. unc. j.
armoniac. unc. sem.
M. digere in phiola hermet. clausa per IV. dies, primò ignis gradum serva in ☉ probè munita.

Vel: Rec. Spirit. vin rhenae. lib. j.
macis, vel *N. M.* seu utriusque, an unc. sem. committe digestioni, tùm, lenissimo ignis gradu, (quod notandum)
unic. sem. seu integram abstrahe, huic adde Spirit. armon. rectif. unc. ij. & digere, post destilla, & si quid
Salis volat. coaguletur, blando calore solve.

§. 6. Tam *nux* quàm *macis* oleum fundere solent. Ex *nuce* paratur tribus modis, [1. per *expressionem*, modo omnibus Pharmacopoeis notissimo. In *stranguria* cum Spiritu vini est infallibile secretum, ut & in *abor-* *Oleum.*

z) Lentil. P. III. Miscell. Med. curios. p. 99.

abortu præcavendo, cum melle sæpius propinatum. a) 2) per *destillationem*, quàm si nescias, te docebit *Jüngken*. b) Adde *Mantiss. hermet. Zwelferi* c) & *Schröderi Pharmacop. Medico-Chym.* d] 3) per *coctionem*, vel in aceto factum si nimirum *N. M.* leviter eidem incoquatur, vel eo, quo aliàs Pharmacopoei sua olea cocta parare solent, videlicet coquendo *N. M.* cum oleo olivar. seu lini. Oleum *macis* (stillatitium] ferè per solam fit destillationem. Imò sic destillatum ex India afferri curant mercatores Batavi, datâ operâ pretiosissimum illud aroma abundantiùs comburentes, ne ex copia hûc allata ipsius aromatis pretium vilescat. e] Utrumque oleum tàm destillatum, quàm expressum, prodest in ventris torminibus, nephritide, ventriculi debilitate, cum vehiculo calido propinatum. Externê umbilico infantum inunctum diarrhoeas & tormina compescit, temporibus illitum contra agrypniam facit. Vidit *Clusius* Ulyssiponæ oleum *macis* ex India magnis fictilibus allatum, quod magni æstimabatur. Id verò erat inspissatum, & saporis gallici ferè modo in tabellas, unicam vo-

a) Vid. Mœb. Instit Med L. IV. P. I. c. 2. p. m. 442. b) Med. præs. secul. accommod. S. III. c. 1. p. 161. c) p. m. 767. d) L. IV. Cl. I. p. 107. e) V. Erasm. Francisci l. c. & Pharmacop. Galeno-Chymic. Antverpiens. de oleor. divers. præparat. tr. 7. p. 175.

propemodum densas, tres verò latas, totidemque aut ampliùs longas, efformatum, pingues, subflavas, & odoratas. f) Prostat etiam in officinis oleum *Moschelæum*, quod quidam ab ingrediente *moscho* sic dictum volunt, sed nihil obstat, quin & vocetur ita à *N. M.* quæ in id recipitur. Hujus enim descriptionis est in *Pharmacopæa Londinensi:* g)

Moschelæum,

Rec. *N. M.* num. ij.
mosch. dr. j.
folii, seu *macis*,
spic. nard,
costi,
mastich. an. dr. VI.
Styr. calamit.
cassiæ lign.
myrrhæ,
croci,
cinamomi,
caryophyll.
carpobalsami,
cubebab.
bdellii an. dr. II.
olei puri libr. VIII.
vini grosi unic. iij.

Terenda, ut decet trita & confusè mista sensim, dum vinum evanescit, bulliant, admisto s. a. moscho post colaturam. Paulò aliter

f) V. annotat. in c. 2, L. aromat. Christ. A Costa, g) p. m. 331.

ter describit *Pharmacopœa Augustana.* h) *Zwelferus* in *Pharmacop. Regia* i) duo præstantissima olea *moschelina* stomachica exhibet, quæ merentur apponi:

Rec. Ol. puri recent. libr. I.
in qua dissolv.
mastich. elect. unc. I. & sem. add.
ol. *N. M.* expr. unc. I,
stillat. *macis* dr. j.
Styrac. calam.
myrrh. an. unc. sem.
caryophyll.
absinth. an. dr. j.
mastich. dr. ij.
M. F. oleum stomachicum.

Vel, Rec. ol. *nucist.* express. unc. I. & sem.
stillat. *macis* dr. j,
caryoph. dr ij,
styrac. calam,
myrrh.
mastich. an dr. iij.
absiinth. dr. I.
M. f. oleum stomach. nobile.

Sirupus, §. 7. Postremò est *Sirupus*: Primarius sanè *Wizelianus*, k) singulari tamen circumspectione & industriâ opus est, ut debitam servet consistentiam, neque saccharum candisetur, uti periti noverint artifices. Alius paratu facilis, sine sacchari additione, ma-

h) Cl. XVI. p. 563. i) Cl. XVI. p. m. 901. k] in Pharmacop. Schröder. edit. ult.

magnarum in dysenteria virium, multiplici experientiâ probatus, & à familia *Fleischbeiniana* Francofurti ad Mœnum secreti instar hactenus servatus. Ille sic præparatur:

Rec. *N. M.* condit. num. II.
vin. malvat. unc. IV.
contund. simul in mortar. lapid., ut pultis formam acquirant, post exprim., express. in sirup. consist. s. a. coq.

Londinenses cum solo vino albo parant. l)

CAP. VIII.

MEDICAMENTA EX N.M. SICCA EXPONIT.

§. I.

PRodeant primùm *pulveres* tàm simplices, quàm compositi, seu cum alijs permixti, quorum posterioris classis exempla in quocunque ferè affectu apud omnes Practicos copiosius prostant, sectione secunda ad nauseam à nobis allegandi. Hos excipiunt diversæ confectiones saccharatæ compositæ, *nucemque moschatam* recipientes, ceu sunt *tragea aromatica, pasta regia composita, dianthon Nicolai, diacinamomum. Mesvæ, lætif. Galeni & Rhas.* pretios. *stiptica Mynsichti, diamargarit. calid. Avicennæ, morsuli Imperatoris,* & ejusmodi plures. Si velis huc re- *Pulv.*

E ferre

l] V. Pharmac. Londinens. p. 129.

ferre *macem aut N. M.* frustula saccharo candisato, vel in crystallos redacto obducta, per me sanè licebit. Quamvis cupedias ferè augeant, & Medici cordatiores de iis parùm solliciti esse soleant.

Magist. §. 2. *Magisterium* sic parabis: Rec. *N. M.* select. q. v. contund. grosso modo, & immitte alembico magno. superaff. aq. font. puriss. q. s. deinde destilla per alembicum ex arena, & prodibit oleum volatile: oleum verò fixum innatabit aquæ, quam, unà cum supernatante oleo fixo, filtra, per linteum in vas aliquod terreum, ut inibi refrigerescat, unà cum oleo fixo adhærente, id quod collige, & in charta emporetica exsicca. Deinde cum spiritu vini colorem omnem extrahe, ita ut *magisterium*, seu potiùs *oleum fixum coagulatum*, nivis instar albicans restet, quod, ne rubescat, lenissimo calore exsicca. m) Summum est arcanum in colica cum alvi fluxu, dysenteria, ventris torminibus, vel mensium nimio fluxu, omnibusque alijs corporis profluvijs. Dos. à dr. sem. ad scrup. II. in vino, seu cerevis. frigid. superbibendo haustum tepidum. Suppeditat etiam nobile balsamorum corpus, ubi cum Spiritu vini tartarisato extractio facta est. Alii substituunt *Magisterio* elæosaccharum.

§. 3

m) Hofman in Clave Jüngken Med. præs. secul. accommod. S. III. c. 1. p. 165.

§. 3. *Sal nucistæ*, de quo *Schröder*, n) ex remanentia incinerata nucum elixiviatum, seu fixum non sperabis. Nam quod quis non habet, alteri dare non potest. o] At quidnî dare queat? tuetur *Schröderum Diez*, p) modumque ostendit, inquiens; Sumantur *N.M.* pro lubitu, indantur illæ sine operculo, quæ exponatur igne aperto, ut crematæ carbonibus vivis assimilentur. Post ab igne remotæ, inque cineritium colorem mutatæ, solvantur in terra, ubi per crebras solutiones, filtrationes & coagulationes albissimum tandem sal prodibit. Præscripto hoc modo si processeris, vel manu palpabis oculisque deprehendes *Sal N. M.* Et dic mihi sodes, si non sit, cur Celeberrimi Medici magistralibus suis compositionibus tam *macis*, quâm *N. M.* salia immisceant? *Sal*,

§. 4. Pertinent huc *Extracta spissiora*, quorum parandi modum ex iis, quæ suprà de *Tincturis* vel *Essentiis* dicta sunt, facilè percipies, modò liquidiores istas essentias magis inspisses. Operam igitur dabis, ne empyrevma contrahant, ideò lento igne procedas velim. Extractum *N. M.* residuum album corpus aliquoties abluitur, sed frustrà communiter reservatur ad corpora proballsamis, cui negotio etiam inservit oleum *nucistæ* expressum. Quod enim meliorem effe- *Extract. Spiss.*

n) l.c.L. IV. Cl. I. p. 107. o] Hofman. l. c, p. 508, a. p) l, a, c. 7.

effectum edat quàm cera, nemo inficiabitur. Ex extractis hisce parari possunt *pilulæ*, æquè simplices ac compositæ, quarum postremas Sectio altera dabit.

Poma ambræ, §. 5 *Poma odorata, ambræ* vulgò dicta, sunt vel completa seu incompleta, quorum compositiones *N. M.* ingreditur. Ad *trochiscos* pariter eam concurrere videmus ex *trochisc.* *trochisc. cephal, Jwelferianis, Xyloaloë Mesvæ, de Satureja Mynsichti,* aliisque pluribus.

CAP. IX.

MEDICAMENTA EX N. M. MEDIA CONSISTENTIÆ PORRIGIT.

§. 1.

Conserva, PRimùm contemplabimur *conservam*, quam Indi parant è cortice externo fortè adhuc recenti, utpote qui odoratus est gratique saporis. Commendant illam Autores in morbis cerebri, uteri & nervorum. q) Hanc *conservam*, ob insignem suavitatem miramque efficaciam, per universam celebrari Indiam, quin & in Portugalliam transferri, testis est *J. Hugo Linschott.* Condiuntur præterea nuces, veluti juglandes, antequam ad perfectam maturitatem pervenerunt, in suis adhuc involucris inclusæ, unà cum hisce

q) Vid. J. Fragos. Hist. med. ind. c. 10.

ce saccharo æquè & aceto, condiuntur etiam sine involucris. Imò & *macin* nondum maturam acetarij loco condiri cum aceto & sale, testantur rerum Indicarum scriptores, exque ijs *Francisci* Quin & transportari illam Saccharo conditam ad nostras oras, atque officinas nostras pharmaceuticas ornare atque augere notissimum est. Quæ ipsa nux condita non tantum ob egregias vires, queîs visceribus principalioribus insigne addit robur, se commendatissimam fecit, sed & insuper singulari sua suavitate maximam gratiam sibi conciliavit, adeò ut vix electuarium palato acceptum citra hujus ipsius conditi præsentiam paretur. In hisce oris *N. M.* condiri solet, sed non habet gratiam palato respondentem. Rec. *nucist.* quoad fieri potest, recentissimas, macera in lixivio forti dies IX. seu X., ut mollescant, dein abrade extremam cuticulam, lavaque, donec lixivio penitus exutæ sint: hinc sicca, & cum saccharo syrupisato condito. Circumfertur etiam sub nomine *Nucis Indicæ nux aromatites moschata*, autore *Garcia ab Horto*, ProRegis Indici Medico, & *Carolo Clusio.* r)

§. 2. Pertinent hûc *Balsama artificialia* tàm interna quàm externa. De hisce notandum est, quòd generalis balsama conficiendi ratio in eo consistat, ut basi, seu *Balsam.*

r) L. VII. Exoticor.

corpori, quod balſamo conſiſtentiam largitur, & vulgò corpus pro balſamo dicitur, ſufficiens quantitas olei deſtillati illius nimirum ſimplicis, cujus balſamum deſideratur, commiſceatur, inſimulque colore illius tingatur ſimplicis, à quo denominationem nactum eſt balſamum. Queîs nonnulli addunt ejusdem ſimplicis ſal, quò diutius illud à corruptione præſervetur. Hoc ipſum corpus pro balſamo diverſam agnoſcit materiam, ex qua id parant artifices. Alij quippe ceram albam, operosè nonnunquàm depuratam, alii eandem miſcent oleo amygdalarum dulcium, affuſoque ſpiritu vini, mediantibus digeſtionibus & abſtractionibus, huic negotio ſubeundo aptam reddere allaborant. Alii ſevum agninum eligunt, atque iteratis lotionibus aptant. Alii mannam depuratam: alii medullam crurum vituli, alii extracta ſimplicia; nemo tamen ſine crimine vivit. Vel enim activitatem oleorum impediunt & fragrantiæ penetrationi in poros reſiſtunt, aut debitam conſiſtentiam deſtruunt, aut contracto rancore eadem planè corrumpunt. Verùm *N. M.* oleum omnibus votis tuis faciet ſatis, cumprimis, ſi crebris deſtillationibus, lotionibus, inſolationibus omni colore & odore exuatur. Ideò elegantioris cariorisque notæ balſamis baſin tribuere *N. M.* oleum, exercitatis candidisque artificibus notum eſt. Quô carere bal-

balsama illa venalia, à circumforaneis, aliisque urbium purgamentis ostiatim exposita, vili pretio & fragrantia satis languida facilè cognosces. Sunt porrò balsama alia simplicia vel composita. Illorum tàm *N. M.* quàm *macis* parandi modus ex dictis liquidò apparet. Composita pro intentione Medici varia præparari queunt, ceu in sequenti sectione videbimus. Capitale apud *Rolfincium* hoc est: s)

Rec. *ol. N.M. expr.* dr. sem. *capital.*
rut. g. iij.
succin.
aurant.
majoran.
lavend. an. g. I.
rorismar. g. ij.
Zibet. gr. j.
ungv. pomad. dr. sem. f. balsam.

Vel: Rec. ol. dest. lavend.
caryoph.
cinamon.
majoran.
lil. convall. an. g. X.
succin. ser. j.
junip. dr. j.
N. M. expr. q. s. ad bals. consist. S. *apoplect*
Haupt-Balsam/

Balsamum apoplecticum Crollianum t) repetit *Mœbius.* u) Ex innumeris alijs mihi placet *Michaëlitanum:*

s) L. II. cons. 6. t) in Basil. chymic. p m. 194. u) Inst. Med. L. V. P. III. S. 2. c. 4. p. m. 687.

Rec. ol. cinamom.
Caryoph. an.ser.I.gr. VIII.
lign. rhod. g. XVI.
balſ. peruvian.
moſch. opt.
ambr. gryſ. an. gr. viij.
ol. N. M. expr. dr. II. & ſem. M.
f. balſam.

Ungv.& linim. §. 3. Unguenta & linimenta ſolâ conſiſtentiâ differunt. Parari poſſunt ex oleo *N. M.* expreſſo, additâ ſimul cerâ vel axungiâ, in debita & proportionata quantitate, uti nunc fuſiſſimè dicetur.

CAP. X.

NOXAM N. M. ADDIT.

§. I.

Noxa N. M. UTi reliqua aromata virtutem ſuam habent narcoticam, deducente eam latius *Piſone* in epilogo de aromatum cardinalium abuſu, vv) ideò ſic ait *Bontius*, x) ceterùm de cortice hujus *nucis* ac de *nuce* ipſa dico, quòd parcius ſit adhibenda, quoniam *oleoſi ac pingues vapores* ex ejus uſu in cerebrum elati, *obſtructionem* ventriculis cerebri afferunt, ac inde *ſomnolentiam*, imò *ſtuporem quendam univerſis ſubjectis inferunt. N. M.* & *macis* quò recentiores, eò parcius aſſumi de-

vv) p. 185. x) de Med. Indor. p. 26.

debent. Pollent enim ſulfure quodammodo narcotico, ventriculum, cerebrum, genusque nervoſum lædente. Novimus Virginem nobilem, ait *Mœbius*, y) quæ coctionem ventriculi debilem correctura, cochlear *mace* pulveriſata plenum proprio auſu ſumens, in ſoporem graviſſimum incidebat, omni motu & ſenſu tamdiu deſtituta, donec remediis convenientibus vomitus excitaretur, à quo ſopor remiſit, & ſenſus rediêre. Hanc vim hiſce aromatibus ineſſe, teſtatur quoque *Jacob Bont*, z) ubi dicit, ſe quosdam vidiſſe, qui ex horum recentium uſu non parum periclitati fuerint, per unum atque alterum diem, non ſecus ac *caro* correpti immobiles ac muti jacuerint; inde *Rondeletius* præferebat immaturas, carioſas, quæ plus adſtrictionis habent, quâ robur ventriculo conciliatur, & vapidi fumi cerebrum præpedientes impediuntur. Oleaginoſa enim cerebrum obruunt. Meminit *Lobelius* a) Generoſæ Anglæ, quæ gravida eſu X. aut XII. nucum *myriſticarum* ebria deliravit. Siſtit *Rolfinc.* b) mulierculam, mala uterina metuentem, quæ ſemper in ſacciperio *nuces moſchatas* geſtabat, cumque earum eſu liberalius ſe refeciſſet, *caro* correpta jacebat, libe-

carus,

Delirium,

E 5 rata

y) L. IV. Inſt. Med. P. II. c. 7. p. 509. ſeq. z) l. c. & p. 28. a] in obſervation. b] O. & M. Med. ſpecial. comment. L. XIV. S. I. c. 23. p. 994.

rata tamen abs eo vomitu. Novi matrem, scribit *Hofmannus*, c) quæ cum filiæ plusculum dedisset de *mace* ad movendos menses, animadvertit in illa deliquium aliquot horarum. Producit *Frid. Decker* matronam, quæ, ob usum aromatum quorumcunque, atque sic etiam *N. M.* præcipuè immodicum, *sudorem sangvineum* patiebatur. *Stephano Schleyern* ab aromatum fragrantia nares ocius stillabant sanguinem, quod *Hamburgi* ipsemet vidi, & tamen erat aromatarius iste *Stephanus*. *Esaias Crüdner*, mercator Lubecensis, semper patiebatur cordis palpitationem, quoties tantillum *N. M.* comedebat. Ita CL. Viro M. *Stenbuchio*, Prof. Reg. Hafniensi, *spasmus* erat molestus, si vel *ovis sorbilibus* vescebatur, seu quocunque alio cibo, cui *ova* erant immixta, notante etiam *Bartholino*. d) Habet D. *Constantin. Zingler* famulum, qui à gustu vel odoratu *N. M.* frequentissimè *sternutat*. Soror *Israëlis Schmid*, Medici Prussi, XXVII. annorum, vix errhinô leviori sumto sternutabat, hausto autem semel *vino hispanico* natura ita irritabatur ut vel vicesies, seu tricesies sternutaret cum levamine. Idem asserit D. Hünerwolff de *cerevisia*. e)

deliquium, sudor sangvin.

Palpitatio cordis,

Sternutatio,

§. 2. *Joann. Jacob Mercklin* Chirurgus ait; f) stetisse in portu Bataviæ navem, in

c) L. II. M. O. p. 503. d) C. VI. h. 65. e) Dec. II. Eph. ann. VI. obs. 93. f) in Itin. Ind. Orient. p. 471.

in qua quantitas erat aromatum, *N. M.* & alia bene olentia. Prope hæcce materialia erat receptaculum, seu camera pulv.pyrij, & ad hanc angustus introitus. Connestabilis mittit unum, ut aliquid inde afferat, hic descendit jussa capessens, & statim à nimia aromatum fragrantia obruitur & suffocatur. Alter moræ impatiens, quærit huncce descendendo, idemque habet fatum: vocatur, at non respondet, ideò tertium ablegant obducta veste circa medietatem corporis, ut si quid adversi occurreret, statim extraheretur. Quoniam autem vires exemplo labascebant, nec restim bene constrinxerant, labitur per laxitatem restis mortuusque concidit. Quartum denique bene munitum demittunt cum candela ardentet, sed candela statim extinguitur, ipseque demissus lipothymiâ corripiebatur, ideò celeré retrahebant suffocandum, & vix orci faucibus eripiebant. His commoti reseratis januis liberum exhalationibus dabant exitum, vento per omnis navis angulos liberè spirante. g) De *pomis recentibus* in navi tantam spirantibus fragrantiam, ut plurimis in alia navi permolesta esset, vide *Sim. Paulli.* h) *Obs.*

§. 3. Quidam inferioris Saxoniæ Nobilis XXXVI. annorum, vegetus alioquin & sanus, nisi quòd ventris torminibus afflictus esset *Alia,*

g) Add. Pec. II. Eph. ann. III. obs. 155. h) Bot. quadr. Cl. II. p. 82.

esset per aliquot dies, ad eosdem sopiendos *nucistas* numero quatuor (quæ conjunctim fortè uncias duas pondere æquabant,) inter cerevisiæ pocula comedit, quibus assumtis mox calore p. n. dolore capitis, vertigine, mentis alienatione ac stupore corripitur, visu penitus privatur & loquela, jacita ἄφωνος sensuumque usu destitutus lecto incumbit per biduum & totidem noctes, soporosus licèt ac lassus. Interea temporis tamen somnum non vidit; advocabatur D. *Jacob. Schmied*, quî curam instituerit, vide in *Eph. Curios.* i) Dux *Rothomagensis D.* de *Catyli* cum incaute nimis *nucis myristicæ* frustulum deglutivisset, incidit in tracheam arteriam; emaciatus indies tandem morti propinquus credebatur: cumque semiputre frustulum illud nucis cum tussi ac magno conatu ejecisset, acidis irritata remedijs aspera arteria, abhinc paulatim pristinum recuperavit habitum. k)

Alia,

§. 4. In Java ceterisque regionibus calidioribus *N. M.* parcius utuntur. Ventriculum enim suâ oleositate ac balsamicâ substantiâ potius gravant, dum vaporibus ad cerebrum elatis somnolentiam inducunt, ut ex Autore de oleo hujus *nucistæ* expresso testatur *Frideric. Hofman.* l) Ex corticibus viridibus

i) Dec. II. ann. II. obs. 120. k) Borell, C. IV. obs. 63. l) in Clave Schröder. p. 507.

dibus hujus nucis incolæ in Banda pultem coquunt, & ſaccharo condiunt, non inſuavem ſaporem acidorum pomorum coctorum cum ſaccharo æmulantem, non tamen ſine effectu narcotico. m)

SECTIO SECUNDA QVÆ PRACTICA,

PARS I.

DE USU N. M. IN AFFECTIBUS SUPREMI VENTRIS, CUJUS MEMBRUM PRIMUM *DE AFFECTIBUS CEREBRI ET CAPITIS.*

Rec. Rad. galang. Zedoar. an. ſcr. iv. ſalv. dr. ij. & ſem., Zingib. condit. unc. I. N. M. cinamom. an. dr. I. ſem. pœon. dr. j. & ſem. junip. dr. j. menth. dr. ſem. ſir. roſ. ſimpl. q. s. f. elect. molle.

pilul. §. 5. Purgare ſi velis, utere *pilulis Grülingianis*: b)

Rec. Extr. panchym. Croll.
agaric. & cochiar. an. ſcr. ſem. *ol. macis*, rut. & fœnic. an. g.
I. f. pilul. c. ſirup. de ſtæchad.

morſuli §. 6. *Morſuli* ſi deſiderentur, pete eos vel abs *Brunnero*, c) Rec.

x) l.c. p. 275. y] L. I. conſ. 3. z) l. c. p. 276. a] in Praxi p. 51. b) C. V. obſ. 38. c) conſ. med. 12. p. 82.

Rec. fl. rorismar. dr. sem. lavend. dr. I. cubeb. opt. dr. j. cal. arom. cond. scr. iv. cort. citr. condit. dr. ij. margarit. præp. dr. sem. Rad. pœn. sem. ejusd. excortic. an. scr. ij. *macis* incis. dr. I. extr. pœon. scr. I. *ol. N. M. dest.* scr. sem. *macis* gr. V. sacch. albiss. sol. in aq. lavend. s. q. f. morsuli.

Vel à *Sennerto:* d)

Rec. conserv. fl. beton. dr. ij. myrob. chebul. condit. dr. j. cort. citr. condit. dr. ij. Sp. diambr. Scr. j. dianth. scr. sem. pulv. puleg. scr. ij. cubeb. caryoph. cardamom. an. dr. sem. cal. aromat. scr. j. extr. pœon. scr. sem. galang. gr. vij. smaragdi præp. scrup. sem. solut. margarit. scr. ij. corall. rub. scr. j. ol. carv. *macis* an. g. v. N. *M.* g. viij. sacch. opt. in aq. lil. convall. diss. q. s. f. morsul. dr. ij. pondere. De quibus maneseroque unus atque alter capiatur. Dabit ibid. & pag. seq. plures. Aut abs *Hildesheim.* e)

Rec. cinamom. el. dr. j. & sem. galang. Zingib. an. dr. ij. cal. aromat. *N. M.* Zedoar. caryoph. an. dr. sem. cubeb. cardamom. *macis* an. scr. j. amygd. d. dr. iij. incid. omnia grosso modo, add. sacch. albiss. in aq. card. ben. dissol. unc. vj. Zingib. alb. pulveris. dr. j. affund. ol. cinamom. g. vj. *macis* g. ij. F. morsul.

d) l. a. p. 247. e] l. c. p. 469.

Plures videantur apud Eum: f) Experientissimus D. *Scheffer*, Med Francofurtens. Amicus olim noster, hosce maxima cum utilitate præscrisit:

Rec. extr. lign. aloës, ambr gryf. an. g. iv. facch. alb. scr. j. mosch. gr. ij. *ol. N. M. expr.* gr. IX. facch. albiss. unc. iv, in s. q. aq. beton. sol. f. s. a. morsul.

rotul. §. 7. *Rotulas* conficit *Grülingius*, g)

Rec. cubeb. cardamom. crassè incis. an dr. j. *N. M. scr.* ij. sem. cumin. sp. Diambr. an. dr. sem. succin. alb. scr. I. ol. anis. gr. V. *N. M.* gr. iij. ambr. orient. mosch. an. g. ij facch. alb. in aq. meliss. & majoran. dissol. q. s. f. rotul.

Vel. Rec. Margarit. præp. corall. rub. præp. an. scr. j. ol. caryoph. *N M.* anis. an. gr. iv. facch. in aq. ros. dissol. dr. ij. f. rotul.

Vel. Rec. Spec. dianth. diamosch. dulc. arom. ros. an. dr. sem. extr. pœon. scr. j. *ol. N. M dest.* g. X. fœnic. g. vj. facch. in aq. lavend. dissol. unc. iij. f. rotul.

Vide adhuc unam formulam apud *Sennertum.* h] *Horstianæ* tales: i)

Rec. Sp. diamosch. dulc. dr. I. *ol. N. M. per expr.* scr. j. succin. alb. g. iij. ambr. gris. gr. iv. sach. in aq. lavend. sol. unc. iv. f. conf. in rotul.

Ti-

f) l. d. p. 474. 487. 483. 488. 494. 498. 481. g) C. V. obs. 39. h) l. c p. 277. i) L. ij. obs. med. XI. p. 105.

Timæanæ hæ: k)

Rec. Magiſt. ſuccin. alb. unc. ſem. ol. ſtill. carv. g. Xj. *N. M. g.* IX. macer. g. Vij. ſacch. albiſſ. in aq. euphraſ. ſol. libr. ſem. F. rotul(

Adde *Brunnerianas* l) & *Hildesheimianas*. m)

§. 8. Nec inefficaces ſunt *trochiſci*, ſi unus alterve, jejunô inprimis ventriculô, in ore detineatur, ad corroborandum caput, & avertendam vertiginem. *trochiſci*,

Rec. cardamom. cubeb. an. dr. ſem. *macis*, erucæ an. ſcr. ſem. myrrh. ſcr. j. fl. lavend. P. I. moſch. ambr. an. gr. II. c. mucilag. tragacanth. in aq. lil. con. vall. fact. F. trochiſci. n]

Fr. Hildesheim o) [qui etiam p] *trochiſcos* dabit,) facit intinctum, ſeu *embamma* ex cinamom. unc. ſem. Zingib. dr. ij. cardamom. caryoph. *mac.* an. dr. ſem. croc. parum, ſacch. ad pond. omnium. Nec temnenda caput particulariter evacuantia cui ſcopo *gargariſmus* hic inſerviet: *embamma*,

Rec. H. origan. betonic. majoran. an. Man. ſem. fl. roriſmar. ſtæch. arab. nymph. an. Pug. ij. maſtich. dr. iij. *N. M. dr.* I. coq. in s. q. vin. generoſ. f. gargariſmus. q]

k) l. c. p. 427. l) conſ. med. Xij. p. 82. m) l. c. p. 473. 497. ſeq. n) Poliſ. Myrrholog. S. iv. c. 1. art. 6. p. 146 o) l. c. p. 49. p) l. a. p. 478. q) Vid. Rolfinc. L. ij. conſ. 10. p. 163.

pomum, §. 9. Vel fiat tale *Pomum:* r)

Rec. ladani puri dr. ij. Styr. calam. dr. ſem. benz. ſcr. I. ol. deſt. caryoph. *macis* an. g. IV. gall. moſchat. ſcr. I. f. pomum,

Aut. Rec. ladan pur. dr. I. ſtyr. calam. dr. ſem. caryoph. gall. moſch. ligni aloës, blaccæ byzant. an ſcr. I. macer. ſcr. Sem. f. pomum involutum ſindone,

Seu paretur ſequens *nodulus* odorandus, inque manibus teneatur.

Rec. ſummit. majoran. ſtæch arab. an. P. I. fl. lavend. & roriſmar. an. pug. ſem. caryoph. cubeb. *macis* ſcr. ſem. nigell. in acet. quinquies macerat. dr. II. eruc. ſcr. ij caſtor. gr. iij Ex conciſ. f. nodul. rotund. ex ſerico rubro cum ſtylo, qui manibus teneatur, vel in aq. conveniente intingatur, naribusque ſœpius admoveatur.

balſ. §. 10. Quatuor *balſama* promit *Sennert,* ſ) è quibus uſu mihi probatum eſt ſequens:

Rec. *ol N.M. expr.* dr. I. deſt. caryoph. majoran. roriſmar an. g. iij. ſuccin. g. II. M. Inunge eô tempora, nares, occiput: vel goſſypio exceptum naribus inde. *Balſam.* contra vertiginem *Schalleri* hoc eſt:

Rec. *ol. N. M. macis* expr. an. unc. I. & ſem. ſuccin. rectif. unc. I. *N. M.* deſtill. dr. ſem. majoran. Scr. I. M. t)

Griſ

r) Sennert. l. c. p. 280. ſ) Id. l. c. p. 281.

Grülingianum tale: u)

Rec. *ol. N. M. expreſſ.* dr. II. deſtill. majoran. roriſmar. an. g. III. M. S. Balſam / den Nacken / die Schläffe und Nasen damit zubeſtreichen.

Vel. Rec. *ol. nuciſt. expr.* dr. ſem. rut. majoran. ſalv. puleg. ſpic. lign. rhod. ſuccin. an. g. IV. balſ. peruv. Scr. ſem. F. balſ. illin. bregmati & temporibus.

Rolfinc vv) puero vertiginoſo hunc dedit:

Rec. ol. ſuccin. ſcr. Ij. deſt. majoran. roriſm. an g. III. *N.* M. *expr.* dr. I. ambr. gryſ. moſch. an. g. I. f. balſam. D. *Menzius*, Medicus Roterodamenſis in Batavis, laudat hoc:

Rec. ol. lign. rhod. g. XVij. *macis*, caryoph. an. g. Vij. ſuccin. g. IV. citr. rut. an. g. VI. moſch. gr. VI. M. pro balſamo.

Add. *balſam.* vitæ *Hofmannian.* apud L. *Jüngken.* x)

§. 11. *Emplaſtrum* ita concinnat *Poliſius:* y)

Rec. reſin. pini unc. ſem. ladani, myrrh. maſtich. an. dr. I. & ſem. gumm. tocamahae. galban. opopan. an. dr. I. viſc. tiliæ ſcr. IV. ſem. pœon. mar. ſcr. ij. cubeb. ſcr. j. ol. deſt. ſuccin. *N. M.* an. g. Vij. gummi in acet. diſſolv. fiatque l. a. emplaſtr. add. terebinth. dr. V. *empl.*

Di-

t] Birling. l. c. c. 8. p. 56. u) C. I. obſ. 58. vv) L. ij. conſ. 10. x) in Lex. Pharmacevt. p. 53. y) l. c. p. 146.

Diversa *unguenta* dabit *Hildesheim.* z)

unguent. *cucupha* § 12. *Cucupham* parat *Rolfinc.* a] & *Grüling.* b) Vertiginoso simul & splenetico *Hildesheim* c) dedit *saccul. stomachic.* quadrilater. interpassandum & alium. d)

observ. §. 13. Scripsit mihi nuper D. *Mühlenberg,* Matronam, annis nunc gravem, cachexiâ scorbuticâ molestè afflictam, inveteratâ quoque vertigine laborâsse. Dabat ei chirurgus pilul. cephalic. admistô mercurio dulci & una guttulâ *macis,* magnamque provocabat salivationem, subsequente optatâ vertiginis medelâ. Consulatur *Willisius* e) & Ballonius. f) Eâdem ratione contumacem *vertiginem* sublatam memorant *Nic. de Blegnÿ* g) & *D. Herman. Grube.* h]

alia, §. 14. Dixit mihi Dantisci Generosus & piè Eruditus Baro *Casp. Sigmund à F.* qui in celebri Germaniæ Academia gradu Baccalaureatus publicè ornatus erat, se superiori bello germanico omnibus bonis, omnique Parentum solatio ab impio milite exutum, diu ex villis in oppida pauperculum meâsse *κοσμοπολίτην,* tandem in dysenteriam la-

z) l. a. p. 474. 477. 483. 492. a) L. ij. conf. 10. p. 164. b] C. I. obf. 58. c) l. a. p. 470. d) l. c. 495. e) de fermentat. c. 6. f) L. I. Ephemerid. g] Zod. Med. Gallic. ann. I. M. octobr. obs. 7. h) in arcan. Med. non arcanis, Add. J. Jac. Bayer. disp. de salivæ inspect. necessaria §. 8.

capsum, primò statim die *lumbricos duos* ἄνω rejecisse. Sequente die κάτω aliquis exclusus monstrosæ formæ, cum multo sanguine & ineffabili cruciatu. Caput ingens & rotundum, cornua bina, brevia quidem, sed ramosa, curva & acutissima; pedes octo, subtilissimis unguiculis, seu potius uncinulis, armati, corpus hirtum & totum pilosum, imò ferè aculeatum, caudæ loco traxit furcellulam tricuspidem. Hoc monstrum ex excrementis protractum exsiccatumque, curiositatis ergo, pluribus monstrârat misellus iste Baro. Plerunque mortem portendunt ingrati isti hospites, Baro tamen noster solo lacte modò vaccino, modò ovillo, (caprinum specialiter commendat *Borellus* i) inquo soleæ equorum ferreæ ignitæ extinctæ fuerant, & cui semen plantaginis inspersserat, Dei misericordiâ, ægrè tandem servabatur. Qui postea nocturno tantum tempore crebrius ingenti corripiebatur *vertigine*, etiam in lecto jacens, ut omnia cum eo in gyrum agitari rotarique viderentur, affectu hoc ad integram horam aliquando durante, quem Medicus solo pulv. bezoardico pepulit. Adde sîs, quæ de *cœcorum vertigine* scribit *Wedelius*, k) Præservationis gratiâ perpetuò utebatur postea *Nuce Moschata*, ut ipse mihi narrabat.

§. 15.

i) C. I. obs. 36. k) Dec. j. Eph. Curios. ann. Vj. obs. 121.

alia, §. 15. M. *Lindenberger* obtulit mihi nuper pauperculum & macilentum puerum 13. annorum, Lunâ crescente semper vertiginosum, cui Medicus, præmisso purgante, sicque corpore ἄνω καὶ κάτω bene mundato, circa id tempus in aquæ fœniculi seq. pulverem dedit:

Rec. Cerebri sciuri masculi rubicundi exsiccat. sem. aquileg. Rad. Valerian. an. dr. j. *N. M.* scr. 1. *ol. dest. N. M.* & carv. an. g. iv. M. D. pro 4. dosib.

Confirmat hæc observatio *Isibordianam* de grandævo Venatore¹, altissima adhuc arborum cacumina promtè conscendente, cujus arcanum fuit pulvis *sciuri*. Memini, eundem nobis commendâsse olim in Regia Hafniensi Virum incomparabilem D. *Christianum Ostenfeld,* U. J. Med. ac Phil. D. PP. inque Summo Tribunali Regio Assessorem, Præceptorem meum desideratissimum, quemque caro satis pretio à funambulone quodam obtinuerat D. *Michaelis*, Prof. Lipsiensis, teste *Friderico Hofmanno.* 1]

CAP. VI.

DE USU N. M. IN MEMORIA LÆSA.

§. I.

SUmmum humani intellectûs præsidium *memoria* est, conscia omnium arcanorum no-

1) L, I, M. M, c. 19. p, 280.

nostrorum, cogitationum proma conda & actionum arbitra. Hinc ceu Deæ scientiarum templa & aras eidem dedicabant olim pagani; oblivio contrà ἐπιστήμης ἔξοδος, scientiæ exitus est. Ubi enim *memoria* desinit, perit scientia. Adeò memoria filum Ariadneum est, ad cujus ductum rectè & feliciter procedunt omnia, ut muneri nostro undique satisfaciamus. Quanta jactura sit memorio læsa, cogitatu facile est, meque & alios tristissimum spectaculum duorum præstantium Theologorum edocuit, quos tanta ceperat oblivio sacrarum rerum, ut literarum & catechismi nomen haud amplius meminerint. Veni igitur, ô dulce refrigerium, & sana, quod est saucium!

§. 2. Bonum est *decoctum Sennertianum*, m) singulis diebus manevesperique ad unc. IV. dandum, nec non *Hildesheimianum*, n) & aqua illius composita, o] ut Xyloaloës apud *Mynsicht.* p) in & externè usurpanda; *Vinum medicatum* infundent *Sennertus* q) & D. Joann. Franc. r) *Sirupum Bened. Victor. Faventini* vide apud *Sennertum.* s) *Hildesheim* hunc communicat: t) *decoct.* *vinum*

Rec. majoran. salv. spic. origan. chamædr. an.

m) L. I. P. ij. c. 5. p. 299. n] l. a. p. 321. & p. 344. 351. 356. o) l. a. p. 303. seq. 305. & 308. p] l. c. S. XIX. p. 289. q) l. a. p. 301. r) de Veronic. S. ij. membr. I. c. 6. p. 66. s) l. c. p. 300. t) l. a. p. 350.

an. M. I. rad. acori. cort. citr. sem. anis. fœnic. fl. stæchad. passul. mund. an. dr. sem. coq. in s. q. aq. mediet. Colat. admisce Mell. ros. q. s. f. Sirup. condiat. cum *N. M.* & cubebar. an. dr. sem.

§. 3. Viro XXX. annorum Mart. Ruland. u] ordinabat sequentia. Vino, quod bibit, imponebatur card. bened. alimentis utebatur facilis digestionis, semper admixta pulvere card. bened., interea quoque certo modo hoc.

pulv. Rec. calam. arom. gentian. cumin. siler. mont. anis. carv. ammeos, sem. petrosel. spic. nard. an. unc. sem. cubeb. *macis* an. dr. ij. corall. rubr., perlar. non perf. an. unc. sem. Zingib. alb. chamæpith. fol. senæ, tart. adust. an. dr. V. caryophill. dr. Vij. F. pulv. subtil.

De quo capiat per mensem mane & serò dr. I. cum brodio; altero mense tantum semel in die, & quidem mane; tertio mense ter in hebdomade, quarto & deinceps bis singulis septimanis ad dr. I. Insuper quarto quoque die utatur sternutatorio &c. Pulvis *Trithemianus* ad corroborandam memoriam prostat apud *Müller.* vv) & *Schröderum*, x) Andersoni Angli vid. apud *Birlingium* y) & Jesuitarum.

u) L. I. obs. p. 35. vv) in myst. & mirac. Med. Chym. p. 70. x) l. a, L. ij. c. 77. p. m. 272. y) l. c. c. 20. p. 106.

rum. z) D. *Lentilius* ita ſcribit: a] Horâ Sextâ vel ſeptimâ. & veſperi horâ quartâ ſumat patiens dr. j. trag cephal. cum pauxillo panis toſti ac vino madidi:

Rec. Pulv. epilept. March. dr. ij. Pil. reg. compl. num. I. cubeb. dr. ij. *N. M.* *macis*, ſuccin. citr. an. dr. I. cinam. acut. dr. ij. CC. phil. præp. ſcrup. iv. ſacch. roſ. tabul. unc. I. tabb. man. Chriſt. perlat. unc. iij. & ſem. ol. majoran. g. I. roriſmar. g ij. M. Superbib. cochl. iij. mixtur. ex aq. roriſmar. cephalic. temperat. & Sir. fl. paralys. q. S. Manè noctuque vertex inung. hoc balſ.

Rec. unguent. alabaſtr. unc. ij. *ol. N. M. expr.* dr. iij. deſt. majoran. roriſm. lavend. an. g. vij. rut. ſuccin. *macis* an. g. iij. balſ. apoplect. dr. ſem. M.

§. 4. Varia *electuaria* affert *Sennertus*, c) *elect.* è quibus maximè mihi placet ſequens:

Rec. conſ. lil. convall. beton. ſalv. roriſmar. an. unc. I. lavend. unc. ſem. ſp. diambræ, diamoſch. d. an. dr. I. ſem. carv. caryoph. cubeb. *N. M.* an. dr. ſem. ol. cinam. g. vj. c. ſir. de ſtæch. s. q. ſeu ſacch. in. aq. roſ. diſſ. f. elect.

Vel. Rec. conſerv. anth, unc. I. *N M. condit.* unc ſem. Zingib. condit. conſ. acor. an.

I dr.

y) l. c. p. 111. a) P. iij. Miſcell. p. 34. b) l. c. p. 302. ſeq. c) l. a. p. 324. & 379.

dr. II. Xylvaloës, *macis*, piper, galang. sem. pœon. an. scr. I. F. cum brodio Zingib. Elect.

Forestus mulierem, quæ post apoplexiam memoriam ferè amiserat, seq. *elect.* curavit: d)

Rec. Rad. acor. ver. seu galang min. condit. conf. fl. paralys. rorismar. beton. an. unc. sem. cubeb. *N. M.* cinam. an. dr. I. c. s. scir. de stæch. f. electt.

Aliud, cum gargarismo vid. apud *Rolfinccium*. e) Hoc eclegma mirabiliter etiam memoriæ conferre creditur:

eclegma, Rec. Zingib. galang. mastich. an. dr. Vj. *N. M.* cal. arom. cubeb. lign. aloës, *macis*, sem. apii, ammios. an. dr. ij. thur. alb. caryoph. cardæmom. Zedoar. pyrethri. castor., piper long., nigr. costi, cyper. an. dr. iij. menth. sicc. unc. sem. Terant. & pulveris. omnia, &c. sacch. penid: & melle despum. q. s. f. eclegma.

pilul. §. 5. *Sennertus* commendat *pilulas*, quæ tamen caput potius roborant, quàm purgant; f) *Morsulos* Hildesheim, g) *Rotulæ* possunt esse tales:

rotul. Rec. *N. M.* num. ij. caryoph. num. vj. lign. aloës dr. I. sacch. in aq. majoran. diss. q. s. f. rotul. vel;

morsul. Rec. sacch. clarificat. libr. sem. aq. lavend. bor-

d) L. X. obs. 32. e) L. ij. conf. 18. f) l. a. p. 299. g) l. c. p. 337. Sennert. l. c. p. 307.

borrag. an. unc. I. & sem. coq. ad consumt. aq. postea add. margarit. praep. scr. I. ebor. ust. CC. ust smaragd. praep. an. scr. sem. *ol. N. M. expr.* scr. I. f. morsul.

§. 6. *Pomum* odoriferum formabit *Sennert.* h] *Hildesheim* i] *Rolfinc.*, k) quod hoc est: *pomum,*

Rec. rad. ireos dr. I. & sem fol. menth. calaminth. an. P. ij. capit stæchad dr. ij. *N. M.* dr. I. thur. styr calam lign. aloës an. dr. sem. ambr. scr. I. ladan. q. s. ad formand. Pomum.

Trachiscos vid. apud *Tilingium:* l) *Oleum* præparat *Hildesheim* m)

§. 7. Secretum *balsamum* memoriæ consignavit *Mynsicht.* n) *balsam.*

Rec. *ol. N. M. expr.* unc. sem. de laterib. & castor. an. dr. iij. myrrh. rubr. thur. an. dr. I. rorismar. lavend. majoran. rut. an. scr. I. caryoph. succin. alb. cinam. benz. an. scr. sem. M. &c cap. mort. *ol. N. M. expr.* f. balsam. just. consistent. cui add. gall. mosch. ver. scr. II. (hystericis hæc non danda est,) denuò M. & f. ad usum.

Puerpera in tantam simplicitatem memoriæque imbecilitatem incidit, ut nec differen-

h) l. a. p. 312. i] l. c. p. 355. seq. k) l. a. l] de opio p. 238. m) l. c. p. 318. n) l. a. S. 34. p. 470.

tiam ſexûs cognoſceret, ſed promiſcuè viros feminas, & contra appellaret, propriam ſuam matrem non agnoſceret, omnium oblita. Alia inter *Hannemannus* noſter dedit ei *balſamum*: o)

Rec. axung. caſtor. dr. I. ol. piper. ſcr. I. majoran. deſt. roriſm. lavendul. an. ſcr. ſem. caryoph. g. XV. *N. M. expr.* dr. I. & ſem. *macis* expr. dr. I. & ſem. M. f. balſam.

ungv. & linim. §. 8. *Unguenta & linimenta* hæc ſunt:

Rec. ol. de laterib. caſtor. an. unc. ſem. ol. *N. M.* caryoph. an. dr. ſem. cinam. ſcr. I. rad. pyrethri ſcr. ij. cer. q. s. f. ungvent. p)

Aliud habet ibidem, quod & *Hildesheim* q) & Scharf. r) repetit. *Hildesheimianum* ſ]hoc:

Rec. ol. nardin. de laterib. an. dr. III. *N. M. expr.* dr. II. majoran. caryoph. ſalv. an. g. iij. moſch. g. II. cer. q. s. M. pro ungvent.

Franciſcus Jolél hoc habet linimentum, occipitio per aliquot dies in unguendum:

Rec. ol. è laterib. caſtor. an. unc. ſem. *ol. N. M.* caryoph. an. dr. ſem. cer. q. ſ. f. liniment. cui admiſc. pulv. cubeb. caryoph. benz. an. ſcr. I. pyrethr. ſcr. ij.

cucupha §. 9. *Cucupha* hæc:

Rec.

o) Dec. ij. Eph. ann. iv. obſ. 54. p. Senn. l. c. p. 310. q] l. c. p. 337. r) de junip. c. 8. p. 123.

Rec. H. rorisin. lavend. beton. salv. an. M. sem. fl. lil. convall. rosf. tunic. an. M. I. lign. sassafr. scr. I. succin. scr. ij. styr. calam. scr. ij. & sem. M. f. species irrorand. ol. rorismar. scr. sem. *balf. apoplect.* gr. V.

Sacculus potest esse talis:

Rec fl. rorismar. lavend. salv. fol. majoran. meliss. fl. stæch. arab. serpill. an. M. sem. *N. M. macis*, caryoph. an. dr. I. styr. calam. benz. an. dr. sem. carv. dr. ij. f. saccul. *saccul.*

Adde alium apud *Joëlem* t) & *Rolfinccium.* u] *Lixivium* octavo seu decimo die in usum trahitur, cumprimis si in eo sequentes species ebullerint: *lixiviũ*,

Rec. *macis* dr. I. caryoph. *N. M.* majoran. an. dr. sem. fl. labrusc. rosf. an. dr. I. Spic. celt. dr. sem. inde saccul.

Add. *Hildesheim.* vv] Adeò verum *Fernelij* effatum: x) *N. M.* ejusque macer (macis) si manditur, tùm odore & substantia mentis sensuumque vires auget.

§. 10. De omnimoda memoriæ amissione ex *cerebro felino* alibi diximus. Scilicet *Ludolfus de Recklinghusen*, Præpositus olim insignis cœnobii O. S. B. in Comitatu Waldeccensi, *Werbensis*, acceperat à venatoris *obs.*

s) l. a. p. 325. t) L. j. Pr. S. II. p. 170. u) L. ij. cons. 18. vv] l. c. p. 325. x) L. V. c. 19. p. m. 404.

sui uxore, in absentia mariti, pro pulvere febrifugo *cerebrum catti sylvestris* exsiccatum, quod ad curanda oculorum vitia ille sibi servabat. Sumsit *Ludolfus* de omni periculo securus, duo fere cochlearia in vino, expectando sudorem. Sed cœpit multa insolita contra morem agere, & planè ineptire, cum tanta memoriæ amissione, ut nec templum, nec panem, nec scamnum amplius suo nomine vocare quiret. In hac miseria occubuit, referente *Meinharto*. Jamolim quoque *Matthiolus* y) & *Salmuth* z) fatuitatem notârunt ex hujusmodi cerebro comesto. At fortè *N. M.* levamen seu medicamen tulisset ritè præparata & dextrè oblata.

alia §. 11. *Daniel Kohlblatt* in Regio Prussorum monte magno sumtu & labore à febre maligna redemtus, omnem perdidit memoriam, ut ne ipsum quidem panem suo nomine amplius vocare posset. Duravit hic affectus ad finem usque vitæ, omnibus incassum tentatis. Similem historiam ex *Thucydide* a) narrat *Schenkius* à Grafenberg; b) de obstinata oblivione ex mensium retentione vide D. D. *Borrichium*. c]

alia, § 12 Amicum habui in Illustri Academia *Gröningensi*, natione Westfalum, adhuc, nî fallor, superstitem, qui ex intempe-

y] in L. vj. Diosc c. 25. z) C. iij obs. 100. a) L. ij. Histor: b) *L.* I obs. 119. c) Vol. II. Act. Med. Hafniens. obs. 78.

peſtivis lucubrationibus nocturnis magnam memoriæ jacturam fecerat, læsâ etiam poſtea rationatricis functionis læſione, non ſecus ac *Cicero* apud *Galenum.* d)

CAPUT VII.

DE USU N. M. IN DELIRIO ET PHRENITIDE.

§. I.

UT omnis phrenitis cum delirio perpetuo eſt: ita non omne delirium cum phrenitide eſt. Variæ quippe delirii ſpecies. Quædam ſine febre eſt, ſed cum furore, & dicitur *Mania*· quædam ſine ſebre eſt & furore, & nominatur *Phrenitis.* Nos diſtinctè hîc ſabimur de diſtinctis.

§. 2. Juſtinus **Landwehr** LL. Candid. eximius, ſeriò mihi dixit in Illuſtri Friſiorum Univerſitate *Franequerana*, ſe in patria ſua, quæ Pruſſia erat Electoralis, vidiſſe quartanarium adoleſcentulum, inſtante paroxyſmo, primò in riſum & cachinnos ſolutum, mox ſuaviter delirâſſe, inque delirio ſaltâſſe, non ſine animi tripudio, ſicque algorem facilè tuliſſe; verum, ſuperveniente æſtu, fatigatum à ſuis in lectum conjectum fuiſſe, & plerunque ſuperdormiviſſe. Curatus à Medico tribus *obſ.*

d) L, iij. de loc. affect. c. 5.

emeticis ante paroxyſmum datis, quæ tamen *Williſius* in quartana nihil omninò prodeſſe ſcribit. e] De epilepſia ſaltatoria vid. *Eph. Curioſ.* f)

alia. §. 3. De delirio prudentiæ & vaticinii pleno *Joannæ de allio* alibi actum eſt. Mirum, durante delirio eam perfectè ac eleganter locutam eſſe latinè, & de rebus theologicis ſupra modum eruditè diſcurriſſe. Sic Italus iſte, licèt nunquam in Germania fuerat, ac ne per ſomnium quidem germanicam linguam callebat, tamen germaniſſimè loquebatur, expulſis verò lumbricis linguâ conticuit. Pluſcula & rariora hujus farinæ exempla è variis Autoribus collegit *Sennertus*, g) *Reyes*, h) *Bonetus*, i) ac inprimis Illuſtris Dn. *de Franckenau*, Conſil. & Ar- Archiater S. R. M. Dan. & Norvv. ἀνὴρ θαυμάσιος, Fautor meus ſanctê colendus. k)

§. 4. Cataplaſma *Zwelferianum*, l] longô multoque uſu indeliriis & phrenitide à me probatum, meritò commendo:

catapl. Rec nucl. perſicor. unc. un. & ſem. ceraſor. nucl. dr. vj. fol. recent. nuc. jugland

e) L. de febr. c. 3. p. 131. f) Dec. ij. ann iij. obſ. 169. g) L. I. Pr. P. ij. c. 15. p. 425 ſeq. h] in camp. elyſ. juc. qq. num. 27. i) L I. M. S. S. Viij. c. 12. k) in diſſ. ſingul. de lingvis peregrinis, l) append. in Pharm. Reg p. m. 194.

gland arbor. H. recent. majoran. menth. aquat. rorism. an. unc. I. verben. fl. rof. recent. sale condit. an. unc. I. & sem. limac. recent. num. XV. micæ panis tritit. unc. I. & sem. sal. commun. unc. I., *N. M.* unc. sem. contund. opt. & diu in mortar. ad form. pulticul. c. s. q. acet. sambuc. F. catapl. fronti & temporib. applicand.

§. 5. Ceterùm tutò, catè tamen, phreneticos in aq. frigidam quandoque jnjicere poteris, exemplo *Willisii & Boneti*, quorum ille jussit, ut æstivo tempore (non hyberno] mediâ nocte ancilla, à mulieribus sublata & foras perducta, cymbæ imponeretur, fune tantum circa corporis truncum alligato, ne fortè submersa interiret. At puella natandi artis perita spontè natabat. Post tertiam seu quartam horæ partem sana & sobria aquis exempta dormivit, & copiosè sudavit, ac sine alioquovis remedio convaluit. Hic verò refert, anno MDCLXXX. Virum robustum Genevæ febre ardente ac delirio correptum, Rhodano proximè adhibitantem, in fluvium se præcipitâsse, rursus tamen ad ripam appulisse, inque ea sospitem deprehensum fuisse. m) *aq frig.*

CAP. VIII.

DE USU N. M. IN MANIA.

§. I.

VEteres effigiem *Maniæ* suspensæ in fori-

m) Vid. Jüngken, Prax. medic. p. 837. seq.

ribus habuisse, ut periculum, si quod immineret, expiarent, memorat Macrobius. n) Aliquando observatum. ut pro familiarum sospitate pueri mactarentur *Maniæ* Deæ Larium: quod sacrificii genus *Junius Brutus* Cos. pulso Tarquinio, aliter constituit celebrandum. Nam capitibus *allij* & *papaveris* supplicari jussit, ut responso Apollinis satisfieret de nomine capitum, remoto scilicet scelere infaustæ sacrificationis, factumque est, ut effigie Maniæ suspensæ pro singulorum foribus periculum, si quod immineret familiis, expiarent, ludosque ipsos ex viis compitorum, in quibus agitabantur, *compitalia* appellaverunt. Præfiximus capiti nomen *Maniæ*, à *μαίνομαι*, ut periculum, quod ab ea imminet, consiliô ac industriâ *Nucis* nostræ vel declinemus, seu abigamus, quod bona ex audiat hora!

§. 2. Excellentissimus *Rolfinccius* o) capiti maniaci ex amore insani seqnentem applicuit *cucupham*: *cucupha*

Rec. fl. anth. beton. lil. convall. prim. ver. lavend. ros. salv. an. P. II. succin, mastich. an. dr. I. benz. styrac. opt. an. scr. II. gumm. junip. *N. M.* an. dr. un. & sem. cubeb. scr. sem. M. pro cucupha, asperg. ol. dest. majoran. g. VI. lign. rhod. g. IV.

balf.

§. 3. CL. *Scharfius* p) vertici & temporibus

n] L. I. Saturn. c. 7. o) L. ij cons. 9. p) de Junip. c. 8. p. 121.

bus seq. inunxit *balsamum*:

Rec. *ol. N. M. expr.* dr. II. dest. succin. gagat. anth. an. scr. sem junip. lavend. an. g. vij. M. ad consist. balsam.

mania curat herniam,

§. 4. Excell. D. D. *Georg. Hannæus*, Curiosorum *Diomedes*, in literis ad me: Non equidem planè inusitatum erit in Medicina observâsse, morbos per morbos interdum curari. Diu enim est, ex quo primum annotavit *Hippocrates*, febrim solvere spasmum, rigorem, causum, hæmorrhoides, insaniam, hydropem, maniam, diarrhœam, anasarcam. q) *Enterocelen* abscessu ingvinis spontaneo sanatam descripsit Acad. nostræ *Leopoldinæ* Celsissimus *Celsus*; r) ad curatam herniam *maniâ*, vix hactenus innotuisse credidero. Vivit hodie Vir quidam, qui cum difficillima enterocele diu multumque conflictatus fuerat, Tandem in morbum gravissimum incidit, desinentem in *mania*, & dari videbatur satis afflicto nova afflictio, tanto superpondio, ut sanitati ipsius desperarent omnes. Sed quid fit? dum miserum hunç occisissimis annumerant singuli, & statuerent firmius, ipsum, si vel maximè vellet, salutem nunquam servare potuisse, disparuit commodum *hernia*, ipsaque tandem postliminiò rediens, ratio maniam auspicatò discussit. De veritate hujus hi-

q) L. IV. aph. 57. seq. L. Vj. 5. & 29. r) Dec. ij. Eph. Curios. ann. V. append. p. 20. obs. 29.

historiæ non est, quòd quisquam dubitet, cum vivat hodienum hic ipse, pisce quovis sanior, de sarcina ramicis priore, tanquam nihil ad se pertinente, jam securus omnimodè, nec volam nec vestigium sui, nunc annos nonnullos ostendente *herniâ.* Mihi verisimile est, mente motum subegisse diutius collapsa intestina & sub acta tandem ac probè subigitata in abdomen retrusisse ferocius, tanquam aliud agendo. Reddita autem suis laribus viscera habitâsse in hypogostrio firmiuseulè affirmavero, quòd nacta fuerint suprà rupturam peritonæi situm transversum, dum interea per callum, aut novum fortasse Naturæ sufflamen, tempore decubitûs longiusculi se coarctaverit coalescens fissura.

alia obs. §. 5. Sic terror remedium est *maniæ*, seu furoris sine febri, ubi spiritus & sanguis sunt efferati, ægri immane quantum pollent robore, & calore æquabiliter diffusus, ægri nihil timent. Sin retundatur impetus ille spirituum, & calor alteretur, si terreantur & timere discant, spes sanitatis certa affulget. Refert hanc in rem exemplum egregium *Rolfincius* s] talis ægri, incusso terrore à larvato, jussu Medici, homine sanati. t]

CAP.

s] comm. in I. aph. I. t] Wedel. disp. de terrore p. 28.

CAP. IX.

DE USU N. M. IN RABIE.

§. I.

VEnenum rabiei, ſeu hydrophobiæ, ſecundum *Zacuti* effatum, u] præſentaneum, & ipsâ peſte pejus eſt. Ex hac enim quidem evadunt, à rabie nulli, ſeu paucisſimi, ſi ſcilicet rabies ſit conſummata. Et *Borell.* ſcribiti;nulla abſtruſionris indagationis exempla in tota Medicina eſſe, quàm quæ quotidie in demorſis à cane rabido obveniunt, ideò *Herediæ* x) *Naturæ miraculum* dicitur. An priſcis fuerit cognita, pluribus diſputat *Mercurialis,* y) affirmatque idem, z) hunc morbum veteribus ignotnm fuiſſe, vel non obſervatum *Ariſtotelis* ætate, ſed *Celſum* ejus primum feciſſe mentionem. At miratur *Rhodius,* a) hæc à *Mercuriali,* Viro Antiquitatis peritisſimo, prolata. Annon *Epicharmus,* Pythagoræ diſcipulus, altero ante Stagiritam ſeculo hujus morbi meminit, teſte *Plinio,* b) & *Dioſcorides,* Celſo prior, c) deſcribit morbum, & remedium proponit. d) Periclitabimur ergo, quæ vires, ſeu quod auxilium in hoc affectu à *Nuce* noſtra ſperandæ ſint.

§. 2.

u) L. iij. Prax. admir. obſ. 85. vv) C. I. obſ. 74. x) L. I. diſp. 1. c. 1. y] L. I. V. L. c. 2. z) T. iij. conſ. 61. a) not ad Scribon. Larg. c. 171. p. 257. b) L. XX. c. 9. c) L. Viij. c. 2. d] c. 3.

§. 2. *Hildesheim* e) hydrophobo hanc potionem propinat:

potio, Rec. Aq. rof. unc. IV. card. ben. meliff. viol. an. unc. ij. & fem acetof. borrag. bugloff. an. dr. j. & fem. Sp. elect. è gemmis, diamarg calid., lætif. Galen. an. dr. fem. cinam. opt. *N. M. macis.* an. fcr. I. lign. aloës fcr fem. conf. rof. purp. borrag. bugloff. man. Chrifti perlat. an. unc. fem. Bulliant unâ atque alterâ ebullitione levi, fpeciebus in petia ligatis, & inter bulliendum expresfis. Col. & exprim. expresfioni ad mifc. aqu. cinamom. opt. unc. fem. fir. acet. citr. & bugloff. an. dr. ij. M. f. potio.

§. 3. D. *Jeremias Losfius*, Prof. Wittebergenfis, f] hos morfulos affert.

morful. Rec. Rad. gentian. cynorrhod. fcorzon. an. dr. I. H. alyff. beton. an. dr. fem. fem. fœnic. fcr. I. *N. M. condit.* cort. citr. condit. an. dr. iij. conf. fl. rorismar. falv. an. dr. I. conf. alcherm. fcr. ij. facch. finiff. in aq. fcorzon. fol. unc. iv. clarif. & ad juft. confift. coct. add. fpec. ingredient. f. l. a. morfuli, afperg. *ol. deft. N. M.*

obf. §. 4. D. *Joann. Franck*, Medicus Ulmenfis, Amicus nofter, g) recordatur, cum ad-

e) l. a. p. 215. f) diff. de hydrophobia §. 13. anno 1682. habit. g) Vid. Veronic. theezans. p. 119.

adhuc puer decennis menſe junio filius vicini ſui à cane morſus fuiſſet, Chirurgum, nomine *Elias Walther*, ei dediſſe conſilium, ut actutum *veronica* recenter contuſâ cooperiret partes læſas. Quo factô, intra quatuor decim dies ex ſententia ſanatus fuit. Puellam ruſticam novi à catello rabido in ſiniſtra manu morſum, cui Chirurgus, præmiſsâ ſcarificatione, datoque internè diaphoretico, cataplaſma impoſuit ex recent. ſalv. ſcord. hed. terreſtr. veron. *N. M.* & ſem. fœnic., & mox ſanabatur illa. *alia,*

CAP. X.

DE USU N. M. AFFECTIBUS SOPOROSIS.

§. I.

Nunc ventilabimus iſtos affectus, quos *dura quies, & ferreus urget ſomnus*, h) ſeu ἀπὸ τοῦ καροῦσθαι alter nomen habeat, & ſit τῆς φαντασικῆς παράλυσις, i) ubi ceſſant ſenſus interni, & externi, ſalvâ reſpiratione, cum ſomno gravi, vel à κοιμᾶν alter dicatur, graviſque ſopor ſit, ſeu ſensûs communis contumax quies, in qua patiens actu & tàm profundè dormit, ut non ſine difficultate expergiſci queat, ſeu κῶ-

h) L. Æneid. X. v. 745. i) Gal. de ſympt. diff. c. 3.

κῶμα ἄγρυπνον ſit, in quo ægri clauſos habent oculos, & tamen vigilant, vigilantium verò munia non exercent. ſeu lethargus quempiam corripiat, ubi principes facultates ceſſant, inprimis memoria, cum inexpugnabili dormiendi necesſitate, febrique continua & lenta. Videbimus ergo, an hîc etiam aliquid ſubſidii à nuce noſtra ſperandum ſit,

- - - ne in æternam claudantur lumina noctem k)

Nullam enim apud Medicos doctrinam magis confuſam eſſe, quàm de affectibus ſoporoſis, ingenuè fatetur *Rolfinc.* l).

potio, §. 2. In curatione lethargi offert *Bruel* m) potionem:

Rec. confect. anacard. mithridat. therac. an. dr. ſem. *N. M.* caſtor. an. ſcr. ſem aq. vit. calendul. an. unc. I. & ſem. f. potio.

Ad incidendos & attenuandos humores craſſos *Sennert.* n) hanc præparat;

Rec. lign. ſaſſafr. rad. pœon. an. unc I. R. acor. ver. unc. ſem. ſalv. beton. majoran. ſaturei. an. M. J. fl. ſtæch. arab. roriſmar. an. M. ſem. ſem. ſeſel. dr. ij. coq. in libr. ij. hydromell. in vaſe clauſo. Col. clarif. add. oxym. ſcyllit. mell. roſ. col. an. unc. I. & ſem. & aromatiſ. *N. M.* dr. ſem. D. pro. iij. ſeu IV. doſibus.

§. 3

k) Virg. l. c. l) epit. cognoſcend. part. aff. L. I. P. I. c. 5. m) Prax. p. 98. n) L. I. Prax. P. ij. c. 20. p. 469.

§. 3. *Aquam* magnæ efficaciæ *Riverius* præscribit: o) *aqv.*

℞. rad. pœon. visc. querc. an. unc. ij calam. arom. galang. cyperi an. unc. I. fol. beton. salv. majoran. an. M. I. sem. pœon. anis. fœnic. carv an. dr. iij fl. lavend. stæch. rorismar. an. P. I. *N. M. macis*, caryoph. cubeb. granor. paradis. cardamom. an. unc. sem. cinam. unc. ij. croci dr. I. & sem., sp. diambr. diamosch. an. dr. ij. concis. & cont. repon. in alembic. vitr. desuper affund. sp. vin. optimè rectif. q. s. ut tribus digitis materia supereemineat. Diger. in MB. per viij. dies, postea destill. & S. in vas. vitr.

§. 4. *Verzascha* p) nobili cuidam vere & autumno imperavit venæ sectionem, corpore prius hoc vino repurgato:

Rec. Rad. pœon. cichor. an. dr. ij. ff. betonic. hepat. nob. an. M. I. majoran. P. I. fol. senæ el. unc. ij. agaric. rec. troch. unc. sem. rhabarb. el. dr. ij. sem. anis. dr. I. fœnic. dr. sem. *macis* scr. I. incis. & cont. D. c. saccul. ex sind. alb. cui mensura vini albi veter. affund. De cujus colatura mane alternis diebus cum regimine diætæ unc. vi. sumatur. *vinum,*

o) L. I. Prax. c. 2. p. 17. p) obs. med. 10. p. 27.

§. 5. In *caro* nobili feminæ pro electiva purgatione *pilulas* dedit Timæus: q)

pilul. Rec. M P. nostr. cephalic. scr. I. extr. helleb. n. cum sp. vin. præp. gr. vij. ol. *stillat. N. M.* g. ij. f. pilul. ix. P. in sole: Vel:

Rec. cubeb. mastich. *N. M* caryoph. an. dr. j. ambr. gr. iij. mosch. g. Vj. c. succo majoran. f. pilul. capiat scr. ij. horâ somni bis in septimana. r)

§ 6. Virum caroticum, insequente convulsione, memoria læsa & visùs hallucinatione, jussit *Platerus* s) tempora inungere seq. *oleo*:

ol. ℞. *N. M.* per express. fact. dr. j. & sem. ol. salv. majoran. an. g. iij. M. *Morsulos* Idem habet *Riverius*: t)

morsul. ℞. Ambr. grys. scr. sem. ol. dest. anis. cinam. *N. M.* an. g. III. caryoph. g. j sacch. in aq. fl. aurant. diss. unc. iv. f morsul. Capiat. dr. j. seu duas mane.

§. 7. *Gargarismus Platerianus* hic est: u)

gargarism. ℞. rad. pyrethr. unc. I. angelic. unc. sem rad. ireos rec. unc. ij. sem. staphisagr dr. ij. ff. salv. rorismar. an. M. I. *N. M* *dr.* iij. caryoph. dr. ij. piper. dr. sem coq. in vini mens. I. pro caputpurgio *Apophlegmatismus Bruelianus* talis: vv)

Rec. Hyssop. dr. I. *N. M.* dr. sem. pyre thri

q) L. I. cas. 9. r] River. l. c. p. 19. s) L. I obs. p. 7. t) l. a. u) L. I. obs. p. 9.

thri, sinapi an. dr. I. sem. staphisagr. scr. IV. linteolo tenui insuant. contus. fiatque apophlegmatismus.

§. 8. *Sternutatorium* præparabitur ita;

Rec. *N. M.* piper. an. scr. ij. elleb. alb. euphorb. an. gr. Vj. castor. pyrethr. nigell. an. scr. sem. M. *sternutat.*

Portiunculam per nares attrahe, postquàm commodè purgatus fueris, non autem in principio, periculum enim enim est, ne noxia materia nimium exagitetur. x)

§. 9. *Balsamus Rolfinccianus* in lethargo hic est:

℞. *ol. N. M. expr.* dr. ij. ambr. grys. mosch. opt. an. gr. iv. ol. lavend. succin. cinam. rorismar. an. g. Vi. f. balsam. *bals.*

Vel. Rec. *pulv. N. M.* caryoph. arom. sinap. piper. alb. pyrethr. Zingib. an. scr. sem. mell. anthos. unc. sem. M. *alias*

Inunge eô sœpius palatum, monente *J. G. Volcamero.* y)

§. 10. De *lethargico*, ab ingenti terrore excitato, fidem mihi nuper dedit *Schopfius* noster, Medicus excellentissimus, citans istud *Horatij*: z] *obs.*

Quondam *lethargo* grandi est oppressus: ut hæres

 Jam

vv) in Prax. p. 99. x) Id. l. c. p. 99. y) in diss. inaug. de h. m. thes. 30. z) L. ij. serm. 3. v. 145. seqq.

Jam circum loculos & claves lætus ovansque
Curreret; hunc Medicus multum celer atque fidelis
Excitat hoc pacto: mensam poni jubet, atque
Effundi saccos nummorum, accedere plures,
Ad numerandum: hominem sic erigit, addit & illud,
Nî tua custodis, avidus jam hæc auferet hæres.

Eâdem prorsus sorte vexabatur *lethargicus* iste.

CAP. XI.

DE USU N. M. IN MELANCHOLIA

§. I.

IPsa vox ex græco fonte hausta ἀπὸ τῆς μελαίνης χολῆς, tanquam ipsa materia morbum hunc inducente, juxta *Galen.* a] Quàm subitò autem mentis mala transeunt ad corpus: quæque hoc fatigant, ad mentem redundant. Quoties affectum hic balneum Satanæ fit, ut ipsi dæmones, Deo si permittente, huic corporis constitutioni se associent, omnisque generis tristes, pravas & absurdas cogitationes homini suggerant

& En

a] iij. loc. aff. c. 7. & L. ij. M. M. c. 2.

& Entia multiplicando] præter eccentricitatem intellectûs ad desperationem deducant, præsertim malè sibi conscios. At huic malo obicem etiam ponit Divina Clementia *Nuce Moschatâ*, quam ψυχῆς Ἰατρεῖον dixero, ut Bibliothecæ *Alexandrinæ* olim inscriptum erat.

§. 2. Nobili cuidam & Erudito Ephoro Generosorum Dominorum, insigni melancholico ex hypochondrijs, cum cordis palpitatione, alia inter hoc ordinavit vinum *Platerus*: b]

Rec. Rad. cich. unc. I. fœnic. unc. j. & sem. enul. dr. vj. cort. cappar. tamar. samb. an. unc. sem. Rad. angelic. galang. an. dr. ij cort. citr. sicc. unc. sem. H. absinth dr. iij. ceterach. ver. & majoran an. dr. ij. f. meliss. dr. ijj. fl. cord. an. P. I. sem. anis. fœnic. an. dr. iij. carv. dr. ij. sem. ocim. dr. I. caryoph. *N. M.* an. dr. II. limat. chalyb. præp. unc. sem. in nodul. ligat. ponant in dolio, aff. vin. alb. mens. Viij. vel mustum recenter expressum, stent ad dies aliquot, postea mane alternis diebus bibat haustum, sumto prius jusculô, ad tempus, donec melius se habeat. *vinum*,

Aliud promit *Balthasar Brunner*: c) elegans quoque *apozema Riverianum*. d)

b] L. I. obs. p. 63. c] cons. med. 5. p. 17. d) L. vij. Prax. c. 5. p. 216.

aqua *Sirup.* *pulv.* §. 3. Commendatur etiam *aqua* apud *Sennertum* e) & *Imperialis* correcta apud *Schröderum.* f) Prolixus, at non inutilis *sirupus* melanagogus *Dorncreil.* g) Bonum quoque *elixir Brunneri* ritè confectum. h) Pulveres dant *Sennertus*, i] *Brunner.* k) *Plater*, l) Crato, m] & alij.

elect. §. 4. In melancholia, cerebro primariò affecto, placent mihi *Electuaria Sennertiana*, n) quæ, in gratiam tyronum, transcribo.

Rec. amygd. dulc. excort. unc. ij. unc. jugland. excort. unc. I. & sem. nucl. persic. dr. I. sem. papav. alb. unc. sem. ocymi dr. I. cont. & add. *nuc. condit.* dr. Ij. marg. præp. dr. I. conf. meliss. beton. buglos. borrag. an. unc. I. c. sirup. de cort. citr. & viol. f. electt. De quo vesperi exhib. unc. sem.

Adde sis elect. de chalyb. *Kohlreuteri* apud Eundem, o) Exhibet D. *Simon Paulli* p) electuarium tantarum virium, ut siquis eô per intervalla utatur, nunquàm infestari dicatur melancholicis passionibus:

Rec. Conserv. borrag. unc. II. bugloss. unc. j. rosar. unc. I. & sem. veronic. unc.

e) L. I. P. II. c. 12. p. 402. f) l. c. p. m. 144. g) l. a. P. j. c. 3. p. 11. h) cons. 10. p. 75. i] l. c. p. 351. k) cons. 7. p. 52. & cons. 10. p. 72. l) L. I. obs. p. 61. m) L. Vj. cons. 105: p. 693. n) l. c. p. 352. & p. 278. o) l. a. p. 398. & p. 401. p) Bot. quadrip. Cl. ij. p. 35.

unc. ſem. *N. M. condit.* dr. I. ſpec. lætif. Gal. ſcr. I. caryoph. gran. paradiſ. an. ſcr. ſem. M. f. elect.

:lectuarium *roborans* vid. apud *Cratonem* q) *ol.*

;. 5. In *melancholia hypochondriaca* Nobili :uidam Idem *Croto* dabat *oleum*, ſtomachae, quod vide apud ipſum. r) Ad reprimen-lum vaporum aſcenſum à paſtu,&ſub horam omni aliquid dabis de *Morſulis Timæanis*. ſ]

Rec. ſem. coriandr. acet. deſt. præp. unc. *morſul.* ſem. Sp. aromat. roſ. diatr. ſantal. condit. nuc. ind. unc. ſem carn. cydon. dr. vj. *N. M.* ſcr. iv. conſ. ros. vet. unc. j. & ſem. ſacch. alb. in aq. roſ. ſol. libr. ſem. f. s. a. Morſul.

Vel; Rec. Rad. liquirit. raſ. unc. ſem. ſem. coriandr. præp. dr. ij. fœnic. dr. j. carv. dr. ſem. *N. M.* dr. j. ſacch. in aq. roſ. ſol. unc. vj. F. conf. in morſul., ſpecieb. groſſo modo inciſis.

In *melancholia hypochondriaca* ob mœrorem animi imperat *Brunner.* t) hoſce:

Rec. Margarit. præp. dr. j. corall. rub. caryoph. an. ſcr. ij. cubeb. *macis.* an ſcr. j *ol. N. M. deſt.* g. X. expr. dr. j. extr. pœon. ſc. j. calam. arom. gr. XV. conſ. fl. pœon. dr. ij. cichor. dr. j. ſacch. ſol. in aq. cich. f. conf. in Morſul.

q) l. c. p. 692. r] L. ij. conſ. 19. p. 113. ſ) L. j. caſ. 14. p. 41. t] conſ. vj. p. 28.

§. 6. *Rotulæ* ita præparantur:

Rec. Spec. aromat. rof. diambr. an. dr. j. margarit. præp. fcr. j. ambr. gr. iv. ol. deſt. *macis* caryoph. citr. an. g. ij. facch. in aq. cinam. unc. fem. borrag. s. q. diſſol unc. iij. F. *Rotul.*

Vel; Rec. *ol. N. M. deſt.* fcr. fem. conf. alchermi extr. pœon. an. fcr. j. calam. arom. fcr. fem. margarit. præp. fcr. j. corall. rub. præp. fcr. fem. ol. carv. g. iij. facch. in aq. pœon. & meliſſ. diſſ. unc. vj. F. *Rotul.* u)

Melancholicæ gravidæ cum convulſionibus epilepticis pro capitis roboratione has ordinabat *Horſtius*: vv]

Rec. CC. uſt. præp. corall. rub. præp. an. fcr. fem., facch. albiſſ. unc. iij. in aq. lavend. Sol., *ol. N. M. expr.* fcr. fem. ol. ſuccin. g. iij. f. Rotul.

Vel. Rec. *ol. N. M. expr.* fcr. ij. deſt. fcr. fem. extr. pœon. fcr. j. cal. arom. gr. XVj. marg. præp. fcr. j. corall. rub. gr. Viij. *ol. macis* g. iij. facch. fol. in. aq. fl. pœon. & cichor. unc. vj. F. Rotul: x)

unguent. §. 7. *Ungventum Lotichianum* in melancholia hypochondriaca, cum capitis & ventriculi imbecillitate, ex *Horſtio* y) hoc eſt: z)

Rec. Succ. cardiac. unc. fem. fucc. citr. dr. ij. *ol.*

u) Sennert. l. c. p. 400. vv) L. ij. obſ. 3. p. m. 99. x] Brunner, l. c. p. 27. y) L. ij. obſ. 13. z) L. iv. obſ. med. c. 4. obſ. 1. p. 337. & 340.

ij. *ol. nucist. expr.* dr. j. ol. rof. complet. unc. sem. ol. caryoph. dest. g. V. ol. citr. dest. g. iij. camph. croc. an. g. V. mosch. elect. g. ij. c. vin. el. s. q. coq. & misc. pro linimento S. Hertz-Sälblein.

Add. *Brunneri consil.* z) *Ceratum* stomachale petatur vel ab Eod: seu Revisore & Editore ejus *Laur. Hofmanno.* a) *Sacculos* conficiunt *Sennertus* b] & *Crato.* c) *cerot. saccul.*

§. 8. *Kutubuth* nomen habet apud Arabes ab animali, quod in superficie aquarum stagnantium perpetuò hinc inde cursitat. Hujus rei exemplum notavimus in Saxonia inferiori. Puella siquidem Xj. annorum valde melancholica, à die XXVj. Januar. usque ad XXij. febr. vix horulam in uno eodemque, licet commodissimo, loco aut stare, seu cubare, vel sedere, seu ullo modo quiescere poterat, sed ex hypocausto in aream, ex hac in hortum, ex hoc in campum, in sylvam, & iterum in pagum, continuò dies noctesque vagabatur, nesciens tamen, quò vaderet, aut ubi fuerit. Quando autem pluviosa, seu austrina, aura erat, magis infestabatur hôc malô, quàm sub aquilonari, sicca & gelida. Tandem Februario ad exodum properante, sensim ad se rediit, semel *obs.*

K 5 tan-

z] conf. Vij. p. m. 52. & conf. X. p. 75. a) l. c. p. 53. b) l. a. p. 379. c) L. ij. conf. 21. p. 154.

tantum aut bis denuò ipso Martio mense recruduit hæc melancholia, & circa finem octobris, sed per intervalla tunc, non continuò. Medicamenta adhibita tantum non omnia *moschata* fuisse, ex Medico ordinario D. *Olfers*, Amico Venerando, latius intellexi.

alia, §. 9. Simplex & recta Monialis ord. Benedictini, ipso menstrui fluxûs die incidens fortè in verba *Salomonea*, d) adeò exhorruit, ut omnes artus tremerent, fonte ejus subitò occluso. Illa interim diu noctuque anxia, & verbis istis nimis scrupulosè ex imbecillitate muliebri inhærens, lapsa in gravissimam *melancholiam*, ut se vaccam esse crederet, & nihil ardentius, quàm mactari, cuperet. Vocati duo Excellentes Medici, qui vix pares erant aliquali emendationi, maximâ *melancholiæ* parte ad excessum usque durante. Quanta phantasiæ vis, si cum ignorantia copuletur. Non loquitur Sapientissimus cum Epicuri de grege porcis è libro *Sapient.*, e) sed ex abysso Naturæ. Annon brutum oritur & moritur ut homo? nonne utriusque corpus ex pulvere & in pulverem? respiratio una eademque: & sic nulla nobis præcedentia, mentem & animam rationalem si excepero. Vanitas enim vanitatum. Licèt spiritus tuus redeat ad Deum, qui antè dedit eum, f) nescis tamen, an sursum, vel deorsum

d) Eccles. iij. 19. seqq. e) ij. 1. seqq. f) Eccles. Xij. 7.

um tendat iste? ubi enim, dic sodes, est dextra Domini? Deus omnia implet. Est πλήρωμα τȣ̃ πάντα ἐν πᾶσι πληρȣμένȣ. g) *Ubi te quæram* (ait *Hermes Trismegistus*, qui Patriacha Josephus erat,] *sursum vel deorsum? omnia creâsti, & tota Natura nil aliud est, quàm imago Tui.* Quid est deus? rogat Seneca, h) *animus hujus universi.* Quid est Deus? instat; *omne, quod vides, & non vides.* Emendatum fuisse hunc affectum à *N. M.* ex formulis præscriptis vidi.

§. 10. Studiosum vidi in Regia Anglorum Acad. *Cantabrigiensi,* qui ex terrore, à spectris nocturnis domesticis incusso, in summam incidit melancholiam, nulli remedio (etiam *moschato*) tantillum cedentem. Aliud melancholiæ exemplum ex terrore, cum urinæ suppressione vid. apud *Herc. Saxon.* i) Plura affert *Platerus* k) lectu digna. Alium noveram, qui solidioris doctrinæ cupidissimus, ob rem domi angustam, hoc malum sibi contraxerat, cui nec interna vel externa remedia opem tulêre. Fugârit licèt *Amat. Lusitan.* referente *Aldrovando,* k) catulo & columbo dissecto, & posterioris capitis parti cum spina dorsi continuata imposito, hic tamen nihil omninò profecit. *alia,* *alia,*

CAP.

g] Eph. I. 23. h) præf. 1. quæst. nat. i]L. iij. Med. Pr. c. 24. k) L. I. obs. p. 70. seqq. k) in Ornitholog. cap. de columbo.

CAP. XII.

DE USU N. M. IN LASSITUDINE SPONTANEA.

§. I.

obs. REtulit mihi olim in Inclyto Collegio PP. Societ. JESU, quod Hilleshemiæ est, P. *Caspar. Sevenstern*, Theolog. Polemicæ Profess. Amicus meus, se in Frisia, patria sua, nôsse nobilem, cui nihil magis in delicijs quàm *canes* & *aves*, non tamen ut fatuo isti, qui singulari devotione & veneratione bestiam istam in cæmiterio sepeliri curabat. l) Illos inter unus singulariter eminebat, cujus actiones laudabile ingenium spirabant. Nunquàm libentius sequebatur Herum suum, quàm si ad sacram ædem ambularet. Tunc omne tripudium ostentabat varijs gestibus. Has inter aluit corvum varia edoctum, fastuosisque feminis varijs modis illudentem, crocitando, morsicando, conspurcando &c. Unâ eademque septimanâ uterque ægrotare cœpit, quos tamen Venator solâ pulticulâ ex farina triticea cum lacte ovillo, insperso pulvere cornu cervi usti. *N. M.* sem. petroselin. & rasura dentis lupini bellè curabat, prœmii locô triginta imperiales à Nobîli reportans.

canis religiosus, § 2. Religiosior hoc cane *Theoduli* Præsulis bestia punicei coloris, staturæ mediocris,

l) Vid. D. Müller. de aucupio famæ §. 30.

cris, robusta tamen & penè rationalis. Quoties signum dabatur ad sacra, quocunque diei tempore, velociter ad templum currens, lentè & modestè intrabat considebatque ante summum altare. continuò fixis id oculis intuens. Ad lectionem Evangelii, quasi admonitus, promtè stabat erectus, recitatô eô iterum considebat. Sub elevatione Sacramenti totus prostratus immotusque jacebat, ore ad terram pressô, ductoque è præcordijs gemitu. Finitâ communione, more solito, pedibus posterioribus insidebat, stans demum ad lectionem Evangelij. Benedictionem humi prostratus, oculis ad Presbyterum elevatis, accipiebat. Et sic suo more iterum lentè modesteque exibat templo. Si videret socios suos ad parietes Ecclesiæ mingentes, acriter mordebat: nunquam etiam permisit, ut alieni canes, aut domestici, sacris interessent. Imò si quos in area latrantes inter Missam audiret, tardè exiens compescebat eorum petulantiam. Quô factô redibat. Dies abstinentiæ tàm accuratè distinguebat, ut nullis blandimentis ad esum carnis ijsdem eum perduxeris. Audito nomine JESU subitò in terram prostratus concidebat. m)

§. 3. Mirabilius ferè exemplum de alio cane recenset *Nierenberg*. Prof. Phys. Madrit. n) id-

m) Vid. breviar. Isibord.

n) idque ex eo tranſcriptum repetit Schottus, o) qui ſanè legi meretur. De ſolertia & eruditione avium multa quoque reperiuntur, nos ſelectiora quædam excerpemus. Symbolum aliquis recitabat apoſtolicum, & ad interrogata reſpondebat apud *Drexelium.* p) Alia Londini in Tamaſin lapſa, *cymbam, cymbam,* clamabat prò viginti libris. Poſtea reſpondit Redemtori ſuo: *date nebuloni ſolidum.* p) Alia ſingulis matutinis, juſſu Domini ſui, diſtinctè promteque recitabat *Pater noſter* &c. cum annexo: *Gloria Patri* &c. Si quando Fratres juniores, Muſices nondum ſatis gnari, in decantandis pſalmis fortè errarent, ſtatim animadvertebat nequam, & inclinato capite, roſtroque ad pectus preſſo, altâ voce clamabat; ô *mea culpa, mea maxima culpa!* Cum verò, agnitô errore, rectà procederent, tunc cum cachinno: Deo *gratias!* Prælatus aliquando in vicinia volebat, ut recitaret *Pater noſter* &c. Sed cum non nôſſet bonum Virum, parere noluit, aliàs Domino ſuo obſequentisſimus. Interim Abbas

avium doctrina

n] L. IX. Hiſt. nat. c. 94. o) L. Viij. Phyſ. curioſ. c. 19. §. 1. p. m. 827. p) P. II. aurifod. c. 6. p. m. 136. jonſton. Thaumat. nat. Cl. VI. c. 26. p. m. 261. p) Seyfried. in medull. memorab. Nat. L. ij. c. 4. p. 625. Add. D. Gockel. epiſt. de mirabil. quorund. animal. Dec. II. Eph. Curioſ. ann. V. annex. p. 116.

bas iste semper praeibat, dicens: *Pater noster;* & cum adhuc repugnaret, repetens verba ista, subdidit: ey bete du Schelm. Tunc avis clarâ voce: *Qui est.* Proh! quantus inde cachinnus. Intererat Missae nobilis, at superba, mulier, quâm cum videret capiti ejus insedit, faciens opus Naturae, & clamans: *Pulvis & umbra sumus!* q) Stupenda etiam & singularia, quae de *turdo Saxatili* narrat *Drexelius.* r) Pica tonsoris cujusdam pronunciabat symbolum Apostolicum accurate, mille jocos viciniae & transeuntibus faciebat cantando litanias Lauretanas, aliaque lepidae garrulitatis argumenta proferendo. Dixisses, illi in omnem vitam abunde de scientia provisum esse. At quid accidit? die quodam, non procul ab aedibus tonsoris, excitatur tumultus, & solennis quaedam proclamatio ad tubae sonitum qui cum insolitus esset, sic miseram picam perturbavit confuditque, ut omnis latinitas totaque garriendi peritia illi excideret, ipsaque nativae stupiditati restitueretur, jam ceteris sylvestribus par. s)

§. 4. Hic nobilis, quo de suprà, sponte postea lassus factus, ut pedem promovere nequiret, diversa inter medicamenta & hoc *electuarium* obtinuit à Medico suo, quod specialiter commendabat, ut ab alio Nobile de *Stockhusen* intellexi. *obs.*

Rec.

q) Alex. ab Insula, r) L. iij. Aurif. c. 8. p. 252. seqq. s) P. de Barry in solitud. Hagioph. die VI. p. m. 329.

elect. Rec. Conserv. fumar. & hed. terrestr. an. unc. I. cort. citr. condit. Rad. cichor. condit. *N. M. condit.* an. unc. sem. sem. anis. coriandr. præp. an. dr. II. C. C. phil. calc. dr. I. c. s. q. sir. fumar. comp. f. elect. D. drey Messerspitzen voll des Tags/superbib. vin. Hispan. haustulus. Insuper familiarem sibi reddebat *aquam hysteric. Zwelferi*, quâ virginem ex utero melancholicam maximè adjutam novi. Inservit enim tam melancholicis, quàm hystericis, sœpius cochleatim data. t)

CAPUT XIII.

DE USU N. M. IN TREMORE.

§. I.

ALia inter mala senii *Salomonei* hoc quoque erat: *quando commovebant se custodes domûs, & vacillabant Viri robusti.* u) Wenn die Hüter im Hauße zittern/ und sich krümmen die starcken. Variis variorum præmissis expositionibus, D. *D. Warliz.* ita interpretatur: vv) quando manus tremulæ efficiuntur, (commoveri enim hîc idem est ac tremiscere) aut chiragricæ vel contractæ fiunt, ac pedes, ceu Atlantes, binaque robusta corporis fulcra, queîs illud consistit ac firmatur, velut domus fundamentis, incurvan-

t) Spin. in lex. pharmacevt. p. 78. u) Eccles. XII, 3. vv] in exercit. de senio hoc,

vantur, scilicet quoad juncturas, juxta fontem, pervertuntur, ie. distorquentur, macilenti ac rigidi fiunt, adeoque impotentes sunt recti consistere, x] eorumque musculi ac ligamenta hebescunt languentque, ideò firmiter & rectè senes gradiri nequeunt, sed nutant. Cum enim ob pondus corporis movendi maximè requirantur vires nervorum ac musculorum, tum temporis verò debilitas magna adsit poplitum, juncturarum & ossium ligaturarum, ideò ob defectum spirituum, exhaustionem medullæ, & infirmitatem comprehensionis ac progressionis instrumentorum domui corporis ruina minatur, & tremor iste, flexura ac nutatio casus proximi prodromus existit, hunc in finem senes infirmi *baculo* ad securitatem uti necesse habent, y) quô scilicet se fulciunt, ac gressum labantem firmant. Nos hîc de *Tremore* in genere famur, qui senibus pariter ac aliis accidit.

§. 2. Scribæ cuidam *Franciscus Hildesheim*, z) confortationis gratiâ hoc præscribebat conditum;

Rec. consf. anth. salv. betonic. an. dr. iij. lavendul. dr. II. calam. arom. condit. dr. iij. Zinzib. cond. dr. V. chebul. condit. *condit.*

L

x) Vid. Esa. XXXV. 3. Joh. IV. 4. Nahum II. 10. Hebr. XII. 12. ij. Macc. IV. 5. y) Zach. Viij. 4. z) de cerebr. & capit. morb. spicileg. Viij. p. m. 683.

dit, unc. sem. sp. dianth. plir. arch. diamosch. d. aromat. ros. an. scr. I. sem. pœon. euphrag. *macis* an. scr. sem. Rad. bugloss. cond. dr. V. citr. cond. unc. sem. cinam. incis. scr. sem. Condita incidant., & mixtis reliquis D. conditum.

§. 3. In tremore senili hoc *balsamo* frequenter nucham, cum spinæ dorsi principio, inungi jussit Excell. *D. Lentilius*: a)

basam. Rec. *ol N. M. expr.* dr. II. dest. succin. scr. I. lavend. rut. majoran. salv. an. g. IV. bals. Peruv. pingued. castor. an. scr. I. sal. arom. depurat. dr. sem. M.

obs. §. 4. Cum in Westfalia adhuc viverem, certò mihi dixit Abbas *Amelunxbornensis*, Amicus noster, de *ansere viviparo* in monasterio suo, cujus pullus tamen statim à nativitate mortuus, inque aquam abjectus dicebatur. Cum omnes. quotquot noverant, pro pessimo omine haberent, historiolam alto silentio ob volventes pertinaciter negabant; inprimis quòd rustica gravida, audiens eam, *tremorem* in manibus ex terrore sibi contraxerit, cui Pharmacopœus *N. M. condit.* specialiter commendârat. Reminiscere, quid *Isibordus* noster de *corvo viviparo* dixerit. b) Adde & expende, quæ *Apulejus in aureo asino* c) de *gallino* refert *vivipara*. Peperit enim illa

a) in Miscell. Curios. p. 317. b) in breviar. suo, c) L. IX, p. 290.

illa pullum pennis, unguibus, oculis & voce absolutè perfectum, qui matrem suam perpetuò comitabatur. Simile exemplum dabit Vir candidissimus D. *Mich. Lyser.* d) de gallina quæ sex pullos bene conformatos vivos uno partu exclusit, at subitò extincta est. Adde, quod *Nierenberg* habet e] de pisce viviparo. Narravit mihi vir omni fide dignus, ait D. *Lanzonius*, f) annô elapsô 1691. dum ruri esset, pullum absolutum fuisse ortum à *gallinia*, magna cum rusticorum admiratione, qui matrem suam mox sequi cœpit. Adde *Blanckardum* g) & *Acta* Philosophica *Anglica*, h) pluraque hujusmodi exempla habebis.

CAP. XIV.

DE USU N. M. IN CHOREA S. VITI.

§. I.

GEminam saltationis causam impellentem facit *Cicero*, i) *ebrietatem* scilicet & *insaniam*. At una videtur, cum ista nil aliud sit, quàm voluntaria dementia. Utraque excitatos spiritus tum ad alias actiones, tum inprimis ad choreas disponit. Videbis hunc tri-

d) in observat. Th. Bartholin. transmiss. num. 6. e) L. Vj. de miracul. Nat. in Europac. 41 f) Dec iij Eph. Curios ann. I. obs. 42. g) C. iij. obs. 8. h) num. 50. §. 5. i) orat. pro Muræna,

triſtari magis & flere, illum contrà rixari & iraſci, ſi vino ſepultus fuerit. Hic cantat, ille ſaltat. Diverſa quippe inſania eſt, ut varios mores in hos vel illos motus eandem determinant. Utrobique autem ſemper ſpiritus irrequieti in motum cientur, in ebriis à ſpiritibus vini, vel cereviſiæ, quam cum *Xenophonte* οἶνον κρίθινον nominare licet, illatis in corpus novis ignibus, in inſania lympha, ſanguine, bile variè temperantibus motores corporis. In tripudia hinc exiliunt Spiritus, nec acido nimis fixali, nec diluti nimis ſero, nec effrenati nimis bile, poſtquam citati hoc pacto in motum feruntur ad extra, & ſuo humorumque accito ſtimulo titillant artus. Hîc ſiſtemus inſanam & inſatiabilem iſtam ſaltandi libidinem, quam vulgò *Choream S. Viti* vocant. Spumaſcente magis lymphâ titillationem & ſubſultum concipiunt ſpiritus, hisque auſcultans phantaſia, vel conſimili titillatione in partibus nervoſis & membranoſis ortâ in tripudia inſana aguntur corporis extrema. Tu verò μουσικὰ φύσιν hîc etiam exere vires tuas, à Deo & Natura datas, ut pſallamus Domino canticum novum.

§. 2. Poſt purgationem & venæſectionem, diebus à purgatione vacuis, etiam hoc dedit *Electuarium Sydenham.* k)

Rec.


k] Vid. oper. Ej. p. m. 687.

Rec. [illegible] absinth. rom. flaved. aurant. an. unc. I. anthos. unc. sem. theriac. Androm. vet. *N. M. condit.* an. dr. iij. Zingib. condit. dr. I. sirup. è succ. citr. q. s. f. elect. *elect.*

Dosis magnitudo *N. M.* manè & hor. V. pomeridianâ, superbib. vini cochl. V. quod ibi prostat.

§. 3. Puella rustica octo annorum (notante Avo meo materno *M. Francisco* Himmel/ P & Adj. Crucisburgensi ad Vierram) quolibet novilunio per integrum ferè diem noctemque indesinenter saltabat, sudore è toto corpore promanante. Choreâ finitâ, leves supervenêre convulsiones epilepticæ, queîs cessantibus insecutus est suavis somnus, puellâ sibi redditâ. Tandem vetula quædam ei dedit decoctum ex floribus centaur. min. & tanacet., à cujus usu multi expulsi vermes, ipsa deinceps pancraticè valuit. Usa etiam quotidie pulvere *nucis moschatæ*, ut à filio Avi mei M. *Henr.* Himmeln/ Past. Mühlano, postea accepi. Mirabile, *lunaticum* fuisse hunc saltum. At vide, quæ de *Ischuria* menstruata habet Amplissimus *Tulpius*, l) & de *delirio* periodico *Salmut.* m] *obs.*

l) L, ij. obs, 43. m) C. I. 63.



CAP. XV.

DE USU N. M. IN PARALYSI.

§. I.

Τὸ πρῶτον τῆς ψυχῆς ὄργανον εἰς τη τὰς αἰσθήσεις ἁπασαστοῦ ζώου, καὶ προσέτι τὰς καθ᾽ ὁρμὴν κινήσεις τοῦτο εἶναι τὸ πνεῦμα, ait Pergamenus, n) & Dictator noster: o) ὁ ἀὴρ τὴν φρόνησιν καὶ τὴν κίνησιν τοῖσι μέλεσι παρέχει. Per aërem notari spiritum animalem, totius libri textûsque συνάφεια evincit, inprimis cum alibi p) πνεῦμα Spiritum vocet illum ipsum, quem hìc aërem dicit, latius id confirmante *Prosp. Martiano*. q) Exprimitur hôc ipsô spiritûs hujus natura subtilis & aërea, facta in cerebro majori alcolisatione spiritûs vitalis. r) Quàm notanter autem φρόνησιν vocat, quam vocem rectius *sensum*, quàm *sapientiam* vertis. Sensu enim sapiunt partes, tanquam instrumento cognoscendi & volendi, & hoc ipso exponitur sensûs energia, quòd non sit simplex apprehensio, sed conjuncta cum aliquo judicio. Largiuntur Spiritus motum omnem di-

n) L. Vij. de Hipp. & Plat. decret. c. 3. o) L. de morb. sacr. c. 8. p) l. c. c. 6. t. 22. 25. q) comm. in h. l. v. 183. p. 125. r) vid. Linden. Med. Physiolog. c. 15. §. 42. seqq.

diverso tamen modo. Sunt enim partes movendæ fluidæ ac solidæ. Est etiam duplex in corpore motus, alter *intestinus* & *perennis*, cujus principium cor est, à quo omnia & ad quod omnia meant remeantque: alter *localis* μεταβλητός, ſ) & limitatus, dispensatusque à cerebro. Uterque debetur spiritibus, ille vitali, hic animali, ut ille fluidarum proprius est: ita hic solidarum, nutu tamen & imperio animæ, ceu primarii motoris. Sororiantur inter se sensus motusque, unde nullus motus nisi in parte sensili cernitur. Hujus rei jacturam demonstrat παράλυσις, reparationem seu restitutionem verò *N. M.*

§. 2. Prolixum nimis *apozema Cratonis*, t) licèt melioris notæ; magis placet decoctum *Sennert.* u) ac *Hildesheimian.* vv] vel aqua illius antiparalytica, x] aut aq. Salv. composita, y] seu Horstiana. z) Potum, qui *Hippocras* vulgò vocatur, promit *Sennertus*, a] alium *Hildesheim.* b) Nodulum pro vini mens. ij. *mace* auctum conficit *Grüling.* c] *aqv.* *Sirup.*

§. 3. Laudent alii *Sirupum* de iva arthetica pulv. *N. M.* aromatisandum. Mihi in- concin-

ſ) Gal. comm. in Tim. Plat. L. ij. t] L. vij. conſ. 75. u) l. a. p. 527. vv] l. c. p. 668. x) p. 537. ſeq. y) Schröd. l. c. p. m. 148. z) L. ij. obſ. 22. a) l. c. p. 547. b) l. a. p. 670. c) C. I. obſ. 21.

concinna ejus prolixitas displicet. Vid. Sis tamen eum apud *Sennertum*. d] *Tincturam* seu *Essentiam*, ut appellitant, *N. M.* conditam exhibet idem, e) cujus dosis est unc. sem. vel solius, seu cum aqua aliqua convenienti,

Spiritus, §. 4. *Spiritus* convulsivus *Geilfusii* efficacissimus est ad omnes affectus spasmodicos, paralysin, contracturas &c. internè & externè in usum vocatus.

Rec. fol. rorismar. majoran. origan. salv. beton. sabin. rut. scord. cochlear. nasturt. aq. summit. Pini resinos. junip. an. M. I. fl. spic. lil. convall. hyperic. an. M. I. & sem. castor. dr. vi. lumbric. terrestr. unc. ij. cubeb. cardamom. an. dr. iij. *N. M.* dr ij. & sem. mastich. dr. ij. theriac. unc. I. incis. & cont. inf. in vin. generos. liber. V. & sp. vini libr. II. deinde destill. & serv. ac tempore usûs in eo dissolv. camphor. q. s. f]

pulv. §. 5. *Pulverem nuce* nostrâ & *mace* conspicuum habes apud *Hildesh.* g) & *Sennertum.* h] *Grülingius* i) colono Ustrungensi post vinum medicatum hunc dabat:

Rec. Panis sacchar. aromatis., carn. cydon. an. unc. sem., sem. anis. fœnic. N. M.

d) l. a. p. 528. e) l. c. p. 537. f) Jünken lex. pharmacevt. p. 224. Spina lex. pharmacevt. p. 873. g] l. c. p. 665. h] l. a. p. 535. i) C. I. obs. 21.

N. M. an.dr. I. corall. rub. præp. sacch. rof. tabulat. an. unc. I. & sem. f. pulv. De quo sumat. semper post pastum dr. I., nihil superbibendo.

§. 6. *Electuarium* Sennerti k] præstantissimum est, & meretur sanè transcribi:

Rec. conf. fl. primul. ver. unc. I. & sem., *elect.* salv. rorism. an unc. sem. N. M. cond. R. enul. cond. an. dr. iij. Sp. Diambr. diamosch. d an. dr. sem. extr. visci q. scr. I. extr. galang. scr. sem. margarit. opt. præp. scr. I. corall. rub. præp. dr. sem. mithridat. scr. iij. ess. castor. dr. sem. c. *Sirup. brodij N.* M. F. elect.

Joann. Martin. Hofmann. l) hoc habet:

Rec. conf. anth. prim. ver. Salv. an. unc. sem. R. helen. condit. dr. III. Sp. diambr. diamosch. d. an. dr. sem. cran. hum. præp. succin. præp. pulv. cephal. Querc. an. scr. I. *N.* M. *in Ind. condit.* num. I. ambr. gr. V. sp. Vitriol. cephalic. g. X. sir. stæch. arab. q. s. f. elect.

Nec adeò ingratum erit *Bruelianum*: m)

Rec. Conf. fl. salv. anth. an. unc. j. R. enul. camp. condit. Zinzib. condit. an. dr. sem. theriac. Androm. mithridat. an. dr. I. & sem. *N.* M. dr. I. sir. stæch. q. s. f. condit. Dos. unc. sem. sub ingressum lecti.

L 5 Vel:

k) l. dict. l) disp. de Paralys. p. 18. m) in Prax. med. p. 21.

Vel; Rec. conf. fl. salv. unc. j. rorismar. R. acori an. unc sem. *N.*M Piper. caryoph. an. scr. ij. sir. stæch. q. s. M. Dos. dr. I. post prandium.

Hildesheimianum tale; n)

Rec. Acor. condit. unc. I. conf. anth. lavend. an. unc. sem. sp. diamosch. d. dr. j. *N.* M. cinamom. cubeb. an. scr. I. cum modico sir. hyssop. F. elect.

Vel; Rec. Diacor. unc. sem. conf. anacard. dr. ij conf. anth. unc. sem. fl. lil. convall. dr. III. salv. lavend. an. dr. ij ros. vitriol. unc. sem. myrob. chebul. cond. an. dr. ij. *N.* M. *cond.* dr. sem. sp. dianth. scr. j. diamosch. d. plir. diarrh. an. scr. sem. ess. calam. arom. g. iij. ol. carv. anis. rorism. majoran. an. g. I. c. mell. ros. col. f. elect. o)

Rolfinc. hoc dat: p)

Rec. Conserv. fl. salv. prim. ver. lavend. an. dr. sem. citr. anth. condit. cort. citr. aurant. an. dr. iij. N. jugland. in Hispan. condit. num. ij. *N.*M. in India condit. num. I. Sp. Diambr. diamosch. an. scr. I. pulv. analept. rubr. dr. sem. c. sir. stæch. q. s. f. elect. just. consist., quod folio auri duplici obtegatur.

Apud D. *David. de Spina* q) hoc exstat:

Rec.

n) l. a. p. 670. o) Add. l. c. p. 675. Vid. D. Rösleri obs. Dec. j. Eph. Curios. ann. iij. annex. p. 547. p) L. II. cons. 20. p. 295. q) lex. pharmacevt. p. 334.

Rec. conserv. fl chamæp. anth. lavend. salv. an. unc. I. cal arom. condit. dr. Vi. extr lign. aloës scr. I. galang. scr. sem. sp. diambr. diamosch. dr. an. scr. ij. *pulv. nucist.* flaved. cort. citr. an. dr. sem. Sal. vol. succin. scr. I. sir. de stæch. cum cinam. q. s. f. electt.

D. Schachtius, Medicus Lugdunensis, in paralysi, ex causa frigida potissimum, ubi serum & pituita peccabant, hoc utilissimum sœpius expertus est conditum:

Rec. Conserv. majoran. anthos, pœon. an. dr. Vj. Rad. Zingib. cond. unc. sem. *N.* M. *condit.* dr. II. sem. cardamom. min. cubeb. an. dr. I. Sal. vol. cran. human. ol. rorismar. an. g. XViij. sir. pæon. q. s. f. conditum.

§. 7. Laudabiles *Pilulæ Timæanæ :* r) *Pilul.*

Rec. Extract. nostri solutiv. scr. I. magist. agaric. g. XV. ol. dest. *N.* M. g. ll. F. pilul. num. lX. Deaurent. fortiter.

Et *Lotichianæ :* s)

Rec. MP. coch. scr. ll. Pil. sine quibus scr. I. N. M. *pulv* gr. V. ol. succin. dest. g. lV. diagrid. præp. gr. ll. c. aq. betonic. f. pilul. num. lX. inaurent.

Seu: t) MP. fætid. scr. ll. coch. Scr. I. *pulv. nucist.* g. lV. *ol. nucist.* dest. g. ll. gumm. gutt. lax. g. I. c. aq. beton. f. pilul. num. Vii. inaurent.

§. 8.

r) L. I. cas. 14. s) L. ll. c. I. obs. 14. p. 174. t) Id. l. c. p. 175.

morsul. §. 8. Optimi valoris *morsuli Sennertiani*: u)

Rec. Extract. cal. aromat. scr. I. *ol. dest.* N. M. salv. rorismar. cinamom. an. g. VI. caryoph. g. II. sp. diambr. dr. sem. sacch. in aq. lavend. diss. unc. III. seu IV. F. Morsuli.

Et; Rec. Sp. diamosch. d. dr. I. & sem. diambr. scr. II. diamarg. cal. dr. sem. ras. visci q. ungul. alc. an. scr. I. fragment. lap. 5. pretios. an. scr. sem. extr. galang. ireos & pæon. an. gr. VII. extr. cardamom. g. XV. *ol dest.* N. M. g. VII. sacch. in aq. lil. convall. dissol. q. s. f. Morsuli.

Et *Joeliani*: vv)

Rec. Sp. diamosch. d., diambr. plir. arch. an. dr. sem. pulv. cinamom. *macis*, coriand. præp. an. dr. I. Zingib. scr. II. sacch. in aq. junip. sol. unc. III. f. morsuli pond. dr. ij.

Rotulæ, §. 9. Nec fastidies *Rotulas* ejus: x)

Rec. ol. rorismar. succin. lavend. c. s. q. sacch. parat.

Aut; Rec. Spec. diambr. dr. I. ol. dest. salv. N. M. cinam. caryoph. an. g. VI. sacch. in aq. vit. diss. unc. ij. vel unc. II. & sem. f. *Rotulæ*. y)

Vel

u) l. c. p. 536. vv) L. I. Pract. S. III. p. 185.
x) l. c. y) Sennert. l. a. p. 536.

Vel *Lotichianas* : z)

Rec. Sp. diambr. dianth. an. scr. ij. arom. ros. dr. sem. extract. cubeb. scr. I. lign. aloës scr. sem. cardamom. g. Vi. ol. succin. albiss. dest. g. II. sp. Vitriol. corr. g. IV. c. sacch. in aq. ros. & cinam. diss. an. q. s. f. rotulæ

Aut *Horstianas* : a)

Re. Sp. Diamosch. diambr. an. dr. I. & sem. *ol. N.* M. *express.* scr. sem. fœnic. g. IV. succin. g. III. sacch. in aq. lavend. sol. unc. VI. f. rotul.

Vel *Hildesheimianas* : b]

Rec. sacch. albiss. in aq. betonic. diss. unc. IV. ol. succin. albiss. g. iij. *N. M. macis* an. g. ij. caryoph. cinam. an. g. I. margarit. præp. corall. cub. præp. an. scr. sem. CC. ust. scr. I. f. rotul.

Egregiæ etiam *Drawitzianæ* : c)

Rec. Sp. diamosch. d. dr. I. extr. galang. scr. I. & lign. aloës scr. sem. cardamom. g. Viij. *ol. nucist. expr.* scr. I. succin. præp. scr. sem. cinam. g. Vj. aq. lil. convall. & sacch. q. s. f. rotul.

§. 10. Merentur quoque pretium suum *Ptarmica & Masticatoria*. Præparari igitur possunt tales *hypoglottides*, quæ mane jejuno ventriculo, ut & horis pomeridianis, in ore *ptarmica & masticatoria.*

z) L. II. obs. c. I. obs. 16. p. 179. a) L. II. obs. 21. b) L. c. p. 675. c) L. de scorbut. c. 3. p. 172.

ore detineatur. Fac. itaque cum *Sennerto* d) vel hos:

Rec. Pul *N. M.* dr. j. & sem. sem. nasturt. & pœon. an. scr ij. Rad. pyrethr scr. j. castor. dr. sem. mosch. g. ij. c. succo salv. f. trochisci, lupinis similes.

Vel istos:

Rec. Rad. acor. Ver. dr. j. pyrethr. scr. ij. Zingib. pœon. caryoph *N. M.* an. dr. sem. cubeb. scr. j. c. infus. gumm. tragac. in aq. lavend. & salv. fact. addit. q. s. sacch. f. trochisci, quantitate lupinorum.

Bruel e) sic conficit pastillos suos manisiles:

Rec. *N. M.* pyrethr. sem. staphisagr. an. dr. j. sem. hyssop. dr. ij. piper. alb. uvar. passar. an. dr. I. c. melle q. s. f. pastilli mansiles, seu masticatorium.

Grüling. ita: f)

℞. mastich. dr. ij. & sem. rad. pyrethr. *N. M.* cubeb. *macis*, sem. anis. an. dr. ij. sem. majoran. scr. sem. alipt. mosch. g. iv. c. cera & melle inspissat. f. masticator. ad pond. gr. XXV.

balsam. §. 11. *Balsamus Mylianus* vid. in *Pharmacop. Spagyr. Pract.* g) quemque transcripsit *Pokfius.* h) Nos dabimus tantum *Doleanum*:

Rec.

d) l. a. p. 532. e) l. c. p. 21. f) C. I. obs. 21. g) *L.* I. c. 12. h] Myrrholog. S. III. c. 17. p. 104.

℞. *ol. nucist. expr.* unc. sem. camphor. dr. j. croc. dr. sem ol. caryoph. scr. ij. sp. vin. rectif. tartarisat. unc. iij. M. i]

Et *Grülingiânum :* k)

℞. *ol. N. M. expr.* dr. ij. & sem. ol. succin. anth. caryoph. *macis*, carv. an. g. ij. ambr. Zibeth. an. gr. j. M. pro bals., quô inung. nucha, tempora & pulsus.

§. 12. *Linimenta* prostant ubique apud Practicos, *Cratonem* putâ, l] *Sennertum*, m) *Grülingium*, n) & alios. *Drawitzianum*, ceu multoties feliciter à me usurpatum, addo :o) linim.

℞. Rad. pœon. galang. an. dr. iij. Summit. salv. hyssop. betonic. an. P. II. fl. chamom. rom. pœon. an. P. iij. fol. origan. rut. recent. an. M. sem. bacc. laur. junip. an. dr. iij. castor. dr. j. & sem. incis. & cont. coq. in ol. lumbric. libr. sem. vini unc. iij. ut vinum exhalet, add. *ol. N. M. expr.* dr. ij. ol. still. succin. rorism. an. scr. j. M. pro linimento.

§. 13. *Unguentum* antiparalyticum *Valleriol.* habes apud *Dorncreil.* p) Tanti faciebat Autor, ut *fidam unctionem* vocârit. q] Verum paulò aliter describit ac *Dorncreil. Finckianum* in enchiridio hoc est : unguent.

Rec.

i) Spina lexic. pharmacevt. p. 174. k) l. a. l) L. Vj. cons. 35. p. 239. m) l. c. p. 541. n] C. II. obs. 53. o) de scorbut. tit. 3. p. m. 174. p) dispensat. P. II. c. 19. p. 62. q) L. V. obs. 9.

Rec. ol. verm. terrestr. dr. I, & sem. terebinth. unc. sem. pingved. homin. & taxi an. dr. iij. ol. baccar. junip. *N. M.* an. dr. j. petrol. dr. sem. spic. scr. sem. ol. vulpin. dr. j. M. pro linimento.

Quod artus debiles roborat, & vi discussoriâ excrementitios humores resolvit. *Fridericus Kalschmied*, seq. dabit: r)

Rec. Ungvent. Martiat. utriusque unc. j. & sem. *ol. n. m. expr.* unc sem. medull. cervi unc. j. vin. malvat. unc. j. & sem. coq. lent. igne ad consumt. vini, postea add. ol. sapon., philosoph., de castor. an. dr. j. M.

Adde *Cratonianum*, s) *Mynsichtianum*, t] *Bruelianum*, u) *Sennertianum*. w) & ungvent. *Areg. Nicolai* x)

Suffitus Post inunctiones lintea hoc *suffitu* incalescant, Rec. Succin. mastich. myrrh. an. dr. j. thur. scr. ij. caryoph. *N. M.* cinnam. *macis* an. dr. sem. pulverisat. irrorent. sp. vini & postea exsiccentur. y)

Adde *Sennertum* z) & *Hildesheim.* a)

al. §. 14. *Emplastrum habet Jüngken*, b) *cucupham*

r) disp. inaug. de h. m. c. II. p. 34. s) L. VII. consl. 104. p. 673. t) l. c. S. XXXV. p. 483. u) l. c. p. 21. w] l. a. p. 541. x) Ph. August. C. l. 17. p. m. 594. y] Rolfinc. L. II. consl. 10. z) l. c. p. 544. a) l. a. p. 675. b] in Med. præs. secul. accommod. p. 712.

pham affert *Hildesheim,* c) oleum *Lotichius* , *ol.* d] & *Jüngken*. e) *Sacculum* pete à *Bruele*. f) *Sapo moschatus Weickardi* apud *Schröderum* g) nervos egregiè confortat. *sapo*,

§. 15. De felici usu *noctuæ* combustæ, *obs.* cumque aquis lil. convall. paralys. & betonic. crebrius sumtæ, mira non ita pridem narravit M. *Daxbergero* Parochus paganus. Equidem *noctuam antiparalyticam* esse, alibi dictum est. Nescio sanè, cur *noctuæ* volatus cantusve nocturnus mala inter reponatur omnia. Atheniensibus bellum cum barbaris gerentibus per exercitum eorum volitans victoriam præsagijt. Hinc adagium apud eos natum: γλαὺξ ἵπταται, vel ἵπτατο, si cæsos hostes & subsecutam innuerent victoriam. h) Hieroni, Siculorum Principi, primum bella ineunti, aquila in clypeo, *noctua* in hasta consedit. Quod ostentum & consilio cautum, & manu promtum, Regemque futurum significabat. i) Casimirus Alberti, Meklenburgicus, Legum Studiosus, diu paralyticus, multa incassum tentârat. Tandem, consilio Amitæ suæ, cepit *noctuam,* eamque plumis detractis eviscera- tam, mundatam, sale conditam, inque fur-

M no

c) l.c. p. 667. d) L. II. c. 1. obs. 14. p. 174. seq. e) in lex. pharmacevt. p. 157. f) l. c. p. 23. g) l. c. L. II. c. 80. p. m. 280. h) Pier. L. XX. Hieroglyph. f. 179. i) Justin. L. XXIII, c. 4.

no lentè exsiccatam in pulverem redegit. Ex hoc cum castoreo &c. mixto fecit unguentum, quô membra paralytica inunxit feliciter. Vidi integrum muris caput à noctua cum stercore κάτω rejectum, quod, ceu singulare quid, custodiebat nobilis matrona, cui autem bono, ignoro. Memini hîc Mercatoris Hamburgici, qui tertianâ septem mensibus afflictus, nullibi commodum reperire poterat remedium. In Russiam tandem profectus, suavitatem carnis cygneæ mirè commendatam audivit: cujus dulcedine captus juniorem quendam olorem opiparè sibi præparari jubet, omni insultu febrili ab illo die, in istum usque, quô hæc mihi Mindæ ad Travam retulit, ultrà viginti annos, penitus cessante.

alia, §. 16. Contracturam & quartanam à vehementiori ira feliciter curatam, nec non podagram ab ea expeditam, dabat *Marcellus Donatus* k) & *Thom. Bartholin.* l) *Jacobus Rosenbusch,* opulentus in Holsatia colonus, diu decumbens paralyticus, tandem à filijs ad summam animi effervescentiam irritatus, ut totus in fermento jaceret, quod tamen faustè ei cessit. Accenso enim calore naturali, & Spiritibus fervidioribus ac igneis qs. factis, utique roborati sunt nervi, absumtis humoribus crassis impactis, lentâque pituitâ liquefacta, & à calore præter naturali consum-

k) L. VI. hist. mirab. c. 5. l] C. VI. h. 28.

ſumtâ, ut immunis evaſerit æger. Adde sîs *Valleriol.* m) & D. *Hofmanni diſſ. med. de Salubritate febrium.* n] Adeò ſalutaris aliquando phlegmaticis ira! o)

§. 17. Famulus Eruditi cujusdam LL. Candidati, *Bernhardi Chriſtophori* Wehrens / *alias* in Regia Acad. Cantabrigienſi, Amici honorandi, jam paralyticus, ſeq. oleo & emplaſtro nervino, emundato prius corpore, ex voto cœpit convaleſcere, cùmque Domino ſuo poſtea profectus ad extremos Indos.

Rec. ol. lumbric. terreſtr. ſuccin. rut. hyperic. an. dr. iij. deſt. junip. *N. M.* & cochlear. an. ſcr. j. M.

CAPUT XVI.

DE USU N. M. IN SPASMO ET CONVULSIONE.

§. I.

EDidit ſuperiori anno Excellentisſimus & Celleberrimus *D. D. Stahl*, Regius Profeſſor in Inclyta *Fridericiana*, eruditam disſertationem de *ſpasmis*, omnibus Bonis meritò commendandam, in qua dicit: p) *conſiſtit ſpaſmus in eo, quòd in uno vel altero membro corporis, præcipuè tamen artubus, muſculus, aut muſculi quidam, ita rigidè attrahantur, atq; tendantur, ut non ſolum illa particularia mem-*

M 2 *bra,*

m) L. II. obſ. 4. n) p. 40. o] Vid. Pechlin. L. III. obſ. 26. p) c. I.

bra, quibus movendis musculis tales inserviunt, una ita in rigido situ detineatur, aut lento quodam successu adducantur: sed etiam in musculo immediatè ita affecto, tensa quædam atque rigida durities percipiatur. Et sensus subinde exquisitus, veluti rupturi atque divulsuri doloris, patientes angat, ut sæpenumero vix ab ejulatu, imò clamore, sibi temperare possint. Resolvitur autem simplex talis spasmus ordinariè brevi tempore; accedente tamen ut plurimum patientis nisu, membrum ita affectum, vel alterius liberi membri adminiculo, aliter movendi, sive extensione, sive concussione & agitatione, hoc fiat. Et licèt Latini vulgò vocem Spasmi per vocabulum *convulsionis* perperam & confusè reddant, nobis tamen hîc de distinctis distinctè fandum erit.

§. 2. Quidam celeri gradu per hypocaustum ambulabat, spasmo pedes, manus, imò cervicem convellente, ita ut propter doloris acerbitatem jacere vel sedere haud potuerit, nervi in cruribus retrahebantur, ut foveæ fierent pugni profunditate. Diarrhæâ simul laborabat, excreta materia erat serum biliosum, ultimò sanguine tinctum. Excell. *Wedelius* expendens aphorismum Hippocraticum, q] & epilepsiam metuens, cum periculum in mora erat, ad constipantia & confortantia properabat, sæpius de hoc dr. II. dando, & eôpse die â *spasmo* immunis evasit. *Elect.* Rec.

q) S. V, num. 4.

Rec. Conserv. rosi. antiq. unc. j. tormen. till. unc. sem. primul. ver. lil. convall. an. dr. ij. cortic. aurant. citr. condit. an. dr. j. *N. M. condit.* dr. sem. carn. cydon. condit. dr. j. decoct. ras. CC. q. s. f. l. a. contusum. Col. add. conf. al. cherm. de hiacynth. an. scr. j. corall. rub. præp. dr. sem. terr. sigill. bol. armen. præp. an. scr. j. sir. mastich. menth. corall. an. unc. sem. M.

Cetera si cupias, evolve *Bonetum.* r) Gravida videbatur laborare convulsione flatulentâ, dabat *Crato* s) ad cerebri fœtûsque roborationem sapidum hoc conditum:

Rec. Conserv. fl. pæon. anth. betonic. bugloss. an. dr. iij. rosar. unc. sem. Rad. bugloss. condit. chebul. condit. an. dr. V. Nuc. condit. Ind. dr. ij. calam. aromat. cond. citr. condit. an. dr. iij. Sp. dianth. sem. pæon. an. scr. j. *macis* incis. scr. sem. cinam. incis. scr. j. Incis. condit. f. c. sirup. de stæchad. condit.

De quo utebatur mane quantit. castan. seu jugland. circa hor. Vij. In spasmosa digitorum manûs pedumque contractione cum dolore brachiorum & tibiarum, maximè post cibum, magna debilitate corporis, itemque vertigine, alia inter hoc reperio *electuar.* apud Eundem t)

M 3 Rec.

r) L. I. Med. Sept. S. 15. c. 12. s] L. III. consil. 28. t] L. VI. conf. 48. p. m. 202.

Rec. Conserv. ros. unc. j. viol. borrag. bugloss. an. dr. Vj. cort. citr. dr. X. *N. M.* unc. j. sp. diatr. sant. dr. j. & sem. mosch. gr. I. sir. rosat. q. s. f. electr.

Quo de bis in septimana sumsit juvenis ad magnitud. avellanæ. *Sennertianum* suum quoque facit officium: u]

Rec. Conserv. pæon. rorismar. an. unc. j. majoran. beton. an. unc. sem. prim. ver. dr. iij. bugloss. dr. ij. pulv. sem. card. bened. fœnic. an. dr. j. Rad. pæon. scr. iV. *N. M. condit.* cort. citr. cond. Zingib. cond. an. dr. Vj. galang. cond. cal. arom. an. dr. j. & sem. cinam. acut. dr. sem. Incis. incidend. M. c. sir. pæon. & f. elect.

Spiritus §. 3. Efficacissimus *Spiritus Geilfusianus* ad omnes affectus spasmadicos, paralysin, contracturas &c. internè & externè in usum vocatus; vv) Dn. de *Mayerne* secretum erant secundinæ bene lotæ, concisæ, & cum farina secalina in clibano torrefactæ: Apud *Jüngken* x) talis prostat pulvis:

pulv. Rec. pulv. secundin. ritè præp. unc. j. ras. cran. human. unc. sem. smaragd. præp. cinnab. nativ. præp. castor. an dr. j. Sal. volat. succin. scr. j. *elæosacch. macis* q. s. pro gratia D. Dos. dr. sem.

Gemi-

u) L. I. Prax. P. II. c. 28. p. 571. vv) vid. cap. præced. §. 4. x) Vad. mecum p. 101. seq.

Geminam formulam, alteram ex *Finckij enchiridio dogmat. Hermet.* y) alteram è *Kunrado* z) in epilepsia per consensum, secundinis nobilitatam, promet *Beckherus* a)

§. 4. Sexagenarius plethoricus subitaneâ resolutione lateris dextri & convulsione totius, excepto capite, summa cum pectoris angustia, mente & lingua vacillantibus, ita ut jam jam exspirare crederetur, afflictus, mox sanguine è sinistro brachio liberaliter detracto, intra horæ quadrantis spatium terriculosum hoc symptoma remissius sensit, ratio rursus promta, manente paralysi in dicto brachio & pede lateris dextri. Diversa inter remedia has quoque *Rotulas* reperi: *Rotulæ,*

Rec. conf. alcherm. compl. dr. j. & sem. *ol. N. M* scr. j. salv. dest. macer. destill. an. g. iij. sacch. alb. in s. q. aq. fl. til. sol. unc. ij. M. f. rotulæ. b)

§. 5. *Gualter Bruel* empirica inter medicamenta nobilia in spasmo, sæpius cum salute plurimorum ægrotantium, experta ponit *Pastillos* suos mansiles. c)

Rec. *N.* M. macer an. dr. I. pyrethr. sem. *pastill.* staphisagr. an. dr. j. & sem. mastich. dr. ij. acor. condit. Zingib. condit. an. scr. ij. succ. betæ q. s. f. Pastilli mansiles.

y) p. 41. z) P. II. Medull. destillat. p. 426. a) L. I. Med. Microcosmic. c. 8. p. 25. b) Riedlin. C. III. obs. 98. c) l. a. p. 78.

§. 6. *Quercetanus* in Aula Cassellana, referente *Petreo*, d) hoc ordinabat *balsamum*:

balſ. Rec. *N. M.* caryoph. lign. aloes, an. unc. j. gran. junip. sem. pæon. an. unc. sem. fl. salv. beton. stæch. anth. lavend. calend. an. P. j. contusis exactè omnibus & vasi vitreo inditis aff. sp. vini, ut supernatet duos vel tres digit. vase optimè clauso, diger. per octiduum, omnibus per torcular express. f. s. a. balsam.

Egregius quoque *balsam. Spasmat. Mynsichti*: e]

Rec. Pingued. anguill. unc. j. ol. galban. c. sp. terebinth. destill. unc. sem. ol. lumbric. terestr. lil. alb. an. dr. iij. succin. alb. rectif. rorismarin. angelic. an. dr. j. & sem. bacc. junip. chamomill. origan. cret. laurin. an. dr. j. caryoph. lavend. salv. rut. an. scr. j. M. & *cum ol. N. M. exp.* & cer. alb. an. s. q. f. l. a. balf.

Quod in convulsione, ab humore frigido nervos replente, præmissis tamen universalibus & corpus debitè evacuantibus, principatum obtinet. Membra enim convulsa & tremore infestata omnes nervos penetrando, curat; nec non convulsivos motus sistit. Fiat autem inunctio non solum in loco affe-

d) T. I. diss. harmonic. VIII. p. 168. e) l. c. S. XXXIV. p. m. 473.

affecto, verum etiam à collo usque ad ultimam vertebram bis seu ter in die. Æger interim caveat sibi ab aëre frigido, nec membra spasmatica aquâ frididâ humectet, cibos quoque flatulentos, crapulam, cruditatem & nimiam Venerem fugiat. Balsamum hoc concentratum ita extat *in Manuali Pharmaceutico Spinæ:* f)

Rec. olei galbaneti unc. ij. lumbric. terrestr. unc. j. succin. junip. an. unc. sem. lavend. dr. j. *N. M. expr.* q. s. f. s. a. balsam.

Jüngken ita nobis dedit: g)

Rec. ol. galban. c. sp. terebinth. dest. succin. rectif. an. unc. j. chamomill. rom. caryoph. an. dr. sem. lavend. scr. j. *ol. N. M. destill.* dr. j. Express. q. s. f. bals.

Balsamus nervinus Schæfferi apud Eundem hic est: h)

Rec. Sal. volat. CC. armoniac. elect., *ol. macis dest.* an. scr. j. sp. vini alcol. unc. j. M. stent per tempus, tunc filtra, si lubet & S. pro usu. Est sal. volat. oleos. *macis.*

§. 7. *Weickardus* i) singulare *unguentum* revelat convulsivis & tetano correptis maximè proficuum. Scilicet

Rec. felem sylvestr. excoriat. & in frusta dissect., hunc. in anser. pingv. ab inte- *unguent.*

f) p. 181. g] in lex. pharmacevt. p. 50. h] l. c. i] Thes. pharmacevt. L. I, c. 3. p. 67.

ſtinis & plumispurgat. conſue, addendo thur. myrrh an. unc. ſem. ſtyr. calam. dr. iij. caſtor. dr. ij. H. roriſmar. majoran. an. M. l. fl. lavend. M. ſem. ſummit. aneth. P. ll. Poſtea ad ignem anſer hiſce infartus pro more uſitato aſſetur, & ſuppoſitâ ſartagine acet. roſ. plenâ pinguedo emanans excip., adque uſum ſervet.

Pinguedine hâc quendam curavit, cui pedes convellebantur. Autor hujus remedii fertur eſſe *Nicolaus. Petrus Pacheqv.* Medicus *Lunellenſis* celeberrimus, juvenem toto corpore convulſum, ut ſpina dorſi inflecti nequeat, hoc remedio ſic curavit, ut ſtatim ex peditè ambulârit. k)

Rec. butyr. rancidi & lardi veter. an. quart. j. bdell. ammoniac an. unc j. myrrh. caſtor. an. dr. iij. fl. ſtæchad. anth. an. P. l. *N.* M. & caryoph. an. dr. j. catum parvum exenterat., excoriat, & in fruſta conciſum. His infarciatur anſer, conſuat. & torreat. in veru. Primus, qui defluit ſuccus, abjiciat., ſecundus verò colligat. in vaſe aceto ſemipleno, pro litu ſpinæ convulſæ. Eſt *divinum* remedium.

Lazarus Riverius ita habet; l)

Rec. fol. ſalv majoran. & ſtæchad an. M. j. gum-

k) obſ. Riverio communic. 8. p. m. 290.
l) L. l. Prax. c. 4. p. 25.

j. gummi ammoniac. & bdellii an. unc. j. calam. aromat. *N.* M. *macis*, caryoph. an. unc. ſem. contund. in mortar. & malax. c. ol. lumbric.. poſtea includ. ventri anſeris, qui bene conſuat., ne quid effluat, & in veru aſſetur. Pinguedo exſtillans excip. vaſe aceto ſemi pleno, eâque illinant. partes affectæ.

Efficacius operabitur, ſi ſequente modo uſurpaveris: *linim.*

Rec. Pingued prædict. unc. Vj. ol. ceræ N. M. & ſalv. chymicè extract. an. dr. ij. M. pro liniment.

Bruel. m) ex oleo *N.* M. terebinth. lil. alb. nardin. an. unc. ſem. caſtor. lumbric. terreſtr. hyperic. an. dr. II. unguent. ſuum. conficit. Efficax quoque *Sennertianum:* n)

Rec. ol. laurin. Spic. vulp. lumbric. an. dr. j. & ſem. ol. deſt. ſuccin. galban. an. g. Vj. rut. aneth. an. g. iv. N. M. expr. dr. I. & ſem. M. & c. cer. f. unguent.

Oleum deſtillatum videatur apud *Hildesheim.* o) *ol.*

CAP. XVII.

DE USU N. M. IN EPILEPSIA.

§. I.

E Tripode *Helmontius*, p) *univerſam*, infit, *in mundo ſcenam fermenta ludunt*, quorum

m) l. c. p. 78. n) l. a. p. 569. o) l. c. p. 638.
p) Tr. imag. ferment. maſſ. ſem.

rum notitia ut nulla in ſcholis jejunior, ita nulla utilior. Omnes anguli majoris mundi ſententiæ hujus inculcant certitudinem. Sine *fermentis* nullam Natura orditur ſeu conſummat generationem, aliudve ſublime meditatur unquàm. Omnia puſilli mundi viſcera *fermentando* agunt, quicquid agunt. Quamdiu *fermenta* ritè ſe habent, omnia rident tripudiantque, integra quippe ubique ſanitas; exorbitantibus verò illis, impuritates è veſtigio ſequuntr, cruditatum cumuli tumulique colliguntur, morborum ſymptomatumque lamentationes audiuntur. Uti enim impuritatis comes individuus morbus eſt: ſic à contra ſanitas & vita perpetua puritatis pediſſequa. Lege, ſi vacat & lubet, ſubtiliſſimi *Willisii*, Prof. Oxonienſis, Collegii Med. Londinens. & Societ. Reg. Socii, Doctoris & Evergetæ mei deſideratisſimi, aureolam diatriben *de fermtatione*, & mirabile ſtudium operamque ejus in *mineralibus*, licèt obſcurius, in *vegetabilibus*, *animalibus* & *artificialibus*. In ventriculo ſcilicet & inteſtinis inchoatur, in toto ſanguine continuatur. Spectas enim in generatione, nutritione, exaltatione, putrefactione, corruptione &c. corporum, prout omnia & ſingula ſolidè probavit Illuſtre Britanniæ ſuæ decus, cui jungas velim *L.* Murbardi diſſ. inaugural. de *fermentationibus* Microcosmicis. q) Totus mun-

q) Jen. 1696.

mundus particulis fermentativis plenus est. Et uti Natura morborum curatrix: ita quoque eorum bonâ intentione effectrix, quod nimirum impuritates perniciosasque insidias eorum haud sine tumultu, vel corporis perturbatione viriumque jactura eliminare valeat, non secus ac Dynastes, cui subditorum cura est maxima, haud sine suorum clade & quodam patriæ excidio in hostem prodire, eumque sternere, ac è territorio suo fugare potest. r) Annon *sacer* seu *major* hic morbus s) acerrimam Naturæ luctam in cunctis symptomatibus sistit, per fermentantem Naturæ bonitatem excitatis. Amabo, quid sibi vult inopinatus epileptici, tanquam infausto fulmine siderati, lapsus? portentosa capitis sanguinolenti propemodum in terram allisio? terribilis dentium stridor, torva oculorum scintillantium circumrotatio, inconditissimus non rarò fremitus & stertor, spumascentium labiorum spurcities, & stupenda totius structuræ microcosmicæ concussio, cum ærumnabili omnium sensuum ecclipsi? nil profectò aliud, quàm summam totius Naturæ confusionem, summumque Archei cum causa morbifica prœlium seu, elegantiori voce, *fermentatio?* t] Deo tamen sit laus, honor &

r) Lang. Curios. med. XXXIV. §. 6. s) Cels. L. III. c. 27. t) vid. *L.* Nettelbachs disp. inaug. de h. m, Witenb. 1667. in proœm. §. 6.

& gloria, quòd morbum hunc Herculeum *Nux* noſtra frangere, ejusque inſultus, ſolius Dei gratiâ, vel ſiſtere, ſeu imminuere, & ſufflaminare queat.

aqu. §. 2. D. *Martin. Bernh. de Berniz*, Reg. Polon. Med. & Secretar. u) exhibet *aquam* antepilepticam, quæ efficaciter valet tàm in epilepticis, quàm apoplecticis, vertiginoſis, aliisque debilitatibus capitis. Epilepticos enim paroxismos tollit, abſumit, & abrumpit, morboque iſto percuſſos ſuſcitat. Datur in præſervatione dimidii cochlearis menſura, maximè circa mutationes Lunæ. In curatione verò & ipſo inſultu epileptico cochlearis integri menſura, quô tempore & in faciem ex alicujus ore vel manu inſpergitur. Habes eam in appendice *Dec. I. Ephemeridum ann. VI. Aquam epilepticam auream* dat poſt *Dorncreil.* vv] CL. Tiling. x] aquam auream Langii vid. in *Pharm. Auguſt.* y) epilepticam Regis & Reginæ Daniæ *mace & N. M.* coruſcantem apud *Birling.* z) *Mynſichtianam* in *Armament.* ej. a) Horſtianam in *obſerv.* Ej. b] aliam habet *Frid. Hofmann*, c) plures verò *Sennertus.* d] Aqua cordialis temper-

u) faſcic. II. Medicament. Cnöfel. tit. VII. p. 52. vv) l. c. P. II. c. 1. p. 23. x] prodr. Prax. chym. Cl. III. tit. 3. p. 526. y) p. m. 499. z) l. c. c. 5. p. 20. ſeq. a) S. 19. p. 287. b) L. II. n. 21. p. 125. c) in theſ. pharmacevt. p. 2. b. d) L. I. Prax. P. II, c. 31. p. 612. ſeq. & p. 615.

perata Auguſtanorum, ſecundum animadverſiones *Zwelferianas* reformata, ſuo gaudet pretio, e] uti *Elix. vit. Matthiol.* dextrè præparat. f) & aq. hirund. compoſit. g] Quercetani h) hirundin. i) & picarum k) aut Amſtelodamenſ. l) Varias alias vid. in lexico Pharmacevt. *Spinæ.* m) Nobiliſſima mihi eſt *Zwelferiana*, n) quam tranſcribo :-

Rec. Rad. pœon. rec. deb. t. coll. unc. iv. ſemin. ejusd. unc. ij. fl. tiliæ recent. mat. unc. vj. viſci querc. unc. j. & ſem. nucl. perſic. unc. iij. cinam. opt. *N. M.* an. unc. j. Inciſ. & cont. nec. non cucurbit. vitr. immiſſ. ſuperinf. ſp. ceraſ. n. ardentis libr. iij. aq. lil. convall. & fl. til. an. ſine addit. deſt. libr. I. & ſem. ſtent indigeſt. loc. calid. poſtea deſt. ad ſiccit. ſpecier. Liquori deſtillato immergant. & in eo qs. ſuffocent. pullor. hirund. num. XV. & ſi haberi poſſunt Pullor. turtur. & cornic. nondum plumat. an. num. iij. factâque digeſtione per dies aliquot, denuò pulli ab aqua ſeparent. immittanturque retortæ vitr. & igne apert. deſtill. ad illor. total. com-

e) l. a. p. 510. ſeq. f) l. c. p. 513. & 517. g) l. c. p. 523. ſeq. h] Ph. dogmat. reſt. c. 7. p. 60. ſeqq. i) l. c. p. 71. k) l. a. p. 73. & p. 50. ſeqq. l) in diſpenſat. Amſtelod. p. 24. m) p. 58. 59. 64. 65. 70. n) in Pharm. Reg. Cl. XV. p. 894.

combust. Peractâ destillat. separet. ol. fœtidum à Spiritu & sale volat. deinde sp. cum sal. volat. semel ac iterum rectific. plus quam ad dimîdias (restans liquor fœtidus & amarus erit]aq. superius dest. & pullis avium dictar. essentificat. adunet, & post unius diei digestion. filtret., sicque, si placet. servet. Sin minus, fiat ex spec. à destillat. residuis, beneficio sp. vini, extract. non minis crassum, sed quodammodo liquidum quod aq. huic addit. cum ipsa digeri, & post filtration. tandem usui asservari potest. Sicque parata erit Essent. antepileptic. nobilissimarum virtutum. Si quis etiam ob majorem aq. jam edoctæ durabilitatem extract. hoc ad spissitudin. redact. seorsim asservare, & necessitate urgente demum illud cum aq. commixtum propinare velit, per me equidem licebit.

Aliam *aq. anteplerptic.* insignium virtutum vid. in *append. ad Pharmac. Regiam.* o] Aq. hirundinum *de Spina* magnæ quoque efficaciæ: p)

Rec. Pull. hirund. non XXV. discerpt. pon. in alembic add. aq. lil. convall. libr. j. dest. & destillat. asservet. feces residuæ f. a. calcin. Hujus calcin. unc. ij. & sem. ras. cran. hum. unc. II. visc. q. unc. j. R. pœon.

o) p. m. 170. p) l. a. p. 71.

R. pœon. unc. I. & sem. fl. paralys. P. III. calend. lavend. apii, stæch. an. P. I. cinam. caryoph. an. unc. sem. *nucist.* dr. ij. *macis* unc. sem. cubeb. scr. ij. cast. unc. j. add. destill. hirundin. aq. fl. til. libr. ij. & sem. hyssop. acet. scillit. an. libr. sem. diger per iv. dies in B. & dest. S. aq. antepileptic.

Aqua *hirundinum* composita *Rolfinccij* hæc est. q]

Rec. pull. hirund. viv. ex nido detract. num. XX. visc. q. exot. non nostri unc. j. R. pæon. valerian. hort. an. unc. II. fraxinell. ireos fl. an. unc. j. H. rut. virid. M. I. galeg. fl. lavend. majoran. beton. cum fl. rorell. an. M. sem. fl. samb. ros. r. lavend. pæon. til. anth. primul. ver. musci clavat. an. M. I. cinam. dr. iij. caryoph. cubeb. *macis* an. unc. sem. *N. M.* num. III. castor. unc. sem. CC. crud. C. aloës an. unc. j.

Omnia incis. macerent. per dies XXIV. vas. bene clauso in s. q. sp. vin. postea destill.

Aqvæ hæ cum *castoreo* vulgò dicuntur aq. antepilept: *amaræ*; absque *castoreo* verò, *dulces*. Aq. *picarum* composit. vid. apud *Schröderum*. r) Infusionem lilior. convall. cui ruta & *N. M.* im-

N

q) Id. Spina l. a. p. 73. r) Pharmac. Med. Chym. L. II, c. 38. p. m. 147.

immixta, vid. apud *Hildesheim.* s) De *ruta* mirabile experimentum habet *Alexander* à rustico in Tuscia acceptum, qui dixit: se tritam exhibuisse *rutam* lunatico cadenti, eumque surrexisse sanum.

§. 3. *Potionem* propinat *Hildesheim*, t) quam si epilepticus quotidie bibat, convalescere dicitur.

potio, Rec. amygd. dulc. num. III. nuc. Ital. decort. num. ij. gran. junip. num. iv. *N. M.* num. I. Zinzib. contus. unc. sem. caryoph. unc. I. thur. alb. scr. I. oxycroc. scr. j. vitell. ovor. contus. num. ij. terant. subtiliter, aff. libr. IX. vin. aromat. coq. in olla nova bene obturata luto sapient. usque ad tertias. Inde bibat patiens.

Subjungit *Misturam* feliciter saepius usurpatam:

mistura, Rec. Sem. paeon. siler. mont. sessel. an. dr. I. visc. q. dr. ij. R. paeon. Lunâ decrescent. coll. dr. vj. cuculi praep. & pulv. unius, *nuc. myristic.* num. viij. fl. til. M. I. lil. convall. M. I. & sem. rad. pyrethr. unc. j. Pon. in vitr. & superinf. Vin. rectif. stent in calore lento per triduum, deinde eff. vinum, & aliud superinf. tertio die iterum eff. donec non amplius coloretur. Hoc abstract. serv. ad usum. His admisc. seq.

Rec.

s) l. c. p. 613. seq. t) l. a. p. 607. seq.

Rec. R. pæon. Lunâ decrescent. coll. unc. j. summit. rorismar. M. I, H. crescentis in agro habentis flor. cœlestin. alb. & croc. ſtieffmüttergen / M. II. R. pyrethr. unc. I. tormentill. unc. I. fl. lil. convall. M. II. Hæc coq. in vino ad consumt. medietat. vase obstructo. Colent. express. add. sacch. albiss. unc. vij. & permisceant. ad dissolution. lento igne. Junge omnia, & habebis medicinam perfectam, quæ præservat ab epilepsia, si detur haustus patienti ante paroxysmum.

§. 4. Virgini uteri & totius massæ sanguineæ impuritate laboranti, & hinc subitò orta convulsione, prævia syncope, *nodulum*, laxativum dedit *Höfer*. u) *mace* auctum, ad eliminandam saburram primarum viarum. *Waldschmied* hoc ordinabat: vv) *vinum*

℞. Rad. 5. aperient. angelic. pæon. an. dr. j. H. beton. & salv. an. M. I. fl. til. stæch. lil. convall. an. P. I. fol. senæ unc. j. &. sem. agaric. unc. sem. sem. cartham. unc. j. crem. tart. scr. ij. cinam. Zingib. *macis* an. scr. j. Incis. D. S. Säcklein zu einem Maaß Wein.

§. 5. *Sirupum* offendes apud *Balthas. Brunnerum*, x] *Platerum*, y) & Sennertum. *Sirup.*

u] Med. famil. p. 231. w) V. opp. ej. med. p. 134. x) consil. 17. p. 110. seq. y) Prax. med. T. I. L. I. c. 2.

z] *Extractum* antepilepticum *Zwelferi* præstans remedium est in affectibus cerebri, apoplexia, epilepsia, item in morbis uterinis & hystericis, vertigine, maximè si sint hi complicati morbi. Dosis est à scr. sem. ad dr. sem. a)

pulvis §. 6. *Pulverem* vid. apud *Dorncreil.*, b) *Müller.*, c) *Brunner*, d) *Cratonem*, e) *Sennertum*, f) *Weickardum*, g) & sexcentos alios. Hunc instar condimenti cum cibis quotidie sumendum ordinabat *Horstius*. h)

Rec. Rad. pæon. dr. sem. H. salv. rut. betonic. thymi an. M. I. fl. lavend. anth. an. M. sem. sem. fœnic. pæon. excort. an. dr. ij. *macis* acet. macerat. & exsiccat. dr. j. *N. M.* cinam. an. dr. sem. F. pulv. per cribrum. De quo sum. tàm in prandio quàm cœna dr. sem. cum cibis commixt.

Seqventem vel millies expertum, sub nomine *Draconis figentis*, revelavit nobis *Andromachus* noster Curiosus, Exc. *Doleus*, i]

Rec. *N. M.* unc. j. & sem. ciner. talp. dr. ij. tal. lepor. num. iij. pulv. card. ben. scr.

z) L. I. Prax. P. II. c. 31. p. 602. a] Spin. p. 492. b) l. c. p. 24. c) in myst. & miracul. Med. chym. p. m. 68. d) consil. 22. p. 133. e) L. III. cons. 4. p. 54. seq. f) l. c. p. 620. & 627 seq. g) Schröd. l. c. L. II. c. 77. p. 270. h) L. II. obs. 21. p. 125. i) Encyclop. med. L. I. c. 9. p. 156.

ſcr. iv. ungul. alc. ſuccin. alb. viſci q. an. ſcr. ij. & ſem. margarit. præp. dr. I. CC. uſt. præp. dr. ſem. unicorn. ver. ſcr. j. cran. human. dr. iij ſem. pæon. dr. j. & ſem. ſacch. canar. unc. II. & dr. ij. fol. auri q. v. M. f. pulv. ſubtiliſſ. Doſ. à. dr. ſem. ad ſcr. IV. ſeu V.

Siſtit *Cnöfel* k) pulv. officinæ Regiæ de *ſecundina* efficacisſimum & magni pretii, qui talis:

Rec. Secundin. mulier. primiparæ filium enixæ] torrefact, cranii maſculi anterior. (violenter mortui & non humat.) raſpati an. unc. ſem. unicorn. foſſil. albiſſ. CC. ex apicib. ſuperiorib. raſp. & in alcohol redact. an. unc. j. corall. rub. c. aq. epilept. præp. oc. cancr. an. unc. ſem. granor. & rad. pœon. decreſcent. Lunâ coll. R. doronic. viſc. q. an. dr. iij. ſuccin. ſubtiliſſ. pulveriſ. *N. M.* an. unc. ſem. ambr. dr. j. f. pulv. ſubtiliſſ. Doſ. à ſcrup. j. ad dr. ſem. & ſcr. ij.

Contractior *Effmüllerianus*:

Rec. Pulv. ſecundin. rit. parat. unc. I. raſ. cran. hum. dr. VI. caſtor. dr. j. ſal. ſuccin. dr. ij. CC. dr. j. *elæoſ. macis* q. s. f. pulv.

Nec *Species dia Lunæ Mynſichti* faſtidies, l)

k) l. a. tit. 7. p. 46. l) l. c. S. V. p. 191.

aut *Spec.* antepilepticas *Zwelferi*: m) efficax etiam ejusdem alius pulvis tàm in epilepsia quàm reliquis cerebri affectibus:

Rec. nucl. cerasor. n. unc. sem., sem. pæon. excort. dr. ij. citr. excort. bardan. an. dr. j. & sem. contund. subtiliss. in mort. additâ semper particul. aq. fl. arant. ad pultis form., ut per setaceum transmitti possint: cui add. parum etiam conquassat. seqq. nempe R. pœon. debilè coll., doronic. ver. an. dr. iij. visc. q. *N. M.* cardamom. min. croc. austriac. an. dr. ij. succin. alb. præp. dr. iij. magist. solub. corall. rub. dr. ij. cran. hum. raspat. dr. iij. ol. dest. cinam. scr. j. lign. rhod. scr. I. F. pulv. subtil. Dos. à. dr. sem. ad scr. ij.

Alius ejusdem videatur apud *Spinam*. m) *Löw* n) sequentem præscribit infantibus, cujus parum supra commissuram capitis inspergatur:

Rec. gran. pœon. scr. iv. *N. M.* cardamom. caryoph. an. scr. j. ros. r. corall. r. myrtill. an. dr. j. M. f. Pulv.

elect. §. 7. *Electuarium* parat *Hildesheim*. o)

Rec. Cons. pœon. anth. lavend. an. dr. iij. bugloss. unc. sem. Zingib. condit. dr. vi. *N. M.* condit. dr. vi. cal. arom. con-

m) V. Spin. l. c. p. 849. m) l. a. p. 764. n) de morb. infant. c. 24. p. m. 349. o) l. c. p. 580. & p. 592.

condit. dr. iij. mithrid. opt. dr. j. R. pœ. on. cichor. an. unc. ſem, ſem. cand. ben. ſcr. j. fœnic. ſcr. j. galang. dr. ſem. lign. aloës ſcr. ſem. c. ſir. de cort. citr. q. s. f. elect.

Aliud dat *Brunner.* p) apud *Bruelem* extat hoc: q)

Rec. Sp. diamoſch. dr. ſem. *N. M.* myrrh. dr. ſem. gran. pæor. ſcr. ij. pulv. cran. homin. uſt. raſ. ebor. CC. an. ſcr. j. ſacch. albiſſ. diſſ. in aq. roriſmar. & hyſſop. q. s. f. elect: Vel:

Rec. pulv. cran. hum. uſt. pulv. rad. & ſem. pœon. an. dr. j. & ſem. caſtor. opopan. mithrid. opt. an. dr. ij. f. elect. c. decocto ſalv. pæon. roriſm. beton. ſquinanth.

Efficaciâ nulli cedit hoc *Rolfinccianum:* r)

Rec. Conſ. roſ. vitriolat. fl. ſtæch. arab. anth. prim. ver. an. unc. ſem. cond. cort. citr. & aurant. R. pimpinell. condit. an. dr. V. nuc. jugland. in Hiſpan. & *nuc. moſch. in India condit.* an. num. I. pyror. muſcatell. condit. num. VI. viſc. q. præp. ſcr. I. corall. & margarit. præp. an. ſcr. ſem. magiſt. ungul. alcis ſcr. I. c. ſir. caryoph. q. ſ. add. ſp. vitriol. antepilept. Paracelſ. ſcr. I. ſp. vitriol. philoſ.

p) conſil. 13. p. 85. & conſ. 17. p. 113. q) l. c. p. 67. r) L. II. conſ. 12. p. 196.

lof. dulc. fcr. fem. M. f. elect. cooperait. fol. auri duplici S. Stärckzucker.

Extra paroxyſmum *Paul. de Sorbait* infantibus omni mane exhibet ſcr. ſem. vel ſcr. I. ſeq. elect:

Rec. pulv. ſem. pœon. & carth. min. an. dr. ij. *N. M.* mithrid. an. dr. ij. mell. opt. deſpum. vel. ſirup. beton. parum M. f. elect.

Quô exhibito ſtatim infans applicetur mammis; ſ)

pilul. §. 8. *Pilulæ Brueliana* hæ: t)

Rec. aſſæ fœtid. caſtor. an. ſcr. ij. ſem. & R. pæon. an. dr. I *N. M.* ſcr. ij. diagaſang. dr. ij. c. jam. dicto ſirup. f. pilul. D. ſcr. ſem. tempore ſomni. Vel:

Rec. Viſci q. R. & ſem. pœon. an. dr. I.& ſem. *N. M.* dr. I. ſem. aniſ. dr. I. ſem. ſacch. bugloſſat. dr. Vij. f. pil. Doſ. dr. I. u)

morſul. §. 9. *Morſulos* vendit *Hildesheim.* vv)

Rec. Sp. diamoſch. d. diagalang. aromat. roſ. an. dr. ſem. pulv. *N. M.* cubeb. puleg. ſem. fœnic. ſiler. mont. an. dr. ſem. R. & ſem. pœon. an. ſcr. II. Zingib. alb. cinam. an. dr. II. galang. ſcr. ij. lign. aloës, *macis*, caryoph. an. ſcr. I. conſ. lavend. roriſm. an. unc. ſem. ſacch. albiſſ. unc V. diſſ. in. aq. beton. q. s. f. morſuli.

Bruel

ſ) Lövv l. c. t) l. c. u) id. l. a. vv) l. a. p. 593.

Bruel tales: x) ℞. Spec. diamosch. d. &c. Vid. §. 7. *Sennert.* y) hosce:

℞. turbit el. & gumm. dr. iij. diagrid. dr. I. & sem. vel extr. scammon. scr. ij. cinam. Zingib. *N. M.* galang. an. dr. sem. corall. r. præp. scr. sem. conf. pœon. unc. sem. ol. salv. g. vi. sacch. in aq. lil. convall. & til. diss. q. s. f. morsul. D. unc. sem.

Quoties volupe est *morsulis* cephalicis roborantibus reficere pueros epilepticos, da *Lentilianos:* z)

℞. Sp. diambr. compl. dr. I. sp. cordial. temperat. & de hiacynth pulv. March. an. scr. ij. cinnab. nativ. scr. I. conf. pœon. scr. iV. R. satyr. cond. dr. ij. pulv. doronic. & lign. aloës an. dr. sem. cardamom. min. cubeb. an. scr. sem. conf. alcherm. scr. ij. compl. *ol. nucist. expr.* dr. sem. sacch. in aq. fl. til. lil. convall. & pœon. sol. unc. iij. f. morsul.

Add. *Rolfinccianos.* a)

§. 10. *Rotulæ Horstianæ* hæ: b) *Rotulæ;*

Rec. Spec. diamosch. d. diambr. an. dr. I. & sem. *ol. N.* M. *expr. scr.* sem. fœnic. g. iv. succin. g. iij. sacch. in aq. lavend. sol. unc. vj. f. Rotul.

x) l. c. p. 68. y) l. a. p. 604. z) P. I. Miscell. curios. p. 41. a) L. II. cons. 13. p. 208. b] L. II. obs. 21. p. 126.

Brunnerianæ tales : c)

Rec. pulv. *N.* M. *macis* an. ſcr. I. *ol. N.*M. *expr.* g. XI. ol. *macis* deſt. g. X. c. ſacch. diſſ. in aq. fl. pœon. f. rotul.

Sennertianæ hæ ſunt : d)

℞. Cinamom. opt. dr. j. R. pœon. & ſem. ejusd. an. ſcr. II. cubeb. caryoph. *macis* an. ſcr. I. ſp. arom. roſat. caryophyllat. diambr. diamoſch. d. an. ſcr. ſem. ſacch. in aq. pœon & til. diſſ. unc. IV. f. rotul. conſperg. ol. aniſ. & *macis* an. g. IV. D.

Adde Eund. e) & *Hildesheim.* f) necnon rotul. ſmaragdin. *Mynſicht.* g]

§. 11. *Trochiſci Brueliani* g) hujusmodi deſcriptionis ſunt :

trochiſc. Rec. *N.* M. R. acor. pœon. Zingib. condit. an. dr. IV. ſinap. candidi, pyrethr. an. dr. I. & ſem. uvar. paſſ. maſtich. an. dr. I. f. paſtilli maſticatorii.

Sennertus h] commendat ſuos, quorum unum atque alterum in ore tenet æger per ſemi hor. mane jejuno ventriculo. Adde *Platerianos* : i]

Rec. galang. dr. II. *N.* M. dr. ſem. R. pœon. cubeb. an. ſcr. I. R. pyrethr. dr. ſem. ſacch. dr. I. *ol. N.* M. *deſt.* g. II. c. ſir. de ſtæch. & album. ovi f. trochiſc.

§. 12.

c) conſ. XIV. p. 97. d] l. c. p. 617. e) l. a. p. 621. f) l. c. p. 598. g) l. c. p. 67. h) l. c. p. 619. i) L. I. obſ. p. m. 20. & p. 28.

§. 12. *Errhina*, evacuato prius corpore, multum quoque spondent auxilii. *errhina*

Rec. N. M. dr. l. helleb. alb. pyrethr. castor. an. scr. sem. nigellæ piper. alb. an. dr. l. f. pulv. inflet. in nares pauxillum ejus calamo. k)

Vel: Rec. *N.* M. R. pœon. an. dr. l. helleb. n. seu albi scr. ll. pyrethr. piper. alb. an. scr. I. M. f. pulv. sternutatorius calamo in sufflandus.

Add. *Sennertum*, l) Vide autem, ne oculi lædantur, ut aliquando accidit. Verum an ptarmica epilepticis insultibus subveniant, disquirit *Gottlieb Albrecht* in sua inaug. de *natur. & usu sternutatorior.* m)

§. 13. *Apophlegmatismus* potest esse talis, n) ut *Sennertus* præscripsit. Vel: *apophlegmatismus*,

Rec. *N.* M. rad. pyrethr. pœon. & acor. ver. an. dr. l. sem. eruc. dr. ij. c. s. q. mastich. f. pastilli scr. ij. pondere ore tenendi & masticandi.

Adde *Rolfinccium.* o) *Gargarismus* ita fit: *gargarismus*

Rec. Rut. betonic. Salv. hyssop. an. M. sem. R. pœon. ireos an. unc. sem. R. acori pyrethr. gran. pœon. an. dr. ij. N. M. dr. I. & sem. coq. in aq. s. Col. Rec. libr. l. add. oxymel. scyllit. unc. ij. mell. anthosat. unc. l. f. gargarismus.

§. 14

k) Rolfinc. L. ll. cons. XVl. p. 240. & cons. Xll. p. 193. l) l. c. p. 619. m) c. 2. §. 7. n) Senn. l. c. p. 619. o) L. ll. cons. Xll. p. 194.

pomum, §. 14. *Rolfinc* tale *pomum* dabit: p)

Rec. ladani puri unc. l. ſtyr. calam. unc. ſem. lign. aloës. caryoph. galliæ moſchat. an. dr. I. thur. myrrh. an. dr. ſem. ambr. moſch. an. g. iV. *ol. N.* M. expr. ſcr. ll. aq. majoran. q. s. pomum, rubro ſindone obvolvendum.

Adde *Sennert.* q)

balſ. §. 15. Si placeat *balſamus*, cape vel *Grülingianum*, r) ſeu *Sennertianos*, ſ) aut *Rolfinccianum*: t)

Rec. *ol. N.* M. *expr.* dr. ij. ambr. moſch. Zibeth. an. g. Vij. ol. majoran. & roriſmar. nec non. ſuccin. an. ſcr. ſem. f. balſam. in die Naſelöcher zuſchmieren.

Nec hic contemnendus:

Rec. ol. rut. ſcr. ſem. ſuccin. g. vij. balſ. apoplect. ſcr. l. *ol. N. M. expr.* ſcr. IV. M. D. ad pyxid.

liniment. §. 16. *Linimentum* hoc *Lotichianum* illuſtri puellæ ordinatum. u)

Rec. ol. abſinth. nardin. an. unc. ſem. caryoph. *N. M. expr.* an. dr. ij. ol. caſtor. dr. ij. & ſem. ſp. arom. roſat. ſcr. l. ol. fœnic. caryoph. cinam. ſtill. an. g. ll. M. pro linimento. S. Magenſalbe/

Aliud naribus inungendum habet *Brunner*: vv] Rec.

p) L. II. conſ. XIII. q) l. a. p. 618. r] C. III. obſ. p. 65. ſ] l. c. p. 596. & 618. 620. ſeq. t) l. a. u) L. II. c. I. obſ. 21. vv) conſ. XIV. p. 99.

Rec. Extract. rut. liquidior., seu sp. vini rutacei dr. j., *N. M. expr.* dr. sem. extr. cal. aromat. scr. j. ol. fœnic. scr. sem. f. liniment.

Plura exhibet *Sennertus.* x)

§. 17. *Unguentum* ejusdem hoc: y) *unguent.*

Rec. ol. de piper. castor. costin. euphorb. an. unc. sem. caryoph. *N. M.* an. scr. ij. fl. lavend. scr. ij. & sem. mastich. dr. sem. vin. rubr. fortiss. unc. ij. & sem. bulliant ad consumt. vini, in fin. add. mithridat. opt. dr. l. & sem. F. fortis expressio, add. ax ung. ursi & vulpis an. dr. VI. M.

Hôc præcordia, nucha & tempora, nec non spina dorsi, sæpius jejunô ventriculo inungantur. Sequenti ungvento eximiæ adscribuntur virtutes contra omnem epilepsiam, præsertim variolis, morbillis & febribus malignis supervenientem.

Rec. cinnab. nat. rectif. unc. sem. lapid. ophit. unc. l. & sem., magnet. dr. ij. *ol. dest. macis N. M.* quaj. aci, lign. coryl. an. g. iij. conf. alcherm. dr. j. ungv. alabastrin. q. S. M.

§. 18. *Emplastrum* antepilepticum D. *Michaëlis* hoc: *empl.*

Rec. succin. alb. thur. mastich. an. dr. j. & sem. galban. opopanac. an. scr. l. visc. q. dr. ij. sem. pœon. mar. dr. j. ladan.

x) l. c. p. 596. y) l. a. p. 618.

dan'dr. I. & sem. ol. *N. M.* scr. l. ambr. gr. g. vj mosch. g. III. M. f. empl. quod asperg. pulv. cubeb., extendaturque in aluta latitud. viij. & longitud. XV. circiter digitor.

Aliud habet *Mynsicht.* z) add. *Horstianum* a) & *Tilingianum.* b) *Rolfinctianum* verò hoc: c)

Rec. Resin. tacamahac. dr. I. picis hispan. dr. sem. rorismar. N. M. an. scr. l. cer. parum f. cerat. ad ignem.

cucupha, §. 19. *Cucupha*, seu *Pileolus* capiti imponendus apud *Ruland.* hic; d]

Rec. R. ireos, cyperi, pœon. an. dr. ij. semin. pœon. calvar. human. an. dr. I. *macis*, *N.* M. an. scr. j. fl. chamomill. P. sem, conterant. ac consuant. sindon. rubr. in form. pileol. dies noctesque gestandi.

Brüelianus talis: e) *Hildesheimianus* hic: f)

Rec. mastichis, vernicis an. dr. iij. stæch. arab. majoran. sicc., ros. rub. coriand. an. dr. II. cort. citr. sicc. caryoph., antheræ ie. serosæ, gr. alkermes an. dr. I. *macis* dr. sem. Inter duos sindones c. pauca bombace & rasur. scarlat. f. cucupha, & ponant. species plus in anteriore parte & sinistra.

Rol-

z) l. c. S. XXXVI. p. 500. a] L. I. obs. p. 102. b) in prodr. Pr. chym. p. 531. c) L. II. cons. XII. p. 197. d) L. I. obs. empiric. p. 50. e) l. a. p. 68. f) l. c. p. 591.

Rolfinc ita conficit: g)

Rec. fl. lavend. ſtæch. beton. anth. an dr. ij. fol. roriſmar. majoran. an. M. ſem. ſem. pœon. majoran. rut. an. dr. ſem. R. angelic. ireos, cyperi, pœon. an. dr. I. cinam. *N.* M. *macis* caryoph. cardamom. cubeb. an. ſcr. I. bacc. laur. junip. an. dr. I. maſtich. ſtyr. liquid. thur. ſuccin. an. ſcr. iij. fl. benz. ſcr. I. M. pro cucupha.

§. 20. *Sacculus* eſto vel *Sennertianus.* h) aut *Riverianus*, i) vel *Rolfinccianus*, k) licèt cuilibet facile ſit aliquem conficere. *Saccul.*

§. 21. Rariſſima avis *catoche*, adeò ut *Fernelius*, trium Galliæ Regum Archiater, duo ſaltem exempla recenſeat. Verè igitur curioſa hæc obſervatio. Puer Norvvagus, referente *Cortnummio* noſtro, quoties inſultu epileptico infeſtabatur, oculis clauſis ad triginta ferè paſſus rectà procurrebat, & quamvis interea caderet, reſurgens ſubitò curſum iſtum, ſeu metam impigrè continuebat. Quâ emensâ, vel ad parietem ſe reclinans, vel etiam in medio campo, ſeu platea ſtans erectus in unico quaſi momento ſtipitis inſtar obrigebat totus qs. congelatus; oculi aperti, ſed proſus immoti, totum corpus ſine omni ſenſu & motu, ſtatuæ inſtar marmoreæ. Tandem poſt horam, ducto è præcordiis alto gemi- *obſ.*

g] L. II. conſil. XIII. h) l. c. p. 622. i) L. I. Prax. c. 5. p. 29. k) L. II. conſ. 12. p. 197.

mitu, lachrymæ cadebant missello, ipseque in terram prolapsus, nisi detineretur ab alio, & plerumque in somnum, sequente largissimo sudore, à quo integrè sibi redditus, hilaris tunc, vegetus, adque omnia promtus, miseriæ suæ planè ignarus. De epilepsia procursiva vide etiam *Arnoldi Bootti obs. medic.* l]

alia §. 22. *Werinboldus de Poppenburg* cognatum habebat, qui quoties noctu sinistro lateri incumbebat, toties insultus sensit epilepticos, aliàs ab hoc malo exemtus. Meminit *Tulpius* m) juvenis, cujus pressa vel solo digito regione lienis, contrahebantur illicò omnes nervi, & sequebatur confestim miserabilis universi corporis distentio, lædens iteratis suis circuitibus usque adeò mentem, & & cura primis vim ejus imaginatricem, ut crederet, se nescio quem Regem, distribueretque non minus largiter qualiacunque munera, imò integras regiones, ac si revera rerum potitus foret.

alia §. 23. Vidi juvenem in Regia Academia *Carolina* Londini Scanorum, qui anno ætatis suæ decimo tertio, superato paroxysmo epileptico, ex solo terrore accelerato, ἄναυδος factus ad septiduum, ut nec fari, aut articulatam vocem proferre potuerit. Adde, si placet, nostram quondam

ἀναυ-

l] c. 6. p. m. 19. m) L. I. obs. 9.

ἀναυδίαν momentaneam abs unico potu. n) De ἀναυδία caduci prodromo *Salmut.* o)

§. 24. Villica in ipso paroxysmo epileptico venustos peperit gemellos, notante *Isibordo* nostro. Simile exemplum dabit *Tulpius* p) & *Dobrzenskij.* q] De alia absciso capite gemellos pariente videatur *Salmut,* r) & de suspensa *Casp. à Reys* s) in *campo elysio* jucundarum quæstionum. *alia;*

§. 25. Febrem ab epilepsia curatam, & contrà, diximus alibi, cui jungas velim *Thom. Bartholinum.* t) Nobilis puellus à *Bilow,* quadriennis ferè, dysenteriâ correptus, summo cum horrore & extremo fastidio remedia admittens, aliquando adeò excanduit, ut in terribilem ceciderit epilepsiam, & omnes jam actum consummatumque clamarent. Verum cessantibus convulsionibus, pusio etiam abs dysenteria omninò liberabatur. De magno splene post quartanam ab ictero supervenienite feliciter curato, Idem *Bartholin.* u) *alia,*

§. 26. Circumforaneus pro singulari & infallibili remedio antepileptico multis No- *alia;*

n) Dec. I. Eph. Curios. ann. III. obs. 60. & L. II. Med. Sept. Bonet. S. XVIII. c. 1. o) C. II. obs. 58. p) L. I. obs. 10. q) Dec. I. Eph. Cur. ann. II. obs. 57. r) C. I. obs. 1. s) num. 79. §. 12. t) C. I. h. 93. & C. II. h. 68. u) C. IV. epist. 14. p. 54.

bilibus & plebejis dabat pulverem ex corde lupino, ciconiæ & hepate corvino confectum, aſperſo *oleo ſtillatitio macis*, pueris à ſcr. ij. ad ſcr. iv. adultis à dr. l. ad dr. ij. in coveniente vehiculo, nec ſine ſucceſſu. Sanè cor lupi in caduco commendant *Petr. Uffenbach*, vv] *Chriſtoph. Wirſung*, x) *J. Dan. Mylius*, y) *Schröder* z] & *Macaſius* a) Cor *ciconiæ* verò & hepar *corvi Ignatius Regnans* b] & *Macaſius*. c) Si Medicus iſte apud *Plinium*, notante *Jonſtono*, d) duos *corvos* menſe Martio è nido ſublatos, inque pulverem redactos, feliciter propinavit epilepticis, quidnî *hepar* avis eâdem polleat virtute, cum *cerebrum* inter antepileptica referat *Schröder*. d] Puer iſte mendicus XV. annorum, præmiſſo purgante, crebriori eſu carnis *corvi* aſſatæ convaluit. e]

alia, §. 27. Formoſa puella, ex terrore diù epileptica feliciter curabatur, non ſine ope *N*. M. Memorabile tamen, quòd, ut cunque in alto ventus erat, ex in vela ſua verterit morbus. Flante enim auſtro, ſemper inſultum aliquem ſuſtinebat, aliàs perpetuò ab eo

vv) P. III. herbar. c. 53. x) P. I. Prax. med. c, 12. p. 167. y) Baſil. Chym. L. VII. c. 7. p. 62. z) l. c. L. V. Cl. l. c. 25. §. 2. p. 301. a) Prompt. L. poſt. S. XIII. c. 22. p. 641. b) in der armen Leute Leib-Medico p. 483. & 721. c) l. c. d) Thaumat. nat. Cl. VI. c. 11. p. 245. d) l. c. Cl. II. c. 51. §. 2. e] Eben. obſ. 99.

ēo immunis. Equidem *Fromondus*, f) dominante hoc vento; homines manifestè morosos, tristes, stupidos, ac desides cum Coo nostro g) notavit, qui disertè: *Auster*, infit, *auditum hebetat, caliginem visui obducit, caputque gravat, mentis tarditatem & langvorem conciliat.* In quæ verba vide Commentarium *Hollerij*, Scholiis *Libautianis* illustratum, ut ideò nervosè vocetur *plumbeus auster.* h)

§. 28. Scripsit mihi Londinô Anglorum D. *Augustin Schopf*, Amicus integerrimus de puello Flandrico, vix quadrienni, à colludente catello (quem *leunculum* vocant, & nemo adhuc pro rabido habebat,) in auriculari breviter morso, ideoque hydrophobo, ocius tamen sic curato, etiam mediante oleò *macis*, ut benè in di- &-egesserit, per integros duos menses. Hinc omnes eum extra teli jactum posuisse. Ex casu verò postea epilepticus factus, in ipso paroxysmo interdum catelli instar *latrare*, imò adstantes *mordere* cœpit. Qui tamen optimè restitutus fuit. *alia,*

§. 29. Quinque per septimanas sustinuerat puella septem annorum quôvis vespere circa septimam insultus epilepticos, non diù tamen durantes, aliàs vegeta, hilaris & faceta. Vide de *epilepsia nocturna Cratonem.* i] Habuit Parens meus cattum, mellis cupi- *alia,* *alia,*

 dis-

f) L. IV. Meteorol. c. 8. a. 2. g) S. III. aph. 5. h] Horat. II. sat. 6. v. 18. i) L. I, cons. 4. p. 39. &. L. III, cons. 4. p. 48.

dissimum, at quoties id lambebat, seu vorabat, toties fiebat epilepticus. Choleram ab esu mellis lethalem dabit CL. *Binninger.* k)

alia, §. 30. *Haboldus* de *Hachenwerthera* singulis annis in die natali Parentum suorum epilepsiâ infestabatur, aliàs per totum annum bene valens, scribente *Isibordo.* Rusticus juvenis temulentus noctu è caupona domum iturus, labitur in fontem, haud procul ædibus suis, sterquilinio ad medium usque impletum. Ex quo terrore & nocturno frigore morbum hunc sibi contraxit.

CAP. XVIII.

DE USU N. M. IN APOPLEXIA.

§. I.

QUod in majori mundo *cœlum*, hoc in minori *cerebrum* est. Quando illud sudum serenumque, suis luminaribus tàm majoribus, quâm minoribus totum hoc universum fovet atque illuminat, facit, ut omnia sublunaria suaviter recreentur & rideant. Si verò nubibus obducitur, aut propter Lunam interpositam visum inter nostrum & Solem aversio radiorum Solarium, vel ecclipsis Solis, seu propter diametralem appositionem terræ, inter Solem & Lunam ecclipsis Solaris contingit, sic omnia haud levem alterationem patiuntur, tristemque induunt faciem.

k) C. IV. obs. 15.

ciem. Quamdiu cerebrum radios ſpirituum animalium (qui in reti mirabili & plexu choroide præparantur, in nobili & quarto ventriculo elaborantur, inque tota cerebri ſubſtantia, tanquam promptuario, conſervantur,) per ſpinalem medullam & nervos ad ſenſum motumque conciliandum latè diffundit, tamdiu tota corporis œconomia ſalva & integra eſt. Si verò ſpirîtus animales extra ſtationes ſuas rapti, & copulam heterogeneam nacti ſubitò rarefiunt, ac inſtar pulveris pyrii exploduntur, cerebrum ſimul afficitur, inflatur, inſenſile redditur, ſimulque nervi appenſi in convulſiones aguntur. Etenim in caduco non aliter ſe res habet, quàm ſi domus à pulvere pyrio exploſa ſubvertitur, quæ ut plurimum extra locum, ubi ſteterat, dimovetur, ſeu nos rectè docuit Præceptor deſideratisſimus in Reg. Acad. Oxonienſi D. *Th. Willis*. Hi ſpiritus cum vitialibus ecclipſin paſſi, *Syncopen* producunt, immobiles redditi, & à vaporibus frigidis, ſiccis, occulto & inexplicabili modo agentibus, quales interdum in fulmine latere, atque terræ ſpecubus exhalare obſervantur, qs. congelati *catalepſin* pariunt: acquirentes ab humoribus peccantibus vitioſam diatheſin *dolores capitis;* inordinatâ agitatione & circumgyratione commoti *vertiginem*, incenſi & cum meningibus inflammati *phrenitidem*, activitate ſuâ à colluvie ſeroſa & maligna pri-

vati *lethargum*, nimis irritati, in confusionem acti, hûc & illuc per cerebrum tumultuosè lati in *maniam*, *melancholiam*, *stupiditatem*, & varia *deliria*, à vapore crasso in transitu ad nervos impediti *incubum*: deficientes *paralysin*, prorsus, dum in principium Spinalis medullæ influere tentant; intercepti *apoplexiam* causantur. Terribilis affectus hic, sive refractarium ejusdem ingenium, vel locum affectum, seu graviora symptomata concurrentia, dubiumvé tandem curationis eventum sobriè contempleris. Nullis siquidem indiciis sœpè præcedentibus, Jovis ignibus icti, & velut fulmine tacti, epulas inter & jocos in terram prosternuntur, voce & loquela privati, difficulter spirantes, nihil intelligentes, vel ratiocinantes, & ut plurimum ad plures abeuntes, ut *Cous* noster l) apoplexiam (vehementiorem) solvere ἀδύνατον judicârit. Haud dissimilis est corporis apoplectici casus ruinæ ædificii, qnod ob fulcimenta subtracta corruit, & difficulter, seu nunquam iterum emergi, inque pristinum statum reduci potest. Ideò *Celso* nostro m) est morbus *attonitus*, eò quòd funesto insultu suo tàm ægros, quàm Medicos attonitos reddat, illisque panicum terrorem incutiat; hinc à nonnullis *sideratio* dicitur, societate nominis cum mi-

seria

l) S. II. aph. 42. m) L. III. c. 26.

ſeria plantarum, quæ ſolent ἀστροβολεῖσθαι, ſiderari & qs. affulgurari. n) Malum hoc ſenibus plerunque familiare & funeſtum eſt, præſertim hyeme, ideò morbos inter *hyemales* o) & *ſeniles* p) ab Hipp. refertur. An ſummus ſacerdos *Heli* q) morbo hoc extinctus ſit, dubium eſt. Secundum textum de throno retroſum juxta locum portæ cadens occiput confregit. Quem caſum facile ſubſequi & comitari potuit apoplexia in grandævo ſene. Quicquid ſit, Gratia Tibi Domine, quòd & *Nucem* noſtram ad averruncandum malum iſtud aptam feceris, eique τὸ θεῖον inſpiraveris. Sed lyra Pindarica r] mihi in aurem: ἕπεται ἐν ἑκάστῳ μέτρον νοῆσαι δὲ καιρὸς ἄριστος. *Eſt modus in rebus, quem noſſe optimum eſt.*

§. 2. Per ſe exhibita ac comeſta per plures dies haud vanum ſpondet auxilium. Welche ſich des Schlags befürchten/ ſollen nicht leicht ohne gute friſche Muſcatenüß ſeyn/und ſonderlich bey feuchter und neblichter Lufft den halben/oder dritten Theil im Munde zerkauen und hinunter ſchlucken. ſ) Diverſas aquas *antapoplecticas*, putâ D. *Sigismundi Aqua*

n) V. Cortnumm. de morb. attonit. c. 2. o) S. III. aph. 23. p] aph. 31 q) 1. Sam. IV. 18. r) Olymp. od. 13. ſ] Winckelman in der Hauß Apothec c. X p. 198.

di Kohlreuteri cum castoreo t) & sine castoreo, *D. Rothii* cum ambra & Zibetho, viduæ *Hofmannianæ*, & Electricis Saxoniæ copulavit *Birling*. u] Præclara etiam *Mynsichtiana*, quam rectius *aquam Sophorum* dixeris; vv) *Bartholiniana* x) *Langiana* y) correcta z) *Hildesheimiana* a) *Scheibiana* b) heroica *Timæana* c) antapoplectica minor *Quercetani*, d) fragrantissima *Lentilij* omni laude dignæ sunt e] L. *Jüngken* e) usitatam sibi exque aliis selectam habet aliquam internè & externè usurpandam. Internè dosis est cochlear unum, externè verò naribus admovetur, temporibus ac pulsibus, seu membris affectis illinitur. Næ vix ullum huic compositioni ingrediens est, quod non optatas de se fundat, perque destillationem liquori communicet vires. Sequens qq. magnarum virium esse dicitur in apoplexia & vertigine:

Rec. Rad. pœon. angelic. visc. q. scyll. præp. an. unc. I. H. majoran. salv. roris-

t) Senn. L. I. Pr. P. II. c. 33. p. 671. u) in append. varior. medicament. p. 40. seqq. vv) l. c. S. XIX. p. 288. x) in myst. & mirac. Mülleri p. m. 67. y) Pharm. Aug. Cl. XV. p. m. 528. z] Spin. in lexic. p. 23. a) l. c. Spicileg. VI. p. m. 533. b) Id. l. a. p. 522. c) in medicament. singul. descript. p. 295. d) in Pharm. dogmat. restit. p. 67. seqq. e) P. III. Miscellan. p. 88. e) in lexic. Pharmacevt. p. m. 19.

rismar. an. M. I. fl. lavend. lil. stæch. arab. an. M. iij. sem. pœon. fœnic. carv. sinap. alb. coriand. præp. an. unc. sem. cubeb. caryoph. *macis N.* M. an. dr. iij. castor. dr. ij. f. pulv. grossus, maceret per aliquot dies in vino malvat. postea destillet. f]

Rolfinccius Viro levi apoplexiá tacto singularem hanc commendavit: g]

Rec. fol. salv. cum summitat. & fl. majoran. lil. convall. hyssop. lavend. an. Mij. rad. doran. unc. j. *N. M.* galang. cinam. an. unc. j. bacc. laur. junip. an. unc. iij. H. parid. unc. I. sem. carv. cubeb. cardamom. an. unc. sem. vin. alb. opt. q. s. contus. opt. inf. per dies aliquot aut stent in fimo equino per dies XIV. post destilla in M. B. & serv.

Miræ virtutis est in confortando cerebro & nervis: memoriam potenter juvat, ingenium acuit, judicium confirmat, sive intrinsecus sumatur, seu membrum affectum eâ foveatur. Exaltari potest quodlibet præbium magist. perlar. seu specifici antidinici granis aliquot. Post prandium, vel cœnam, assumantur pulveres, peptici dicti, seu tabulæ & morsuli ex iis parati, immistâ semper, *N. M.* Archi Ducissa Austriaca vires hujus aquæ sœpius prosperrimè experta est:

f) Sebiz. spec. M. Pr. T. I. P. II. S. I. c. 6. p. m. 288. g) L. II. conf. 16. p. 241.

Rec. nuc. Italic. decort. XLV. (drey mandel) gran. junip. num. XXX. *N. M.* num. iV. integrè contuſ. Zingib. cont. unc. ſem. caryoph. thur. alb. an. ſcr. j. vitell. ovor. recent. num. ij. oxycroc. ſcr. I. M. trit. ſubtilit. aff. libr. IX. vin. aromat. coq. in olla nova bene obturat. luto ſapient. ad tertias. Bibat patiens in die ſemel atque iterum.

Plures *aquas antapoplecticas* vid. apud *Sennertum*, h) *Schröderum*, i) *Spinam*, k) *Jüngken*, l) *Zwelferum*, m) & ſexcentos alios.

Spiritus, §. 3. *Spiritus apoplecticus* D. *Mœbij* apud *Birlingium* n) admirandarum virtutum eſt, uti alius *D. G. M.* apud *Spinam*. o)

Rec. R. valerian. pœon. vincetox. an. unc. I. H. meliſſ. majoran. roriſmar. an. Mj. & ſem., fl. til. M. iij. anth. lavend. Spic. ſalv. prim. ver. pœon. beton. an. M. ſem., cinam. unc. iv. Zed. unc. ij. *macis* cubeb. an. dr. j. cardam. unc. ſem. croc. or. dr. ij. caryoph. dr. ſem. Inciſ. & cont. craſſ. modo inf. in ſp. lil. convall. libr. ij. aq. cinam. libr. I. aq. apopl. ignob. libr. ſem. vin. generoſ. opt. q. s. per menſ. in vaſe bene obturato,

h) l. a. p. 672. ſeq. i) l. c. L. II. c. 38. p. 135. 134. 136. k) l. c. p. 22. ſeqq. l) lexic Pharmacevt. p. 19. m) in Pharm. Reg. p. 888 ſeq. & in append. ad eam p. 168. n) l. c. c. 6. p. 45. o) l. c. p. 869.

rato, stent postea in MB. imposit. nostro alembic. ambr. & mosch. gr. aliquot gossypio involut. f. igne lento destillatio.

§. 4. Potenter etiam ab apoplexia, epilepsia & vertigine praeservat *Elixir.* apud *Hildesheim*, p) quo de sumantur duo cochlearia paulò ante novilunium, cum cerebrum est frigidius, & ante plenilunium, cum abundat humiditatibus superfluis. *Elixir* cephalicum *D. D. G. M.* vid. in *Thes. Pharmacevt. Hofmanni.* q) Vires autem Elixirii Quercetan. major. ineffabiles sunt ad curandas & praecavendas vertigines, epilepsias, apoplexias, paralyses, manias, melancholias &c. Dos. guttulae aliquot in aq. seu decoct. conveniente. r] *elix.*

§. 5. *Tincturam* in apoplexia utilem vid. apud *Mylium*; s) In hoc morbo quaedam apud *Lentilium* t) hanc Essentiam usurpabat. *Tinct.*

Rec. Ess. menth. cr. dr. ij elix. cort. arant. dr. j. & sem. elix. vitrioli Myns. dr. j. elix. vit. Matthiol. dr. ij. & sem. tinct. succin. dr. I. ther. coel. g. IV. arcan. dupl. M. g. V. ambr. gr. g. iij bals. Ind. nigr. scr. sem. elaeosacch. anis. & *macis* an scr. j. M. S. köstliche Haupt-Hertz- und Magen-stärckende Essentz. *ess.*

Add

p) l. a. p. 535. q) p. 58. r] L. II. Pharm Schröd. p. m. 191. Spin. l. a. p. 370. s) Pharm. Spagir. pract. c. 11. t) l. c. p. 552.

Add *Essent.* cephalic. *P. A. R.* u)

Sirup. §. 6. *Sirup.* cephalicus *Mynsicht.* vv] in omnibus periculosis capitis morbis, ut cephalæa, hemicrania, epilepsia, apoplexia, paralysi &c. mirabilis est juvamenti. Dos. ab unc. sem. ad integram, vel per se vel cum aliis appropriatis. Egreginm quoque *Claretum* apoplecticum *Michaëlis* apud *Spinam*: x)

claret ℞. fl. anth. lavend. salv. prim. ver. tunic. beton. calend. an. P. II. R. aristol. rot., irid. fl. an. unc. j. ras. lign. sassafr. unc. j. & sem. visc. q. unc. sem. *N.* M. num. Viij. cinam cass. lign. an. dr. iij. cardam. cubeb. an. dr. j. & sem. inf. in s. q. vin. rh. per bid. in loc. calid. postea col. & edulc. sacch. F. Claretum.

Haud minoris virtutis *Marmelada*, ejus cehplica, *Mynsichti* putâ y)

pulv. §. 7. *Pulverem* suturæ coronali inspergendum hunc præscribit *Hildesheim.* z)

Rec. *N.* M. caryoph. coriand. præp. corall. rub. præp. ros. rub. cort. thur. mastich. sandarac. an. scr. sem. F. pulv.

Præservat similiter etiam pulv. seq. mansilis, quotidie jejuno ventriculo in ore, obstructis naribus, masticatus.

Rec. fol. majoran. rorismar. an. dr. j. cinam

u) Spin. l. a. p. 471. vv) l. a. S. XVI. p. 255. x) l. a. p. 219. y] l. a. S. XII. p. 205. z] l. c. p. 547.

nam *macis*, caryoph. sem. carv. coriand. præp. cubeb. an. dr. l. & sem. concis. crassiusculè form. in pulv. masticator. a)

Pulvis antapoplecticus *Zwelferi*, b] nec non alius *pretiosus* ejusd. contra vertiginem præcipuè, apoplexiam & epilepsiam juvat. c) Eandem opem spondent *Species antapoplecticæ* Ejusdem, seu simpliciores aliasve cupias. d]

§. 8. Femina quædam primaria 50. annorum brumali tempore frigus in cerebro sentiens, insuper catarrho infestata, ab insultu apoplectico sibi metuens, corroborantia tantum expetebat, cui *Thoner*. cum cucupha infrà nominanda e) dabat *electuarium* mane & vesperi sumendum.

elect:

Rec. conf. fl. anth. meliss. an. dr. vj. majoran. unc. sem. *N.* M. *cond.* dr. ij. conf. alcherm. dr. j. M.

Ipsaque multum sibi contulisse prædicabat. Cumque indies magis magisque temperamentum debilitetur, singulis diebus, quod lapsum illum in cerebro corrigat, cerebri calorem conservet, spiritusque animales recreet, assumendum istud *Sennertianum*: f)

Rec.

a) Joël. L. I. Pract. S. 3. p. 180. B. b) Ph. Reg. Zvvelfer. Cl. IX. p. 856. Spin. l. a. p. 748. c] l. c. d) Spin. p. 840. seq. e) L. II. obs. num. 6. p. 88. f) L. I. Prax. P. II. c. 33. p. 681.

Rec. conf. lavend. unc. iv. prim. ver. lil. convall. beton. salv. anth. an. unc. j. calam. arom. unc. sem. sp. diambr. cubeb. *N.* M. an. dr. sem. c. sirup. pœon. & stæch. f. Elect.

Rolfinc cuidam hoc dedit : g)

Rec. Conf. fl. anth. beton. meliss. lil. convall. lavend. an. unc. sem. sp. diambr. diamosch. d. an. dr. ij. *N.* M. *in Ind. condit.* unc. sem. myrob. condit. dr. ij. sp. lil. convall. dr. j. sir. beton. q. s. S. Haupt-stärckende Latwerge.

Dos. nuc. jugland. quantitas mane ac vesperi.

Forestus seq. usus est feliciter in muliere, quæ post apoplexiam memoriam ferè amiserat.

Rec. Rad. acor. ver. condit. unc. I. conf. fl. beton. & rorism. an. unc. j. fl. H. paralys. unc. sem. cubeb. *N. M.* cinam. pulv. an. unc. j. c. sir. de stæchad. f. Elect.

Sumebat de eo quotidie manè castan. quantit., & nucham, occiput, frontemque aq. heder. arbor. ter seu quater in alemb. destillat. inungebat. Nobilissimum quoque istud, finito paroxysmo, ad præcavendam recidivam, præmissis pilulis cochys, ex *Sydenhamiana* curandi methodo excerpsit *Jüngken:* h)

Rec.

g) L. II. cons. 18. h) Vid. append. ad Vad. mec. p. 380. & Opp. Sydenhamian. p.m. 688.

Rec. Cons. fl. salv. rorismar. an. un. j. cons. fl. arant. dr. vj. *N. M. condit.* Zingib. cond. an. unc. sem. ther. Andr. vet. dr. ij. pulv. elect. diamar. diamosch. d. an. dr. j. c. s. q. sir. cond. citr. f. opiat. Dos. est magnitudo castan. manè & serò, superbib. aq. epil. Lang. cochl. ij.

§. 9. Utilissimæ etiam ad præcavendam apoplexiam *Pilulæ Riverianæ*: i)

Rec. Cubeb. mastich. *N* M. caryoph. an. dr. j. ambr. gris. dr. sem. mosch. gr. vj. c. succo majoran. f. pilul. Cape scr. j. horâ somni bis in septimanâ. *pilul.*

J. G. Wagner, Hilmershusanus, has habet: k)

Rec. Extr. catholic. gr. XV. merc. dulc. scr. sem. troch. alh. g. iv. *ol. dest. macis* g. ij. sal. vol. succin. g. V. M. c. s. q. ess. succin. f. pilul. Pillen auf einmahl

§. 10. Qui *morsulos* expetit, capiat eos vel à *Mynsichto*, l) seu *Sennerto*, m) aut *Hildesheimio*, n) vel *Sydenhamio* apud *Jüngken*. o) *morsul.*

Rec. ambr. gris. dr. sem. ol. still. sem. anis. cinam. N. M. an. g. ij. ol. caryoph. g. j. sacch. in aq. fl. aurant. sol. unc. iv. f. c. a. Tabellæ, quarum cape unam ad libitum.

§. 11. *Rotulæ Mynsichtianæ*, o) *Hildesheimianæ* *rotul.*

i) L. I. Prax. c. 4. p. 204. k) disp. inaug. de h. m. th. 23. l) l. c. S. VIII. p. 169. m) l. c. p. 674. n) l. c. p. 548. o) l. a. p. 380. l. c. S. VII. p. 157.

miana p) *Jüngkenianæ* q] ac *Sennertianæ* omni elogio dignæ. r) *Rolfinccio* placent hæ: ſ)

Rec. *ol. N. M. expr.* ſcr. ij. deſt. ſcr. ſem. extr. pœon. ſcr j. calam. arom. ver. g. Xij. margarit. præp. corall. r. præp. an. ſcr. j. *ol. macis* g. iij. ſacch. albiſſ. in aq. cichor. ſol. unc. vj. f. Rotul.

Imò dimidia pars N. M. maſticata & comeſta ſœpius profuit.

troch. §. 12. *Trochiſci* pro fumo *Hildesheimiani* ſic fiunt:

Rec. gran. pœon. c. rad. viſc. q. cubeb. galang. ſuccin. alb. an. ſcr. j. lign. aloës, *N. M.* ſem. rut. an. ſcr. ſem. benzoin. dr. ij. ladan. unc. ſem. ol. ſuccin. aq. infuſion. lavend. an. q. ſ f. maſſa trochiſcor.

§. 13. Ditioribus etiam ſpecies tabaci, gratum odorem ſpirantes, parari poſſunt:

Rec. tabaci commun. (non imbuti) unc. iv. majoran. unc. ſem. roriſm. fl. roſ. rubr. ſpic. hort. cubeb. an. dr. ij. *N. M.* dr. j. ſem. aniſ. dr. ij. caryoph. dr. j. ſtyr. calam. expr. maſtich. an. dr. ij. M. groſſ. modo ciſ. D. in ſcatul.

Quam formulam D. *Eberhard Gockel*, Archiat. Würtenberg. & Reip. Ulmenſ. Phyſic. ordin., Amicus noſter, habet. t)

§. 14.

p) l. c. p. 517. & p. 546. ac. p. 551. q) in Med. præſ. ſecul. accommod. p. 550. r) l. c. p. 674. & 681. ſ) L. ij. conſil. 6. t) conſil. med. 28. p. 335.

§. 14. Viro post levem apoplexiam memoriæ infirmitate laboranti *Rolfinc.* hunc dabat *gargarismum*; u)

Rec. fol. origan. puleg. majoran. rut stæch. arab. an. unc. I. Zingib. piper. an. scr. sem. mastich. staphisagr. *N. M.* an. dr. j. & sem., sem. sinap. dr. Vj. coq. in s. q. vini ad tertiæ partis consumtion. *gargarismus*,

Crato vv) hunc offert:

Rec. rad. col. odorat. *N M.* stæch. maceris, majoran. an. dr. sem. coq. in libr. j. aq. pur. add. colat. acet. ros. unc. sem. mell. ros. unc. j. & sem. sinap. pulv. scr. sem. M.

§. 15. *Balsama* efficacissima sunt, seu *Birlingianum*, x) vel *Dörerianum* cum galbano, y) aut *Riverianum*, z) vel Augustanorum, a) seu *Mynsichtianum* b) seligas, qui audacter de suo ita pronunciat. In tota Rep. Medica vix inveniri aliud, quod famâ illustrius, virtute nobilius, honore dignius, auxilio promtius, & odore fragrantius sit. Narium enim extremitatibus saltem nec non (exigente tamen necessitate] vertici ac pulsibus modicè inunctum, vitales & animales spiritus miraculo- *balsam.*

P

u) L. II. cons. 18. p. 259. vv) L. VI. epist. med 4. p. 14. x) l. c.c. 8. p. 55. y) Id. l. a. p. 56. z) L. I. Prax. c. 4. p. 204. a) in Pharmac. p. m. 773. & in. append. ad animadv. p. m. 85. b) l. c. S. XXXIV. p. 469. & p. 467.

culosè suscitat atque svavissimè recreat, Talè autem est,

Rec. *ol. N. M.* unc. j. succin. alb. rectif. dr. sem. ros. ver. cinamom. an. scr. j. lavend. majoran. an. gr. XV. asæ dulc. rut. an. scr. sem. caryoph. citr. an. g. iv. diligenter & optimè mixtis add. ambr. gris. dr. j. & sem. Zibetæ non fals. scr. iv. mosch. laudatiss. dr. j. f. s. a. bals. justæ consist.

Magnæ etiam efficaciæ *Sennertiana,* c] *Jüngkeniana,* d) *D. Michaël,* e) *Hofmanniana,* f) *Crollian.* g) *Rolfincciana,* h) *Lentiliana,* i] & alia, k) *Eyselianus* hic est: l)

℞. *ol. nucist.* dr. sem. bals. peruv. scr. j. ol. dest. menth. g. vj. caryoph. g. iv. cinamom. g. ij. M. D.

Zwelferianus pro sexu sequiori talis: m)

Rec. *ol. N.* M. legitimè *express.* dr. iij. & sem. still. cinamom. coriandr. lavendul.

c) l. a. p. 674. seq. & p. 682. d) in Med. præs. secul. accommod. S. III. c. 1. p. 165. & P. II. S. I. c. 7. p. 542. seq. e) in lex. Pharmacevt. Jüngken p. 49. f) Id. l. c. p. 52. g) Tiling in prodrom. cit. Cl. III. tit. 4. p. 544. seqq. h) Med. spec. comment. L. VII. S. I. c. 20. p. m. 648. i) P. III. Miscell. p. 50. k) apud Schröder. l. c. p. m. 156. Thes. pharmacevt. Hofmanni p. 35. Spin. in lexico p. 163. 164. 165. 166. 167. 184. & 189. l) de formul. præscribend. p. m. 197. m] Spin. l. c. p. 165.

dul. majoran. rorismar. salv. succin. an. scr. sem. camphor. dr. sem. balſ. indic. de Peru scr. ij. M. omnia exactè ſ. a. sine igne. F. balsam.

§. 16. Præstantissimum quoque *oleum* antapoplecticum *Ejusdem*: n) *ol.*

Rec. ol. stillat. succin. unc. j. salv. dr. vj. ol. ceræ unc. sem. coriandr. majoran. lavend. rorismar. an. dr. ij. *N.* M. dr. iij. M. & serv.

§. 17. *Linimenta* etiam caput roborant & reliquias materiæ evacuant & discutiunt: *linim.*

Rec Extract. rut. dr. j. pœon. scr. j. *ol. N. M. expr.* dr. sem. destill. g. Vij. ol. stillat. rut. fœnic. an. scr. sem. succin. g. V. M. Vel:

Rec. ol. petr. laurin. an. dr. ij. *N. M. expr.* dr. j. dest. salv. fl. lavend. caryoph. galban. an. scr. sem. M. o]

§. 18. Bonum quoque *unguent.* Hildesheimianum, p) quô inungantur cervix, occiput, sutura coronalis, tempora & nares. Imponatur etiam interdum aliquid auribus cum gossypio. *unguent.*

Rec. ol. macer. express. unguent. naph. (quô in Hispania & Italia chirothecæ odoratæ fiunt) an. dr. ij. *ol. dest. N. M.* g. iij. caryoph. succin. alb. an. g. ij. M.

 In

n) in append. ad Pharmacop. Reg. p. m. 179. o) Sennert. l. a. p. 676. p] l. c. p. 534.

In Aula Brandenburgica frequens fuit hoc oleum apoplecticum, vulgò ab Aulicis Schlag-Salbe dictum.

Rec. *ol. N. M. per. express.* dr. ij. ambr. mosch. Zibeth. an. dr. j. ol. hispan. dr. j. M.

Ego per oleum hispanicum intelligo balsam., quod ex Ulyssiponte affertur.

emplastr. §. 19. *Emplastrum* in apoplexia, paralysi, epilepsia &c. Altenburgensium vide in *Thesauro Pharmacevtico Hofmanni,* q) & apud *Jüngken in Medico præsenti seculo accommodando* : r]

Rec. *Macis, nucist.* oliban. mast. styr. cal. gumm. junip. scr. ij. gr. V. ros. rub. dr. j. ladan. unc. iv. tereb. cypr. unc. ij. f. empl.

cucupha §. 20. *Cucupham* feminæ §. 8. præscriptam ita confecit *Thoñer.* s)

Rec. fol. majoran. M. j. anth. salv. an. M. sem. stæch. arab. P. I. *N. M.* dr. j. mast. caryoph. dr. sem. styr. cal. lign. aloës an. scr. j. c. modic. gossipio interpassat. & sindon rubr. f. cucupha.

D. G. *Henric, Bachov,* Phys. Reip. Gothanæ, Amicus honorandus, t) hanc dabit:

Rec. Rad. ireos fl. pœon. an. dr. ij. fol. beton. majoran. meliss. serpill. roris. mar. puleg. mont. an. P. iij. fl. anth., chei-

q) p. 64. r] p. 551. s) l. c. t) in disp. inaug. de h. m. p. 31.

cheiri, lavend., tiliæ lil. convall. stæch. arab. chamom. Rom. an. P. ij. *N. M.* caryoph. cubeb. an. scr. I. succin. benzoes an. dr. sem. ambr. mosch. an. g. ij. M. S. Species zum Mützlein.

Fomenta capitis & *cataplasma* habes apud *Sennertum*, u) *sacculum* post fomentationem capiti imponendum Idem tibi dabit. vv) *catapl.*

§. 21. Non nemo suturæ coronali abrasæ tale imponi jubet ceratnm:

Rec. resin. tacamahac. dr. j. picis hispan. dr. sem. rorismar. *N. M.* an. scr. I. cer. parum f. Cerat. ad ignem. x)

Quod summo cum affectu ante biennium in Viro-juvene probatum est.

§. 22. Honesta femina, tertium tunc puerpera, XXVIII. annorum, in ipso partu à domesticis perterrita, fœtu exclusô, lochia habuit retenta. Hinc eâdem nocte fit apoplectica. Vocatus Medicus, præmisso acriori clystere, circa primam noctis saphenam jussit incidi, mane circa nonam cephalicam, non neglectis aliis, inprimis, aqua *N. M.*, quæ in hoc rerum statu commoda & tuta videbantur, & adhuc, Dei gratiâ, vivit feliciter. *obs.*

§. 23. De muliere sexaginta duorum annorum, [ut putabant plebeji) apoplectica, in ipso feretro, post horas 46. resurgente, fidem mihi dedit D. *Felmann*, Amicus hono- *alia*,

u) l. c. p. 676. vv) l. a. x] Rolfinc. L. II. consil. 12.

honorandus. Catè scilicet observandum in omni apoplexia istud *Joann. Andr. Schmitzij* monitum; y) non nisi exactis 72. horis hujusmodi homines sepeliendos esse. Cujus rei veritatem novellæ 1698. nî fallor, fecêre de Londinensi quodam Parocho *Henrico Weat* in Riplens, comitatûs *Jorck*, qui 15. Sept. post morbum quinque dierum pro mortuo habitus fuit, & forsan apoplectico; post horas autem 48. ab obitu, durante adhuc concione funebri, è loculo surrexit, atque quinto die pòst coram illis, qui sepulturæ suæ interfuerant, concionatus est.

CAPUT XIX.

DE USU N. M. IN INCUBO.

§. I.

IN somnia ista sunt, ajebat *Artabanus* ad Xerxem apud *Herodotum*, z) quæ adeuntia homines frustrantur. a) Ast sint licèt lusus isti phantasiæ inanes, ac decipiant rerum umbraculis, nihilominus tamen & vera sœpè insusurrat secum habitans intellectus ministra phantasia, & sub specie falsi commiscens, nec suggerens alterum æquè ex altero, eadem condit Morpheus. Insomnia quoque nos edocent, nec semper frustrantur. Memoriæ mandat anima, omnibus fungens officiis, quies-

y) in Medic. Pract. p. 14. z) in Polymnia, a) Syr. XXV. 1. seqq.

quiescente corpore, quæ moveri sequente mane desiderat. ex iis verò judicium non rarô format Medicus, cum qualis sanguis, tales Spiritus, quales spiritus, talia insomnia eveniant. Cum igitur in hoc etiam morbo nocturno admirabilem crebrius se præstiterit *Nux aromatica*, exemplis id illustrabimus.

§. 2. Haud inepta potio *Brueliana*, b) qua de dantur, ubi plenius concocti ex urina notantur humores, unciæ quatuor in aurora, per quatuor seu quinque dies. *potio*

§. 3. *Martin. Bentzien*, Rigâ Livonus, emetico præmittit pulv. præparantem, si simul acidi humores sint admixti: c) *pulv.*

Rec. ocul. cancr. præp. scrup. j. tart. vitriolat. scr. sem. magist. succin. gr. V. *ol. dest. macis* g. j. cinnab. antim. g. iij. D. pro dosi vesperi ante cubitum in aq. lil. convall., seu c. vino.

G. Frid. Æplin d) alterantia inter, quæ cruditates pituitosas, acidas, & gas peregrinum stipticum exhalans corrigunt, ventriculi & hypochondriorum tonum roborant, nec minus cerebrum, ejusque incolas attendunt, hanc ponit tragéam.

Rec. Rad. ari præp. galang. an. dr. sem. pimpinell. dr. j. sem. coriand. anis. cardamom. an. scr. ij. cinam cubeb. Zingib. mastich. an. dr. sem. hepat. rub. scr.

b) l. c. p. 57. c) disp. inaug. de h. m. p. 19. d) disp. de h. m. p. 19.

scr. IV. sacch. canar. unc. iij. *ol macis*, cinamom. an. g. ij. M. D. S. Haupt- und Magen- Trisenet.

Ad reprimendos vapores à pastu hanc dedit cubitum ituro *Timæus* : e]

Rec. sem. coriand. præp. dr. vj. pœon. dr. I. & sem. cinam. macer. caryoph. an. scr. j. corall. rub. præp. dr. I. ol. stillat. carv. g. Xj. *N. M.* g. Vij. Rot. man. Christ. perlat. unc. ij. & sem. M. f. tragéa.

elect: §. 4. D. *Rothij*, Physici Ulmensis, *electuarium* erat:

℞. Rad. pœon. sem. rut. pulv. veronic., quæ nascitur ad quercus, visci q. an. dr. j & sem. pyrethr. sem. pœon. mund., cinam. coriand. præp. diptamn. an. dr. j. cubeb. *N.* M. *folij* an. dr. sem. castor. scr. ij. mell. despum. q. s. f. elect. Dos. unc. sem. tres horas post paucam cœnam. f)

Aliud vide apud *Bruelem*. g]

oleum, §. 5. Citatus *Bentzien* h) pro stomacho hoc dat *oleum*:

℞. *ol. N. M. expr.* dr. ij. mastich. lavend. menth. destill. an. scr. j. cinam. caryoph. an. g. V. S. magenstärckend- eusserlich Oehl.

Cu-

e) L. I cas. 17. f) D. Frank de Veronic. S. II. P. I. c. 5. p. 65. g] l. a. p. 58. h) l. a. th. 39.

Cucupha poteſt eſſe talis: *cucupha.*

Rec. betonic. ſicc. dr. I. ſl. ſtæch. roſ. rubr. anth. an. dr. ſem. *N. M.* caryoph. an. dr. II. R. cyper. cort. citr. an. ſcr. IV. f. cucupha. i)

§. 6. Cordatiorem quemque Medicum invidos ingratosque ſuos ubique habere, quotidiana loquutur experientja, & clarisſimum Chriſti exemplum confirmat. k) Curavi hujusmodi cuculum ante triennium ab *ephialte*, qui ſi aliquid ex *Pelargorum* indole hauſiſſet, gratior & modeſtior utique fuiſſet. Ciconia enim, ſcribente *Iſibordo*, è vicinia ob incendium cum conjuge ex laribus pulſa, domicilium ſibi eligebat in Imperiali cœnobio. Conatum ejus fratres juniores ultrò promoventes, lignum pro ſtructura nidi largiter ſuppeditabant. Circa autumnum disceſſuræ, Miſſam inter templum intrant Seniores, ſubſequentibus, quos eô pepererant annô, quatuor junioribus. Ibi coram altari è latere ſingulæ uno eodemque conſiſtentes pede, omnium oculos in ſe convertunt. Finitô ſacrô, cum nemo tributum ſuum peteret, Seniores cum juniores natû minimum alis noſtrisque ad ſellam Abbatis qs. protrudunt. Quâ retentâ, templo exeunt, eâdemque nocte diſcedunt. l] *obſ.*

P 5 CAP.

i) Bruel. l. c. p. 58. k) Luc. XVII. 17. ſeq. l] Iſibord. in breviar. memorabil. Conf. Jonſton Thavmat. nat. Cl. VI. c. 15. p. 249. ſeqq. Schott. Phyſ. curioſ. L. IX. c. 26. & Dec. II. Eph. Cur. ann. V. obſ. 3.

CAP. XX.

DE USU N. M. IN CATARRHO.

§. I.

CRedebant Veteres, catarrhos nutriri ab ascendentibus ex hypochondriis vaporibus, sub capite, tanquam lecto, aut alembico, concentratis, & pluviæ in modum delabi modò ad nares, modò ad fauces, modò per tracheam in ipsos pulmones. Qui volet, credat hoc cum antiquis. Nihilo tamen minus cerebrum frigiditate & humiditate sua lymphæ generandæ & in dispositis augendæ favet, & ut glandula maxima, cum sibi vicinis glandulis palati, buccarum, sublingvalium, tonsillarum, parotidum, jugularium, simulque cum naribus, cum ductibus salivalibus & vasis lymphaticis maximum habet commercium & consensum; unde μετρόπολις τῆ ψυχῆς & fons pituitæ, & consequenter catarrhorum non immeritò, nec insulsè à Veneranda Antiquitate cerebrum dictum est. In coryza è tubulatis processuum mammillarum insertionibus per os cribrosum lympha excernitur, mediante meatu utrinque satis patulo paulo suprà infundibulum ortum trahente, in processuum dictorum tubulata corpuscula desinente, & ad corpora usque narium spongiosa tendente. Fiunt sic nares cerebri emunctorium, quô excremen-

ta

ta ſeroſa, mucoſa, ſanies item & alia evacuantur, maximo cum capitis levamine. Neque cerebrum in catarrhorum reliquorum productione culpâ vacare omni credendum eſt, ſicuti nec illud, quòd hoc materiam omnibus promiſcuè catarrhis ſolum ſuppeditet. Aliæ quoque partes colligunt, aliæ ſimul mandant. Lympha quidem, ſalutaris ille latex, per omnes corporis partes cum ſanguine ducitur, quæ ſequeſtrata per vaſa lymphatica [quorum & ſimul glandularum penes circulos non exigua in pulmonibus datur copia,] reduci partim debet, & maſſæ iterum miſceri, partim à glandulis obſorberi & evacuari. Aſt hujus invertitur curſus naturalis ſœpisſimè, & retrogradus excernendæ lymphæ obſervatur motus, quô à peripheria ad centrum cogitur, quantitate, qualitate, motuque ſuo p. n. cordi inſidias parans vix evitandas. Circa præcordia enim in pulmonibus ſtagnare incipit ſanguis, & feriari circulationem (ut in catarrho ſuffocativo) demonſtrant ſymptomata gravisſima, difficilis reſpiratio, anxietas in præcordiis, ſuffocatio inſtans, συντόμως ἀπολλύς, m) quòd inter vitam & mortem vix horula intercedat, & alia. Dependere verò hunc laticis motum p. n. & turbatam imminutamque circulationem, partim à craſſitie & viſciditate, quam cum ipſo chylo attraxit, partim à concretione, quæ ab

m) III. aph. 12.

ab externis injuriis, partim à regurgitatione, latius nunc demonstrare nolumus. Sufficit *N. M.* omnibus hisce enormitatibus vel obicem ponere, eosve feliciter emendare.

Aqua, §. 2. *Aqua benedicta serpilli* compestris, certo tempore ante Solis ortum collecti, si quæ alia, in omnibus catarrhis & defluxionibus tum prohibendis, tum etiam caput ab iisdem præservandis, magni æstimanda. Laudes ejus prolixius tibi dicet unà cum descriptione, *Mynsichtus.* n) Dosis ab unc. j. ad ijj.

Aq. *catarrhalis* de *Spina* hoc est: o)

Rec. fl. salv. anth. lavend. caryoph. *N.* M. cinam. sacch. an. unc. ij. gran. paradis. *macis* Zedoar. sem. coriand. pip. long. nigr. an. unc. j. fol. rut. absinth. an. dr. ij. pom. aurant. num. I. cont. gross. mod. dig. per alemb. in vin. cret. libr. IV. alb. opt. libr. Vj. dein. dest. per arenam.

Aqua *cephalica Caroli V.*, cephalica calida *Timæi*, cephalica *aurea Langij*, & cephalica *D. H. P.* in catarrhis ex frigido ortis non sunt contemnendæ cochleatim sumtæ. p) Insignem quoque usum *aq. lavend. composita* Th. H. q)

vinum, §. 3. Vinum contra catarrhos Papæ *Adriani*

n) l. c. S. XIX. p. 316. o) l. c. p. 37. p) Id. p. 44. seqq. q] Id. p. 84.

ni eximiæ etiam virtutis, quod Summus Pater pro ſecreto,inque quotidiano nſu habuit.

Rec.cort.mirobal.omn.cum nucl.prius exſiccat. an. dr. ij. & ſem. cinam.dr.ij.*N. M.* dr. ſem. caryoph. galang. cubeb. cardam. gr. parad. muſcat. an. ſcr. ſem. roſ. rub. ſicc. dr. j. & ſem. fl. anth. lavend. an. dr. ſem. contuſ. M. ad VII. menſ. vini.

Experientia uſum ejus valde commendabit. r) Aliud habet *Sennertus.* ſ)

§. 4. Inſiſtendis omnibus defluxionibus omnium humorum & catarrhorum tenuium è capite in aſperam arteriam perpetuâ tuſſi inſomniam parientium; hunc *hauſtulum* præbet *Mynſ.* ſ) pro una doſi.

Rec. laud. opiat. q. s. aq. cort. virid. juglad. & ſcabioſ. an. dr. ij. ſir. papav. errat. dr. I. & ſem. rob. nucum dr. j. mag. corall. roſat. *elæoſacch. N. M.* an. ſcr. ſem. M. *potio,*

Laudabile etiam *decoctum* ejus *anticatharrale.* t) *Höfer* u) cuidam in catharro ſuffocativo, præmiſſo vomitorio & clyſmate, hunc dedit hauſtulnm:

Rec. elleb. n. præp. dr. ij. & ſem. fol. ſen. el. dr. iij. paſſul. min. rhab. agaric. an. dr. ij. tart. præp. dr. iij. ſem. fœnic. dr. ij. *ma-*

r] Petr. noſolog. diſſ. 9. p. m. 189. ſ] l. c. S. III. p. 82. t] S. XXV. p. 377. u) l. a. p. 222

ll. *macis* dr. l. M. & coq. in aq. cich. q.
f. ad dimid. fere. In col. diff. mann. dr.
X. pulv. jalap. sal. nitr. præp. an. scr.
l. rhab. pulveris. gr. XV. M. F. potio.

§. 5. Ad reprimendos vapores hunc *pulverem* offert *Crato*: vv]

pulv. Rec. Coriand. præp. unc. l. cinam. el. dr.
ll. mastich. scr. I. *macis* scr. sem. panis
albi tost. unc. lll. sacch. albiss. libr.
sem. M.

Alium pulv. *pepticum* Idem dat, x] & alium qui odoratu caput exsiccat, vide apud Eund. y)

Species cephalicæ FF. apud *Schröderum* z) calefaciunt caput, exsiccant catarrhos, Spiritus animales & vitales purificant, corroborant, adeoque balsamo nativo insigniter conferunt. Imò portio *N. M.* sub lingua noctu detenta seu deglutita proderit. a) Si tabis adsit periculum, probè commendandus erit hic pulvis inter cibum.

Rec. Sp. elect. resumtiv. diamarg. fr. di
anth. diarrh. Abb. an. scr. j. sem. malv.
portulac. bombac. an. dr. l. papav. alb.
dr. ll. 4. sem. fr. maj. cydon. mund.
an. scr. IV. gummi arab. tragacant. a.
myli an. scr. ij. spodii dr. sem. succ. gly.
cirrhiz. scr. l. *macis*, galang. an. scr.
sem.

vv) L. III. cons. 2. p. 41. x) L. iv. cons. 29. p. 113. y) L. V. cons. 2. p. 7. z) L. ll. 77. p. m. 273. a) Hofman. M.M. p. m. 294

ſem. ſacch. penid. ad pond. omnium f. pulv. b)

Pro ventriculo & cerebro corroborando frequenter ſumatur ſeq. pulvis:

Rec. Spec. arom. roſ. ſine moſcho ſcr. ß. roſat. novell. ſcr. iv. cinam. cal. arom. *macis*, rhab. el. coriand. præp. an. ſcr. j. ſem. fœnic. dr. j. & ſem. ſacch. albiſſ. dr. vi. f. pulv. c)

Seu *Thonerianus* iſte: d) Materiâ maxima ex parte aversâ & diminutâ exſiccetur reliqvum pulvere ſuturæ coronali inſperſo apud Eund. *Craton.* e) Sternutatorium dat *Bruel:* f) Pulvis pro fumo & ſacculo proſtat apud *Rolfinc.* g) Plures capiti inſpergendos habet *Sennertus.* h) Tranſiit anno 1661. Menſe Januario Svinfurtum quidam veteranus Bombomachides, qui pulvere quodam, farinæ puriſſimæ ſimili, inſipido ferè, niſi quòd paululum acrimoniæ linguæ, ſeu faucibus affricaret, inſignem pituitæ lentiſſimæ copiam è naribus catharroſorum, quibus pulveris iſtius quidpiam indiderat, ſine ſternutatione & moleſtia, cum ſtupore elicuit, aſſerens, eſſe pulverem cujusdam radicis ex Arabia delatæ, ſuumque artificium multorum Medicorum celebrium teſtimoniis corroborabat. Suſpica- *obſ.*

b) Crato L. VI. conſ. 29. p. 116. c) Id. l. c. p. 109. d] L. II. obſ. 13. p. 108. e) l. a. p. 111. f) l. c. p. 171. g) L. VII. S. I. c. 16 Med. comm. Special. p. m. 674. h) l. a. p. 714. & 721.

cabatur *Febrius*, Curioſorum Præſes, Fautor meus,dum viveret, ſingularis, i) eſſe corticem rhevmaticum, à *Carolo Cluſio* è *Nic. Monardæ* k) belle deſcriptum. Fortè hic Colonienſis Pyrgopolinices idem fuerit, quem *Schottus* l) ſiſtit, & cujus ope uſus eſt Comitis de *Colonna* L. B. de *Felſ.* Secretarius, referente *Sachſio* noſtro. m) Putamus autem cum *Schotto*, radicem, ſeu quicquid fuerit, etiam apud noſtros Pharmacopolas reperiri, quia incredibile eſt, unicum hominem tantam ejus copiam è Palæſtina attuliſſe, ut ſufficeret in aliquot annos, & pro multis Germaniæ urbibus, in quibus medicamentum adhibuerat. D. D. *Reiſel.* Archiater Stuttgardianus, Amicus colendus, ita de hac extractione: n) Ante paucos dies, inquit, Hanoviam tranſiit circumforaneus quidam nomine *Joh. Georg. Clav.* Stutgardianus, herniarius, lithotomus, qui, præter ſuffuſiones detractas, ejusmodi pulv. vendidit rhevmaticum, quem inepte quidem in ſchedula ſua ab Arabibus *Panchimachobi* dictum ad multos uſus & deſtillationes, piſorum duorum magnitudine attractum, laudavit publicè. Is ea de re interrogatus apud me privatim, & bonâ, ſed ſuâ, fide

i) Dec. I. Eph. Curioſ. ann. I. obſ. 34. k) de ſimpl. medicam. ex novo orbe delat L. III. P. X. l) L. XII. Phyſic. curioſ. c. 4. p. 1289. m) l.a. Add. obſ. Helvvigian. 58. c. Scholiis. n) in append, ad Dec. I. ann. I. p. 9.

fide *Halasiaspis* (fortè adhuc ineptius quam antè) dici affirmavit, & esse corticem ex Arabia allatum radice betæ rubræ, unde color rubeolus, permistum & auctum. Retulit porrò, quòd Stutgardiæ stipendio Serenissimi Ducis vivat, ibique eô pulvere utatur, quod eô usus sit Uratislaviæ circa annum 1664. comitatus servo, qui ad plebem colligendam ignem evomuerit. Pulvis ipse est incarnatus, nullius fere saporis, sed si naribus attractus sit, multæ acredinis, unde distentis præsertim ligno faucibus, plurimum seri per nares, oculos & palatum educit. Barbitonsorem novi, qui pulvere euphorbii cum *N.M.* mixto catarrhos educebat. Num discipulus fuerit rustici istius, quo de *Elsner*, o) certò dicere haud possum.

§. 6. Nobilis quoque *Spiritus* cephalicus *Zwelferi* p) Diacor. Mesvæ etiam mirificè confert *N. M.* & *mace* exaltatum. In catarrho ad nares hoc *Electuarium* dedit *Rolfinc.* q)

Rec. Conf. beton. salv. majoran. chamæpith. an unc. ij. *Cond. N. M.* Zingib. Tsinens. scr. sem. galang. cort. citr. an. dr. ij. conf. alcherm. dr. j. Sp. diambr. dr. j. sir. dr. stæchad. arab. q. s. f. elect. *elect.*

Post purgationem horâ decubitus ad magnitudinem castaneæ de hoc electuario dabat *Crato*: r)

o) Dec. I. Eph. ann. I. obs. 34. p) Vid. Mantiss. Hermet. p. m. 746. seu potius p. 749. & Spin. in lexic. p. 871. q) L. II. consil. XXII. p. 320. r) L. I. cons. I. p. 19.

Rec. conserv. ros. diamascen. unc. sem. Sp. arom. rosat. scr. ij. *N.* M. scr. sem. thur. albiss. scr. ij. M. pro elect:

Caput & ventriculum roborat, catarrhum minuit & memoriam conservat. Nobili cuidam Viro Idem ad sedandum catarrhum horâ decubitus tantundem de seq. obtulit: s)

Rec. Conf. ros. unc. j. thur. mascul. scr. ij. *N.* M. *condit.* tost. scr. j. Sirup. aromat. rosat. q. s. f. elect:

Nucis etiam *moschatæ* obvolutæ pane & tostæ in cineribus, inque exiguas qs. tessulas sectæ particulam in ore detineat. t)

Rec. Conf. beton. lavend. an. unc. j. borrag. dr. vj. rot. diamosch. d. diambr. an. dr. sem. pulv. cinam. scr. j. *N.* M. *condit.* num. iij. Zingib. condit. dr. j. c. melle ros. col. q. s. f. elect. u)

Bonæ etiam monetæ *Sennertianum*: vv)

Rec. Conf. salv. pœon. an. dr. vj. rorismarin. ros. an. unc. sem. *N.* M. *condit.* myrob. chebul. condit. an. dr. iij. acori condit. dr. j. sp. diamosch. dulc. dr. sem. Sp. arom. ros. scr. j. sem. pœon. dr. sem. cubeb. scr. j. coriand. præp. mar-

s) L. *II.* consil. 2. p. 16. t) Id L. *II.* cons. 4. p. 35. Add. L. *III.* cons. *I.* p. 34. seq. & L. *VI.* cons. 9. p. 12. u] Id L. *VI.* cons. 10. p. 15. Add. cons. 13. p. 35. cons. 24 p. 85. & cons. 28. p. 104. vv) l. c. p. 711.

margarit, præp. an. ſcr. ſem. c. ſir. de roſis & beton, q. s f. elect.

De quo mane & veſperi ad magnitudinem *N.* M. capiendum, *Aug. Mich. Dörmer* hoc afferet : x)

Rec. Conſerv. ſerpill. majoran. anth. an. unc. ſem. *N.*M *condit.* num. j. ſem.coriand. præp., maſtich. præp. an. dr. j. ſuccin. alb. præp. Spec. arom. roſ. an. dr. ſem. M. c. Sirup. viol. q. s. f. elect. s. Stärck-Latwerge.

§. 7. *Pilulas* haſce format *Poliſius* y) è *pilulæ Sennerto :* z)

Rec. Thur. albiſſ. ſandarac. arab. myrrh. an. dr. ſem. lign. aloës *N.* M. *macis*, croci, an. ſcr. I. ladani puriſſ. ſtyr. calam. an. dr. ij. moſch. gr. V. M. & c. ſir. de ſtæch. F. pilul. è dr. j. num.Vj.

Vel:Rec. Thur. myrrh. ſandarac.N. M.an.q. V. c. gumm. arabic. f. pilul. in lecti introitu ſumendæ. a]

§. 8. *Morſuli* à catharro præſervantes *Joëliani* b) tales ſunt : *Murſul.*

Rec. Diamoſch. d. diambr.an. dr. ſem. dianth. ſcr. j. pulv. cinamom. elect. cubeb. *macis* an. ſcr. ij. ſacch. alb. in aq. junip. ſol, unc. iv. quibus commixtis ad-

x) diſp. de oryza Jen. habit. y) S. *IV.* myrrholog. art. 7. p. 149. z) l. c. p. 717. a) Marquard. L. *I.* Med. Pract. c, 14. b) L. *I.* Pract. S. 3 p. 196.

admisc. ol. anis. scr. sem. ol. cinam. g. ij f. morsul.

Birlingiani hi sunt: c)

Rec. Extr. lign. aloës scr. l. *N.* M. *sicc.* dr. sem. mastich. elect. cubeb. an. scr. j. sem. coriand. præp. dr. l. sacch. in aq. rosʃ. sol. unc. iij. F. conf. in Morsul.

Brunneriani autem isti: d]

Rec. fl. lavend. infus. in aq. lil. convall. & iterum leviter exsiccat. P. ll. & sem. Sp. diambr. diamosch. d. plir. archont. an. dr. sem. extr. pœon. scr. j. succin. c. aq. ceras. præp. dr. sem. *ol.* N. M. *dest.* g. XV. sacch. albiss. in aq. cinam. unc. V. sol. f. Morsuli.

Sennertiani illi: e]

Rec. sem. coriand. præp. unc. sem. N. M. thur. an. dr. iij. glycirrhiz. mastich. an. dr. ij. cubeb. dr. l. conf. ros. rubr. unc. l. sacch. alb. unc. X. in aq. ros. diss. f. morsul. quorum singuli dr. lll. pendeant, de quibus mane & vesperi sumatur unus.

Addo *Rolfinccianos*: f)

Rec. N. M. oliban. elect. an. dr. ij. succin. præp. mastich. CC. ust. præp. coriand. præp. an. dr. l. conf. ros. antiqu. dr. vi. viol. unc. sem. sacch. in aq. ros. q. s. sol.

c) l. a. c. 17. p. 86. d) cons. 25. p. 145. e) l. c. p. 712. f] *L. VIII*, S. I, c. 15. p. m. 699 Med. Comm.

fol. & coct. unc. XII. F. morsuli contra fluxiones in pulmones.

Et: Rec. Cons. ros. unc. I. N. M. oliban. an. an. scr. ij. R glycirrhiz. dr. I. coriand. præp. dr. ij. mastich. scr. II. cubeb. CC. ust. an. dr. sem. sacch. alb. in aq. ros. sol. unc. X. f. morsul. g)

Waldschmied h) morsulos de thure commendat, ceu caput exsiccantes & confortantes. Et licèt iidem ferè sint cum *Sennertianis*, apponam tamen.

Rec. sem. coriand. præp. unc. sem. N. M. thur. albiss. an. dr. III. liquirit. mastich. an. dr. ij. cubeb. CC. præp. an. dr. I. cons. ros. rubr. unc. I. sacch. albiss. q. s. f. l. a. morsul. S. Haupt- und Lungen-Morsellen/ Abends und Morgens eine davon zugeniessen.

§. 9. *Thoner* Baroni de *Teufenbach*, catarrho & angustia pectoris à pituitosis humoribus obnoxio, devoratis pilulis cephalicis, pro cerebro corroborando dedit *Rotulas:* i)

Rec. Spec. diambr. diamosch. d. diaplir. c. mosch. an. scr. ij. conf. alcherm. dr. sem. ol. dest. N. M. g. VI. sacch. diss. in aq. lavend. & ceras. unc. *IV*. f. Rotul. *Rotulæ.*

Alii in catarrho à serosis humoribus, præmissis pilulis cephalicis, ad avertendos serosos humores, tales obtulit:

g) l. a. p. 701. h) de phtisi §. 46. i) L. *II.* obs. 4. p. m. 105.

Rec. Sp. diambr. diamosch. d. Xyloaloës an. scr.ij. ol.dest.succin. rect.g.*IV macis*. g. *III* sacch. diss. in aq. ros. & salv. unc. IV. f. Rotul. k]

Georgius Horstius has præscripsit : l)

Rec. Spec. arom. ros. complet. diarrhod. an. dr. II. cinamom. scr. *VIII.* N. M. scr. ij. sacch. in aq. betonic. & ceras. nigr. diss. add. ol. succin. g. *VIII.* f. rotul.

Laz. Riverius has habet : m)

Rec. Sem. coriand. præp. unc. sem.N. M. thur. an. dr. iij. glycirrhiz. mastich. an. dr. ij. cubeb. dr. I. cons. ros. rub. unc. I. sacch. albiss. in aq. ros. diss. unc. X. f. rotul.

In defluxione è capite & metu catharri suffocativi *Brunner* has conficit : n)

Rec. Sp. diair. dr. I. & sem. diatrag. fr. dr. I. succ. glycirrhiz. dr. sem. croci g. ij. *ol.* N. M. *dest.* g. *VIII.* sacch. alb. in aq. cichor. & card. ben. unc. iv. sol. F. Rotul.

Laudatus *Thonor* o) Generosæ Virgini has ordinabat :

Rec. Spec. diambr. diamosch. d. an. dr. I. ambr. gris. gr. vi. ol. succin. rectif. g. iij. sacch. diss. in aq. ceras. & lavend. IV. f. rotul *Cra-*

k) l. c. l) epist. med. S. XVI. p. 478. m] L. I. Prax. c. 9. p. m. 38. n) cons. 24 p. 144. o] l. c. obs. 16. p. 109.

Cratonianas p) & *Sennertianas* q) ipse videbis. *Rotulæ* intercipientes diu noctuque in ore gestandæ videantur apud *Cratonem*. r)

§. 10. *Riverius*, s) ad imitationem *Cratonis* t) & *Sennerti*, u) *trochiscos* masticatorios in tenui materia sic format: *trochisc.*

Rec. N. M. dr. I. mastich. gumm. arab. an. dr. sem. redig. in pulv. & c. aq. rosar f. trochisci.

Grüling, ita: t)

Rec. mastich. dr. iij. cubeb. dr. I. N. M. *macis*, R. pyreth. majoran. an. scr. I. pulverisent. & f. c. melle & pauca cera masticator.

Adde *Craton*. u) & *Sennertum*. vv) Trochisc. de satureja pro lixivio vide apud *Mynf*. x] Adde *Höfer*. y]

§. 11. Vin' *gargarismum?* parabit *Lotich*. z) *gargarismus*,

Rec. Aqv. Salv. pœon. lavend. an. unc. iij. pulv. castor. cubeb. pyrethr. an. dr. sem. *nucist* scr. I. oxym. scyll. diamor. an. unc. I. M. utere sœpius pro qualicunque revulsione.

§. 12. *Apophlegmatsmos* & *errhina* dat. *Sennertus*. a) *errhina*,

p) L. *VI*. cons. 12. p. 25. & cons. 24. p. 85. q) l. a. p. 712. r) *L*. VI. cons. 21. p. 68. s) l. c. t) L. I. p. 14. u) l. a. p. 710. t) C. I. obs. 100. u) L. V. cons. 2. p. 17. vv) l. c. p. 719. seq. x) l. a. S. 19. p. 182. y) H. M. *L*. I. c. 5. p. 42. z] L. II. c. I. obs. 10. p. 167. a) l. c. p. 710.

Rec. Aqv. majoran. unc. III. & sem. succi betonic. unc. I. sem. nigell. pulveris. dr. sem. N. *M.* scr. I. *M.*

Ditioribus aliquot grana ambr. seu moschi adde.

balsam. §. 13. In catarrho ad nares *Rolfinc.* hoc ordinavit *balsamum* : b)

Rec *ol.* N. *M. expr.* dr. I. succin. alb. scr. sem. junip. dr. sem. majoran. scr. sem. bals. Peruvian. scr. I. M. f. bals. in die Schläffe und auff den Nacken zustreichen.

Vel: Rec. *ol.* N. M. *expr.* dr. III. succin. lign. rhod. cinam. caryoph. an. scr. sem. M. f. bals. ad verticem. c)

Utilis etiam in catarrho ab intemperie cerebri frigida balsamus *Lentilianus.* d)

Rec. *ol. nucist.* dr. II. majoran. thym. rut. succin. lavend. rorism. an. dest. g. X. bals. Peruvian. dr. I. M. inung. vertic. nucham & tempora.

Adde *Thonerianum* e] & *Hofmannianum.* f)

ol. §. 14. Mundatis ore, palato, & naribus, gargarismo ac errhino, caput quoque purgandum & leviter confricandum pectine, hoc *oleo* humectato:

Rec. ol. amygd. d. recent. in quo fol. rosar. ebullierunt dr. I. ol. caryoph. g. III.

b) L. *III.* cons. I. p. 331. c) Id. L. II. cons. 22. p. 320. d) P. *III.* Miscell. p. 69. e) L. *II.* obs. 13. p. 108. f) in lex. Spinæ, p. 168.

iij. macis ſcrup.ſem.M. Sic capiti robur dabis. g)

Oleum cephalicum *Zwelfferi* efficatisſimum quoque, roborat cerebrum & principium nervorum, verticicapitis, temporibus, nuchæ & ſpinæ dorſi, ad os ſacrum usque, inunctum. Sedat & compeſcit defluxiones à capite ad partes inferiores. Quare in catarrhis ſuffocativis ſalutare exiſtit, & eſt tale:

Rec. Ol. ex ſtyrace c. ol. majoran. unc. j. ol. ſtill. ſuccin. dr. j. & ſem. albi coriandri, lavend., majoran., rorismar., ſalv. *N. M.* an. dr. j. M.

§. 15. In catarrho ex ventriculo frigiditate Theologo cuidam idem Impp. Archiater matutinis horis ventriculum hoc *ungvento* inunxit. h]

℞. Ol. maſtich. unc. j. nardin. unc. ſem. *N. M.* dr. j. pulv. maſtich. dr. ſem. cer. parùm. f. liniment. *linim. & unguent.*

In alvo ſimul fluida adhibe hoc. i]

Rec. Ol. maſtich. unc. j. cydon. unc. j. *N. M.* ſcr. j. maſtich. pulv. unc. ſem. cer. parùm f. ungvent.

In cardialgia vid. aliud apud eund. k) in catarrho unà cum aduſtis & ſalſis humoribus Generoſæ cuidam Dominæ hoc dedit: l]

Rec. ol. de abſinth. dr. II. maſtich. nar-

g) Crato *L. VI.* conſ. 1. p. 7. h) lib. cit. conſ. 23. p. 81. i) Id L. IV. conſ. 7. p. 35. k) l. c. conſ. 8. p. 46. l) L. VII. conſ. 76. p. 527.

din. an. dr. sem. pulv. mastich. dr. I. Ol. *N. M.* dr. sem. medull. crur. vitul. dr. I. M. pro ungvento.

empl. §. 16. *Riverius* m) hoc applicat *emplastrum*:

Rec. mastich. cort. thur. an. dr. sem. sandarac. corall. rub. ros. rubr. myrtyll. balaust. cort. granar. an. dr. I. ladan. dr. ij. cer. fol. ros. q. s. f. empl. cui aliquoties *N. M.* addidi.

Si pars aliqua seu membrum ex catarrho dolet, hoc impone.

Rec. gummi lacamahac. unc. I. in mortar. calid. liquefacto add. balf. peruviam. unc. sem. *ol macis* scr. I. caryoph. g. vj. M. f. empl. n)

Vertici imponit *Crato* hoc: o)

Rec. Mastich. sandarac. *N.* M. *tost.* an. scr. I. caryoph. subtiliss. pulv. scr. sem. ladani puriss. dr. vj. diducat. cum pistillo calido in mortario, incorp. pulver. addit. ol. mastich., fiatque massa, quae extendat. supra alut. crassitudine cultri, tegatur sindone rubra & interpasset. f. empl. vertici imponendum, sed inter edendum removeatur.

Aliud vid. apud *Rolfinc.* p) & *Sennertum.* q)

§. 17.

m) L. I. Prax. c. 9. p. 41. n) Jüngken vad. mec. p. 85. o] L. vj. conf. 12. p. 27. p) L. VII. S. I. c. 19. p. 647. q) l. c. p. 715.

§. 17 Placet *cucupha*? cape eam vel à *Timæo,* r) seu *Riverio*, s) vel *Thonero*, t) aut *Lotichio* u) vel *Sennerto*. vv) In catarrho ab intemperie frigida utilis erit hæc: x) *cucupha*

Rec. fl. lavend. summit. majoran. stæch. arab. an. M. sem. ros. rub. M. ij. fol. laur. M. I. & sem. lign. rhod. caryoph. an. unc. j. Rad. irid. flor. dr. II. *N. M.* num. j. styr. calam. gumm. benz. an. unc. sem. Zibet. g. V. ol. lign. rhod. g. iij. cort. mali citri utrius, M. f. pulv. grossus.

§. 18. Rustici frustulum *N. M.* carbonibus injiciunt, fumum linteis recipiunt, iisque caput involvunt. *Höfer* y) dat species pro fumo. Adde *River.* z] & *Horstium* a) *Rolfincianus* hic est: b] *suffitus*,

Rec. styr. calam. in gran. unc. sem. mastich. thur. sel. an. dr. j. benz. unc. I. moschi, Zibeth. an. scr. sem. ol. cinam. rhodin. citr. *N. M.* majoran. caryoph. an. g. vj. c. styr. liquid. in mortar. calid. f. pastill. ad form. cer. hispan. pro magnatibus.

Add. *Sennert.* c) Suffimentum catarrhale *de Spina* hoc est: d) Rec.

r) L. I. cas. 18. p. 45. s) l. c. p. 41. t) l. a. p. 108. seq. u) L. I. c. 5. obs. 1. p. 35. vv) l. c. p. 713. seq. x) Lentil. P. III. l. c. p. 68. y) H. M. L. I. c. 5. p. 42. z) L. I. Prax. c. 15. p. 233. a) T. II. Opp. L. 2. obs. 12. b) l. a. p. 645. c) l. c. p. 714. d) l. c. p. 899.

Rec. Mastich. olib. styr. cal. benz. an. dr. ij. lign. al, caryoph, *macis* Rad. ir. fl. an. dr. I. & sem cyper. rot. fl. ros. rub. scr. j. lavend. scr. sem. M. f. pulv.

fascul. §. 19. *Sacculos* conficiunt *Bruel*, e) *Crato*, f) & *Sennert.* g) In tenebricoso oculorum affectu, amissione odoratûs ex catarrho descendente ad nares, & gustus etiam diminutione, pro nobili quodam *Crato* alia inter etiam *Saponem* ordinabat: h)

Sapo. Rec. Sapon. in aq. ros. seu ad solem dissol. libr. j. ireos pulv. unc. I. sem. santal. citr. unc. sem. caryoph. dr. j. *macis* scr. j. M. f. glob. Hybernis diebus aliquot grana moschi addi queunt.

catapl. §. 20. Sœpius à me probatum cataplasma ex ferment. acerrim. unc. ij. & succin. dr. ij., vel ex cruda cochlea cum testa & *N. M.* contusa, ac vertici raso capillitio admotum. Prius *Rulando* debemus, etiam experientiâ D. *Pachequi*, Medici Lunellensis, nobilitatum i) laudatumque à *Frid. Hofmanno* k) Posterius acceptum ferimus *Macasio*. l)

MEM-

e] l. c. p. 173. f) L. vj. consf. 29 p. 110. g) l. c. p. 714. h) L. II, consf. 4. i) in obs. River. communic. num. 60. p. 310. k) L. I. M. M. c. 19. p. m. 294. l) L. post. Prompt. mat. med. S. XIII, c. 24. p. 659.

MEMBRUM SECUNDUM

DE AFFECTIBUS OCULORUM.

CAP. I.

DE USU N. M. IN DOLORE OCULORUM ET DEBILITATE VISUS.

§. I.

Aurei oris Doctor m) oculi præstantiam, cum solis, omnium luminum Patris, excellentia comparat. Rectè igitur *divinum membrum* vocatur, cujus usu vita à morte distinguitur, dicente *Plinio.* n) Si ergò, juxta Philosophum, o) ἐν πᾶσι τοῖς φυσικοῖς τὸ θαυμαστὸν omnia sanè & singula in oculo valde admirabilia sunt. Cui bono enim auditus, gustus, olfactus & tactus, si non concedatur visus? qui omnium sensuum externorum Primas & coryphæus est. Vix alia in parte corporis nostri tanta Optimi Creatoris eminet sapientia, quàm in oculo, seu mirabilem ejus structuram spectes, vel objecti eminentiam, lucem putâ, aut actionis modum expendas. Ideò etiam solum oculum munivit palpebris, ut solus tanquam Rex nec invitus laborare cogatur, nec cum nollet otiari, sed ad arbitrium videre, quæ vel-

m) homil. XXV. in Joann, n) L. XI, c. 37. o) *L. I. P. A.* c, 5.

vellet, abſtineret, ſi odiſſet. p) Venerare igitur Summam divini Numinis Clementiam, qui alia inter etiam *nucem* noſtram vitioſi oculi præſidium & dulce decus fecit. Primaria enim inter ὀφθαλμικὰ κυριώτατα ponitur, quæ quia cerebrum confortat, etiam ſimul facit, ut ſpiritus animales puri & copioſi generentur. q)

Aqua, §. 2. *Aqva* viſum clarificans, præſertim in ſenibus, & cœcitatem incipientem prohibens, ſi quotidie jejuno ventriculo, unica una ſumatur, vid. ap. *Dorncreil.* r) Alia non deteriores monetæ extat apud *Tilingium.* ſ) *Aqua communitatis ophtalmica* apud *Schröderum* t) acuit viſum, ſordes oculorum detergit, maculas aufert, ulcera ſanat inſtillata, ſcilicet. Add. aq. *Timæanam* u) & *Eſſent. ophtalmic. D Michaël.* vv) Præſtantisſima etiam *aqua ocularis* ex theſauro Pharmacevtico *Hofmanni* x) in omnibus oculorum affectibus, à quacunque cauſa ortis, ob vim ſpecificam, quam ſubjungo:

Rec. Rad. ireos fl. pœon. rec. calam. arom. an. unc. ij. H. beton. euphraſ. ver-

p) Cardan. L. *XIII.* deſubtilit. q) Senn. L. *I.* P. III. S. 2. c. 38. p. 855. Sebiz. Spec. Med. Pr. P. *II.* S. 5. c. 46. p. 664. r) P. *II.* diſpenſal. c. 2. p. 27. ſ) Prodr. cit. Cl. *III* tit. 6. p. m. 553. t) l. c. p. 138. u] *L.* l. caſ. 25. p. 57. vv) in Colleg. ad Jonſton. Prax. p. m. 155. x) Spin. p. 102.

verben. chelid. ſalv. fl. rorismar. cyan. lil. convall. til. prim. ver. lavend. an. M. *I.* ſpic. indic. unc. ſem. ſem. fœnic. aniſ. carv. ſiler. mont. pœon. coriand. an. dr. vj. *macis* caryoph. cort. citr. an. dr. iij. benz. caſtor. an. dr. ij. Sp. vini libr. ij. vin. malvat. ſeu hiſpan. lib. vj.

Stent in vaſe clauſo per tres dies ac noctes loc. calid. add. aq. euphraſ. betonic. ſalv. meliſſ. an. unc. iij. & ſem. til. lil. convall. pœon. ceraſ. n. an. unc. ij. & ſem, macer. & deſt. in MB. Doſ. cochl. I. vel ij. mane & veſperi.

Mirificè etiam prodeſt *aqua ocularis interna Mynſicht.* y) ad viſus imbecillitatem. Spiritusque viſivos confortandos, cerebrum humoresque ipſius rectificandos, præmiſſis univerſalibus, manè & veſperi ab unc. ſem. ad unc. j. & ſem. ſumta.

§. 3. *Verzascha* feminæ in viſu debili etiam *pulv.* hanc *tragéam* præſcripſit: z)

Rec. Spec. de *N. M.* dr. j. & ſem. aromat. caryophill. dianth. an. dr. ſem. H. euphraſ. c floríb. dr. *I.* deſt. fœnic. g. vi. *N. M.* caryoph. cinam. an. g. ij. ſacch. opt. unc. Vj. f. s. a. tragea, conſueto modo uſurpanda.

Sequens etiam Spiritus viſivos auget, extenuat, purificat, & cerebrum confortat. a)

Rec.

y) S. XIX. p. m. 297. z) obſ. med. 83. p. 200. a) Joel. L. II. Pract. S. I. p. 218.

Rec. Siler. mont. sem. fœnic. napi anis. an. dr. j. fl. euphras. rorism. an. dr. sem. cinam. elect. *N.M.* cubeb. caryoph. an. scr. ij. sacch. albiss. unc. iij. f. pulv. tenuiss. quo desumant. dr. ij. cum à prandio tum à cœna

Crato hunc habet: b)

Rec. Sem. fœnic. anis. euphras. an. dr. j. & sem. cinam. scr. ij. N.M. scr. j. mastich. dr. sem. sacch. albiss. unc. iij. & sem. f. pulv. Utere mane per se, vel cum aq. fœnicul.

Plures vide apud *Sennertum* c) & Jüngken. d) Hic pro sale in mensa aphibendus:

Rec. Salis puri unc. vij. sem. carv. dr. I. fol. euphras. majoran. an. scr. j. N. M. dr. sem. e)

Post pastum cape pulv. seq. cochl. I.

Rec. sem. coriand. præp. unc sem. anis. fœnic. an. dr. ij. cinam *N. M.* an. dr. j. eupras. sicc. dr. iij sacch. ros. dupl. pond. omnium f. pulv.

Athanasius Collert, J. U. C. hunc. pulv. in se expertum prædicabat.

℞. sem. hormin. fœnic. euphras. an. dr. ij. *N. M.* unc. sem. R. chelid. maj. unc. I. M.D. vel dr. I. vel dr. j & sem. c. aq. chelid. maj.

Semen *hormini* valde laudat *Formius*, Chirurgiæ

b) L. *VII.* cons. 64. p. 443. c) l. c. p. 855. & 875. d) in vad. mecum p. 219. e) Plater. *L.* j. obs. p. 100.

giæ Magister Monspeliensis, apud *Riverium* f) Cum enim senex quidam à fluxione in oculos illabente in tantam visûs imminutionem incidisset, ut solus in via incedere nequiret, saltem in oculos vesperi sub introitum lecti immisit semin. hormini majoris gr. V. vel vi. à quibus humores pituitosi ab oculis extracti & cornea tunicâ abstergebantur.

§. 4. Medicus quidam in usu habebat hoc *Electuarium:*

Rec. cons. fl. euphras. unc. I. ros. rubr. unc. ij. cond. R. cichor. unc. sem. N. M. dr. I. & sem. succin. alb. præp. dr. ij. oc. cancr. præp. dr. j. cinnab. nativ. antimon. an. dr. sem. sir. cich. simpl. q. s. f. elect. D. S. Latwerge davon alle 2 oder 3. Stunde einer Muscaten-Nuß groß zunehmen.

Elect. *Innocentij* III. Papæ, quod omnibus aliis in visûs imbecillitate prætulit, eoque senex quidam centum ferè annorum feliciter restitutus est, erat ex sem. fœnic., siler. mont. apii, aneth. & petroselin. cum melle parat. g) *Verzascha* tale habet: h)

Rec. cons. euphras. unc. I. betonic. majoran. anth. rorism. an. unc. sem. nuc. Ind. condit. unc. sem. fol. euphras. c. florib. scr. ij. Sp. *de N. M.* scr. I. aro-

R mat.

f) in obs. communic. num 50. p. 369. g] Velsch. Mict. ij. num. 96. h) obs. med. 83. p. 200.

mat. caryoph. dianth. an. scr. sem. ol. fœnic. g. vi. *macis* g. ij. scr. betonic. q. s. f. elect. De quo ad beneplacitum magnitudo nucistæ sumatur.

Bonum etiam *Mynsichtianum*, i] Cratoniana k) & Sennertiana. l)

pilul. §. 5. *Pilulæ* lucis maj. recipiunt *N. M.* & *macim* m) Adolescenti XVj. annorum adversus oculi sinistri lachrymas, pruritum doloremque *Lothichius* n) hasce dedit pro defluxionibus acribus sistendis & cephalalgia mitiganda:

Rec. MP. sine quib. scr. I. Pil. de cynogloss. dr. sem. ol. fœnic. dest. g. iv. c. aq. fœnic. f. pilul, ix. involv. pulv. *nucist.* S. Haupt-Pillen.

obs. §. 6. Omnibus hisce parum, seu nihil proficientibus, confuge ad pingvet. *viperinam*, quam tantopere extollit *Wedelius* o) inquiens: *medicamentum est* divinum & secretissimum *in affectibus oculorum plerisque, inprimis verò, ubi ungviculus unus vel plures,* ein Stifftlein *se prodit, idque vel simpliciter, ut dictum, adhibitum, prius leniter calefactum.* Duplex autem usus ejus. Eâ enim vel extima oculi vestis, palpebra, illinitur, id quod pro visûs con-

i) l. c. S. XIII. p. 231. k) L. II. cons. 5. p. 22. & L. vj. cons. 37. p. 255. l) l. c. p. 855. & 875. m) Pharm. Aug. Ref. Cl. vj. p. m. 215. n) L. Ij. c. 2. obs. I. p. 196. o] Dec. I. Eph. Cur. ann. 2. obs. 125. p. m. 202.

confortatione & humorum dissipatione locum habet, vel, quod melius & præsentius, cum penna scriptoria munda, inferius obtusè resecta, gutta una vel altera in ipsum oculum derivatur. Demulcet acrimoniam, lenit, abstergit consolidat, ut nihil suprà. Hâc ipsâ sœpissimè ungviculos & tubercula brevissimo tempore abegi, rubedinem discussi, & aliis affectibus opem tuli. Vulneratis oculis præsentaneo est auxilio, à variolis residuis in oculo maculis, nubeculis & unguibus unicè medetur. Hoc autem inprimis peculiare & curiosum est, quoties instillatur oculo, brevî post tempore instar butyri albi purisve effluit materia, vel quod humores acescentes & acres hoc modo salino pinguedinis fermento præcipitantur, vel quòd eadem omnem amurcam, sine mordicatione abstergit & educit. Hæc Ille. Adde sîs *Daniel. Ludovici*, Medici Ducalis Saxo. Gothani, Fautoris olim nostri honoratissimi, dissert. I. de *Pharmacia moderno seculo applicanda.* p] Probavit nuperrimè Parochus, adhibendo simul internè vinum *Plempianum*, & omni ex voto restitutus est sibi.

§. 7. Dixit mihi nuper Chirurgus Castrensis, Artis suæ excellenter gnarûs, se in inveterata sœpiusque redeunte ophtalmia Nobilis Signiferi usum setacei & *N. M* condit. faustè expertum fuisse. Similia exempla ha-

p] p. 301. edit. prim.

bet *Horstius*, q) *Amatus Lusitanus*, r] & *Hildanus*, ſ) quibus adde elegantisſimam diſſertationem *Wedelianam* de *Setaceis*. t) Etiam ſalivationem inunctione mercuriali tentatam in pertinacioribus oculorum inflammationibus efficacem deprehendit D. *Schacht*, Acad. Leydenſis P. P. & Noſocomii Medicus.

CAP. II.

DE USU N. M. IN SUFFUSIONE.

§. I.

OFficium oculi nemo melius nos docuit, ſeu docere potuit, quàm is, per & propter quem omnia fecit Deus, u) Ὁ λύχνος τοῦ σώματός ἐστιν ὁ ὀφθαλμός, lucerna corporis eſt oculus, vv) q. d. quod eſt *lucerna* in domo, id in corpore eſt *oculus*. Ut enim *lucerna* poſita in candelabrum ſplendet omnibus, qui ſunt in domo, ut quisque quod ſui muneris eſt exequi valeat: Sic oculus prælucet toti corpori. Corpus oculum habet ducem, & ipſe oculus videns totum corpus in rectam viam deducit, x) omniumque membrorum actiones regit atque moderatur, unde non ſine ratione Philo dixit, y) ἐν

q) C. III. probl. Dec. 3. q. 1. p. 36. ſeqq. r) C. IV. curat. 68. p. 280. ſ) C. I. obſ. 41. t) Jen. 1673. u) Joh. I, 3. Eph. III. 9. Hebr. II. 10. vv) Luc. *XI*. 34. Matth. VI. 22. x) Macar. hom. IV. y) L. de mundo,

ἐν τῷ σώματι τὸ ἡγεμονικώτατον ὄψις, possis è *Plinio* reddere, *oculus corporis pars pretiosissima.* Inde adeò est, quod quid vel carissimum, seu pretiosissimum nobis nominare volentes, id *oculum* vocemus. Sic Apostolus. z) Si possibile, oculos vestros effossos dedissetis mihi. Ὀφθαλμὸς ἰβίυ apud *Eurip.* a) est certus amicus. Qnid? quod in oculis animus habitat, latius id probante Dn. J. *Anton. von der Linden*, studiorum meorum quondam singulari Directore & Promotore. b) Facile igitur divinaveris, quàm malè sit Oeconomiæ animali, si quid detrimenti capiant *Speculatores* isti. c) Eja igitur exurge rerum tutela mearum, & profliga hostes nostros, sic custodies luminum vigorem.

§. 2. Egregiè inter alia huc facit *vinum* laxans *Plempij*, quod transcripsit *Timæus*, d) repetitoque addidit rad. fœnic. & polypod. an. unc. sem. turpeth. alb. dr. iij. e) Vinum hoc ophtalmicum ex voto satis mihi fecit sœpius, adjectâ *N. M.* *vinum,*

§. 3. *Riverius* f) in gutta serena commendat eandem, mane jejuno stomacho comestam, dentibusque diu attritam, ut vapor illius ad oculos deferatur. Si illius deglutitio metuatur propter viscerum calorem, ex spui- *quiv.*

z) Gal. IV. 15. a) androm. 406. b] Physiolog. Med. c. 10. p. m. 466. c) Cic. in 2. de nat. Deor. d] L. *I.* cas. 25. e) casu seq. f) T. *II.* Prax. c. 1. p. 12.

potest post comestionem. Etiam insignis pulvis *Joelianus* g) ad corroborandum visum.

Rec. sem. siler. mont. cinam. el. an. dr. ij. sem. fœnic. anis. an. unc. j. fl. rorism. euphras. an. dr. I. & sem. cubeb. *macis*, caryoph. gran. paradis. an. dr. sem. sacch. albiss. unc. iij. M. f. tragéa, qua de sumat æger pro una vice dr. ij. per buccellam panis tosti, & in aq. junip. seu vin. generos. madefact. conspersas. Plurimum quoque proderit semper post gargarismum cerebrum visivosque spiritus seq. pulv. masticatorio confortare.

Rec. fl majoran. unc. *I*, sem. fœnic. carv. cubeb. cinam. an. dr. sem. *macis* mastich. an. scr. j. concid crassiusculè, ex quibus pugill. unus ore masticetur, naribus compressis, donec nullus sapor in eo sentiatur.

Waldschmied hanc dabit *tragéam*: h)

Rec. Sp. diambr. c. ambr. diarrh. Abb. an. scr. ij. coriand. præp. dr. j. sem. anis. & fœnic. an. dr. j. & sem. N. M. dr. j cardamom. min. cubeb. an. scr. j. sacch. ros. tabulat. unc. sem. M. f. pulv S. Haupt-und Gesichtstärckend Trisenet.

Rolfinc. i) hoc habet masticatorium:

Rec. Summit. majoran. P. ij. sem. carv. foenic. an. dr. ij. cinam. cubeb. an. dr. *I. ma-*

g) L. ij. Pract. S. I. p. 208. h) in Opp. Med. p. m. 145. i) L. iij. cons. 4.

I. macis,mastich. an. scr. ij. R. pyrethri dr. sem.sacch. canthi. unc. un.conscind. grassiusculè. Sumat æger pugill. unum pro vice, narib. compressis, donec nullus sapor in eo persentiatur.

D. *Gockel* k) Seq. parat pulv. ad dr. j. in aq. fœnic. sumendum:

Rec.H. majoran rorism. sem. anis. fœnic. an. dr. l. fl euphras. dr. l. & sem. *N.*M. cubeb. cardam. an. dr. sem. *macis* caryoph. an. scr. sem. R. valerian. dr. iij. cinnab. nat. dr. *I* tart. c.chalyp præp. dr.ij.antim. diaph. ritè præp. dr. j.man. Christ. simpl. q. s. M. f.pulv. subtil.

§. 4. *Electuarium Riverianum* magnæ subinde virtutis; l) *elect.*

Rec. cons. fl. beton. & anth. an. unc. ij. myrob. condit. num. ij. theriac. vet. dr. ij. pulv. fol. euphras. dr. iij. sem.fœnic. dr. iij. N. M. cinam.& caryoph.an. scr. j. c.sirup. ex succis fœnic, rut. chelidon. c. melle conf. F. opiata

De qua capiat magnitudinem castaneæ super haust. vin., aq. fœnic. diluti, momento. *Bruelianum* hoc: m]

Rec. theriac. magn. aureæ Alexandr. an. dr. I. *N.* M. cinam. caryoph. an. dr. sem. sem. fœnic. euphras. an. dr. j. & sem. cons. anth. unc. j.& sem. sir. stæch.

k) consil. 41. p. 441. l) T. ij. Prax. p. 12. m) l. c. p. 131.

q. s. f. elect. molle, Sumat. dr. j. ter in septimana, 4. horis ante prandium.

coryll. §. 5. *Collyrium* ad varias oculorum affectiones, ut ungues &c. præstantissimum hoc erit.

Rec. Cadmiæ præp. i.e. ust. & in vino extinct. tutiæ præp. an. dr. sem. *macis*, camphor. an. scr. j. caryophill. dr. j. Zingib. alb. galang. an. dr. sem. vitriol. alb. fellis vitr. an. dr. ij. Vin. Cretens. seu malvat. libr. j. pulverisata commisc. & decoq. in duplici vase. Simile habet *Crollius*. n)

obs. §. 6. Quantus testium consensus cum toto, in specie oculis, sit, CL. Mœbius o) eruditè delineavit, nec nesciunt istud omnes venusti Artis filii. Amentiam ab excessu Veneris in erudito quodam hypochondriaco: in alio cerebrum adeò exsiccatum notavit *Salmut*, p) ut etiam intra cranium hinc inde ferri audiret. Virum novi eximiè doctum, at tenuioris texturæ, & valde phlegmaticum, qui annô ætatis LIX. juvenculam & summè lascivam ducens, tertiâ septimana à nuptiis ab immoderato coitu in repentinam & omnimodam incidit cœcitatem, quartô demum mense calcabat viam universæ carnis.

alia. §. 7. De sudore fœtidissimo & cloacam ferè æmulante in quadragenario Viro mira olim

n) in Basil. Chym. o) in fund. Med. Physiol. c. 19. p. 495. p) C. I. obs. 61.

olim mihi narravit D. D. *Scheffer*, Prof. Reg. in antiqua Upsaliensi, fautor honorandus. Allii intus assumti odorem in fonticulis comperit *Beniettus*, teste *Bartholino.* q) Sed audi, si velis, quid mihi acciderit. Judæus Hildesiensis anno 1675. prodromum febris malignæ sentiens, meam afflagitabat opem. Subitò propinavi sudoriferum ex diascord. Fracast. pulv. Pannon. rub. bez. Sennert. &c. confectum. Sudat largiter. Verum sudor adeò graveolentiam allii spirabat, ut non solum tota ejus domus, sed etiam proximè habitantes Christiani de viro & fracido allii habitu, omnibus molesto, conquererentur, rogantes Judæam; quodnam ferculum allio adeò conditum in foco ebulliret? tribus abhinc horis, absterso sudore, conclavique aliquoties bono suffitu correcto, ingressus, statim obsecrabar adstantes, ut allium amoverent. Me enim non posse virosum & teterrimum istum nidorem perferre. Subridens mulier, eja, dicebat, Domine, hôc odore sudor mariti, à potiuncula tua exantlatus, ædes replevit nostras, protractoque ex alio, in quod conjectum erat, conclavi indusio, tam graveolens allii odor nares feriebat meas, ut, nisi ocissimè me subduxissem, deliquium animi passus fuissem. Apella postea pancraticè vixit.

q) C. *III.* epist. 78. p. 335.

CAPUT III.

DE USU N. M. IN NYCTALOPIA.

§. I.

Νυκταλωπίαν Aimbonesibus popularem esse affectum, scribit *Joã. Sigismund.* Wurfbein / curiosus Indiæ perlustrator, r) cui tamen malo crudo piscis hepate, quem Hay vocant, feliciter medentur. Quidam in Insula *Banda* Mens. Junio, Julio & Augusto interdiu tantum vident, noctu, seu vesperi autem nihil, licèt lampada præferas. Effluxis mensibus istis rursus perfectè cernunt, referente *Daniele Parthey*. s) Nobilis femina rarioris texturæ, in partu difficili, qui primus erat, in nyctalopiam incidebat, ut interdiu quidem rectè cerneret, occidente autem Sole obscurius, noctu planè nihil. Svasit Medicus, ut *hepata angvillarum* super carbones assata diebus aliquot ante cibum ordinarium sumeret. Paruit, & intra mensem omnis sublatus est questus.

obs.

§. 2. Quidam, ait *Panarolus* t) Paterfamilias nyctalops factus, qui post occasum Solis quotidie cœcus redditus, in ludibrium apud demesticos venerat, cum magna honoris & demesticæ rei jactura, qui ferè ad desperationem ductus tandem convaluit, su-

alia,

men-

r) in Itin. suo Indic. p. m. 47. s) Itin. Ind. Orient. p. 134. t) Pent, III, obs. 49.

mendo aliquoties ante cibum *hepar angvillæ* assatum. Hoc remedio postea Nos simili malo laborantes feliciter ad sanitatem perduximus. Sic ille.

§. 3. Idem præstat *hepar bovinum*, in tres partes divisum, & quælibet mane jejuno stomacho data. u) Chirurgum in India in seipso solo *capræ jecinore*, in vino albo cocto, hoc pepulisse malum, à fide dignis accepi; quod remedium ex Plinio etiam adducit Senior *Sebizius*, vv) imò *Cous* x] & *Dioscorides*. y) *alia*,

§. 4. Omnium animalium epar crassi succi est, adque coquendum difficile, & tardè permeat. Interim nemo inficiabitur experimenta prosperi usûs. Concentrandi & incrassandi virtute magis profuerit, quàm aliâ. Accedit, quòd & Opiata providè & prudenter adhibita opem conferant suam, inquit Celeberrimus *Wedelius* in sua de *Nyctalopia* dissertatione. z)

MEMBRUM TERTIUM.

DE AFFECTIBUS AURIUM.

CAP. I.

DE USU N. M. IN TINNITU AURIUM ET OBAUDITIONE.

§. I.

HOmo, maximum Sapientissimi Conditoris

u) Vid. Dec. I. Eph. curios. ann. III. obs. 133.
vv) T. I. Spec. Med. Pract. P. II. S. 5. c. 51. p. 679.
x) L. de Vis. c. 4. y) L. II. c. 46. z] c. 5. p. 24.

toris artificium, θαῦμα θαυμάτων, καὶ τέλος ἁπάντων, a) nobilitatis & excellentiæ palmam cunctis rebus creatis, vel dubiam reddebat, seu præripiebat rectus adhuc & integer vitæ scelerisque purus. Verum astu & invidiâ Satanæ seductus usque adeò à concreata perfectione recessit, ut pro pulcritudinis idea, perfectionis norma, valetudinis constantis regula nil nisi speculum fœditatis, vas imperfectionis, omniumque malorum sentina in eo appareat, testante ortu & interitu nostro. Illum si spectes, annon stercus inter lotiúmque cubamus in utero materno, Tros Rutulusve suas: hunc si expendas, mors manet omnes, sive Reges, sive inopes erimus coloni. b] Ab hac regula nemo excipitur. Proximi ad sapientiam janitores, aures putâ, admirabilem Dei in fabrica organorum humani corporis providentiam, Naturæque in iisdem ordinandis industriam satis comprobant, innumerabilibus tamen ferè morborum insultibus expositæ sunt, ut auditum modò imminutum, nunc depravatum, jam abolitum planè præstent. Felices tamen ter & amplius, quòd D. O. M. contra phantasticum hunc auditum (ἦχον intellige] auriumque tonitru & βαρυ-

κόιαν

a] II. Phys. 2. t. 24. I. Pol. V. b) Horat. II. carm. od. 14.

κάρνοιαν c) efficacissimum esse jubeat κάρυον ἀρωματικόν.

§. 2. Præstantissimum D. *Michaëlis Elixir* *elexir.* *cephalicum* apud *Birlingium*, d) quô tutò hîc uti poteris. Imò *elixir* ejusdem *ophtalmicum* faustè adhibitum fuisse, adhuc recordor. e) Civis conquestus de quatriduano capitis dolore, auriumque tinnitu & difficultate auditûs, purgato prius corpore, sumsit pulv. hunc quotidie μετ᾽ εὐφορίας.

Rec. Sem. cymin. Rad. acor. *N. M.* an. *pulv.* dr. j. cubeb. succin. cardamom. an. dr. sem. fl. anth. lavend. sacch. anthosat. ad pond. omn. f. pulv. subtil. f)

Alius Northusanus à gravi auditu, præmisso digestivo, hunc obtinuit: g]

Rec. Pulv. diasen. Montagnan. scr. ij. extr. diagr. gr. IV. *ol. still. macis* & cubeb. an. g. j. F. pulv. paret. in duplo, & D. pars duabus hor. ante cœnam, quæ sit parca, duob. dieb. continuis.

Optima etiam *tragéa Timæana* ad inhibitionem vapòrum ad caput. fumantium. h)

§. 3. Humores pituitosos, præviâ viarum *pilul.* communium purgatione, præparabat *Timæus*, i) postea his *pilulis* evacuabat.

Rec.

c) Vid. Hier. Mercurial. L. II. Med. Pr. c. 4. d) l. c. c. 13. p. 72. e) l. a. f) Grüling. C. II obs. 84. g) Id. C. I. obs. 48. h) L. I, cas. 10. i) l. c. obs. 30.

Rec. Extract. agaric. scr. sem. panchym. Croll. scr. j. troch. alhand. g. iij. ol. dest. *N. M.* g. ij M. f. pilul. num. ix. Deaurent.

Adque inhibendum vaporum ascensum tragéam dabat ex sem. coriand. carv. fœnic. anis. macere, cinam. *N. M.* & sacch. ros. tabulat. Nobilis femina ita purgabatur: k)

Rec. Mass. pilul. cephal. Timæi scr. j. extr. agaric. scr. sem. troch. alhand. g. ij. ol. *still.* *N M.* g. ij. M. f. pil. num. IX. Deaurentur.

rotulæ, §. 4. Commendandæ etiam *Rotulæ Jüngkenianæ*, quæ pro roborando succo nerveo, eoque corrigendo, frequenti in usu sint. l)

Rec. cubeb. cardamom. cinam. *macis* ambr. gris. caryoph. an. scr. j. grossè concis. c. sacch. q. s. in morsellos, rotulasve compingantur, & oleo succini modicè irrorentur.

§. 5. Præmissis universalibus ad particularem capitis & cerebri evacuationem, masticatoria haud temnenda erunt, quorum usu non tantum materia, quæ ex cerebro ad aures affluxura erat, evacuatur, sed & humores meatum auditorium jam obstruentes per foramina in basi calvariæ auditus organum subeuntia. commodissimè ejiciuntur. Formulam *Timæus* hancce dabit. m)

Rec.

k) l. a. obs. 31. l) in Prax. med. p. 150. m) L. I. cas. 31.

Rec. Rad. pyrethr. dr. j. ireos dr. ſem. agaric. troch. ſcr. ij. cubeb. *N. M.* an. dr. ſem. cardamom. dr. j. Ex ſubtiliſſ. pulveriſ. c. ſq. maſtich. in mortar. calid. diſſol. F. Paſtilli, quorum quilibet pendeat ſcr. ſem. *paſtilli,*

§. 6. *Tilingius*, Amicus, dum viveret, meus, incomparabile *balſamum* polychreſtum in omni aurium tinnitu, à flatu craſſo, ſibilo & hebetiore ſenſu ex frigiditate contracto, tepide adhibendum promit. n) *Oleum* acoviſticum *Mynſichti* o] tranſcriptum à *Jüngkenio*, p] expunctâ tamen ambrâ, contra ſurditatem & gravitatem auditûs tinnitumq, ſatis perhibetur expertum, mane & ſerò auribus inſtillatum, claudendo aurem cottone moſchato. *balſam.*

§. 7. *Felix Platerus* poſt uſum pilularum commendat *formulas* ſuas diebus quinque aut ſex, poſtea ceſſa, donec denuò pilulas uſurpaveris. Illæ hæ ſunt: q) *formul.*

Rec. Maſtich. dr. iij. ſem. ſtaphiſag. R. pyrethr. an. dr. ij. angelic: dr. ſem. cubeb. *N. M.* an. dr. j. euphorb. ſcr. ſem pulveriſat. excip. cera. F. formulæ.

Sali culinario Idem addit ſem. carv. majoran. ſicc & parum N. M., quô res ſaliat. Idem pileolum imponit immixtâ N. M. r) Breviorem fecit alibi: ſ) *pileol.*

Rec.

n) Prodrom. cit. Cl. III. tit. 7. p. 568. o] l. a. S. XXXIII. p. 460. ſeq. p) lexic. pharmacevt. p. 151. q) L. I. obſ. p. m. 112. r) l. c. p. 113. ſ) p. 115.

Rec. R ireos sem. coriand. an. unc. sem. fol. majoran. fl. rosf. rub. & lavend. sem. carv. nigellæ N.M. an. dr. sem. f. pulv. insuat. in pileol. nocturn.

obs. §. 8. De Comitissa, quæ, quoties gravida erat, cœca facta, si verò peperisset, & lochia ritè fluxissent, visum recipiebat, vide *Salmuth.* t) De alia muliere tempore ingravidationis tantum melancholica *Amat. Lusitan.* u) Alia mihi nota quæ tertiâ tunc vice, quatuor seu quinque ante partum diebus, notabilem molestamque senserat *obauditionem*, à partu sponte suâ cessantem. Aliam in Cimbria vidi, quæ plerumque paucis post partum horis *erisypelati* fiebat obnoxia, aliàs ab hoc affectu immunis. De *cæcitate* post epilepsiam in parturiente vid. *Ephemerid. nostras.* vv)

§. 9. De urina *leporina* fidem nobis fecit in *βαρηκοΐα* Amplissimus *Tulpius* x) at nec de *canina* dubites velim, siquidem *Levino Fischero*, Archiatro Anhaltino, y] probatissimum remedium est, lotii scilicet lactentis canis (Viro de masculo, & feminæ contra) tres saltem guttulæ auri infusæ, sic, ut recumbat æger parum super isto latere. Juvenis XXIX. annorum à quinquennio ferè gravi conflictatus auditu, cui rusticus, re-

pur-

t) C. III. obs. 27. u] C. V. curat. 87. vv) Dec. I. ann. III. obs. 161. x) L. IV. obs. 16. (y) L. III. corp. med. Imperial. tit. 19. p. 316.

purgato prius corpore extracto esulæ, bis, seu ter quotidie instillârat guttulas aliquot urinæ adhuc calidæ ex cane nigerrimo, optato cum successu. *Hydropem* unrinâ hirci sanatam vid. apud Curiosos. z)

CAP. II.

DE USU N. M. IN SURDITATE.

§. I.

CUm aures quasi porta mentis sint, per quam talia intromittuntur, quæ doctrina & institutione traduntur ad vitam, coram Deo & hominibus rectè transigendam, miserum eum hominem dixeris, qui audiendi facultate destitutus adminiculo hoc ad salutem æternam, & ad præsentem incolumitatem uti nequit. O miserandum malum! Miseriores adhuc, qui simul cœci sunt; miserrimi omnium, qui cœci, surdi & muti. Tristissimum hujus rei exemplum nobis est Abbas iste, qui ex lue Venerea cœcus, mutus, surdusque factus, mentem aliorum haud aliter intelligere potuit, quàm si illi supra brachium nudum literas digito, vel ligno sententias suas exprimentes, ducerent, è quibus singulis sensu perceptis verbum, atque sic ex pluribus verbis sententiam colligebat, a) Laudandus tamen Jehova noster, qui etiam

S

z) Dec. I. Ephem. ann. *II*, obs. 219, a) Plat. L. I. obs. p. 111.

jam hîc *Nucem* noſtram intanto affectu haud omninò ſterilem, otioſam viribusque caſſam eſſe voluit.

§. 2. Communicavit Exc. *Bernitz* arcanum verè ſecretum CL. D. *Erbenio*, à quodam mercatore revelatum, quod transſcribi meretur.

liquor, Rec. Raphan. *I.* ſeu plures, ut vis: præſcinde capitulum vel taleolum, excavato inf. aq. majoran. quantum capiet, taleoloque præciſo iterum tege foramen ſuperius ipſius raphani, defodendo illum intra terram per dies tres vel plures, exemto raphano, aq majoran. tot dieb. detenta effund. & ſerv. pro uſu. Hujus nempe liquoris cochlear indies bis, mane ſc. & veſperi, aut ſœpius immittatur in aures. b)

oleum, §. 3. D. *Brunner* ſeq. *oleo* frequenter uſus eſt:

Rec. Ol. porror. nardin. an unc. j. caſtor. unc. ſem. Sp. vin. unc. iij. fell. taur. dr. ij. elleb. n. dr. ſem. *N. M.* ſal. nitri an. dr. j. ebulliant parum & ad uſum ſerv. De hoc oleo g. iij. auri inſtillent. auriſque goſſipio *mace* ſuffumigato obturet, & ſaccul. ex ſale, cymino & milio parat. imponat.

Cautè tamen & parcius agas velim cum ol. in-

b) Vid. faſcic. *II.* medicament. ſingul. ej. tit. *IX.* p. 75.

infusione. c) Probè etiam distinguas inter βαρυηκοΐαν, δυσηκοΐαν, ὑποκώφωσιν & ipsam κώφωσιν, inter abolitam & diminutam auditûs functionem. A privatione enim ad habitum non datur regressus.

§. 4. Westfalus in summa auditus gravitate, quam omnes pro surditate habebant, perpurgato corpore pilul. coch. aur. & luc. maj. additis semper aliquot guttulis *olei dest. N. M.* vaporem à coctis fabis auribus exceptum saluberrimum deprendebat, ut meritò à *Grüllingio* d) præsentissimum remedium dicatur. De fabis vide sis D. *Sim. Paulli*, Venerandi Senis, *Botanic. quadripart.* e) *obs.*

§. 5. Cantor quidam (invisum pueris virginibusque caput, f) puerum XIII. annorum & vegeti ingenii, colapho inflicto, omni privavit auditu. Fatebatur puer, se, alapâ acceptâ, super scamnum in terram lapsum, sensisse aërem frigidiusculum haud sine dolore, ad interiora usque fortius & subitò intrudi, mox ponderosum quid à capite decidere, sequente vertigine, audituque planè abolito, quem ægrè tandem aliqualiter restituit peritus Medicus, non sine *nuce nostra* ejusque oleo. De cœcitate & surditate ab alapa vid. *Amat. Lusitan.* g) de epilepsia. *alia.*

S 2 *Joann.*

c) Senn. l. c. p. 919. d) C. I. obs. 471. e) Cl. II. p. 29. f) Martial. L. IX. epigr. 70. g) C. VII. curat. 44.

Joann. Langÿ, quinque Electorum Palatinorum Archiatri, epist., h) de apoplexia *Fabric. Hildan.* i) de Pluribus aliis morbis D. *Franci de Franckenau* singularem disp. de colaphis, k) de ipsa morte, alapam subsequente. Th. Bartolin. l) ut alios præteream. Similem prorsus meæ historiam in Silesia etiam notavit Dn. *Lucæ*, Decanus Rotenburgi ad Fuldam, Amicus optatissimus.

alia, §. 6. Vir excellenter doctus, Amicus etiam meus à triginta annis fidelissimus, ab ipsa infantia sua, occlusa saltem digito aure sinistrâ, totus fit surdaster: id tamen beneficii à Natura obtinuit, ut quôlibet mense, Lunâ decrescente, per tres quatuorve dies è dextra aure, summo cum levamine, copiosè effluat materia tenuis & acris, planè *crocea*, & maximè fœtida, adeò, ut etiam, durante hoc fluxu, vix in publicum prodire audeat ob molestissimum fœtorem, quem aliàs vix senties. Temtis perpetuò diætæ legibus, rarissimè pharmacis utitur, ἐρϑοστάϑιος tamen, & officio suô strenuè fungens.

MEM-

h] T. I. num. 10. i) C. VI. obs. 11. k) Heydelberg. 1674. l) Vol. I. Act. Hafniens. obs. 48.

MEMBRUM QVARTUM.

DE AFFECTIBUS NARIUM.

CAP. I.

DE USU N.M. IN OLFACTU LÆSO, FOETORE, ET OBSTRUCTIONE NARIUM.

§. I.

NAsus, Grajis *μυκτὴρ*, à mucore, seu mucoso isto excremento, quod è na-ribus stillat, præsertim si cerebrum sit humi-dius; vel à *μύσσω* aut *μύττω* emungo, quia capitis emunctorium est. Vocatur etiam Ῥὶς, num à *ῥέω* fluo, quia mu-cus, pituita, aqua & sanguis per eum effluit. Uti verò oculi, qui nostri speculatores vigi-lesque sunt, in loco sublimiori, cominus & eminus vident acutius, & aures in eodem sitæ, voces sonosque in alto melius hauriunt; ita olfactus vapores ascendentes, qui aërei & ex parte terrei sunt, commodius excipit. Sagaces homines, i. e. *emunctæ naris*, quos *Festus nasutos* vocat, Ægyptii *naso* notabant; contrà *obesæ naris* homines bardi & stupidi sunt. Sunt etiam dicaces, reprehensores, derisores, qui alios deridere nôrunt, *μυκτηρίσθαι*, vocati nasuti. Hinc ait Apostolus: m) *Θεὸς ὀ μυκτηρίζεται*, Gott läst

m) Gal. VI. 7.

läst sich nicht spotten. Verum ut quisque ita etiam nares, suos patiuntur manes, auxilium tamen nostrum, ut Homerus, in *nuce*.

Vinum. §. 2. Svavem odorem naribus conciliat seq. *Vinum*:

Rec. Fl.rof.rubr.P.I.& sem.spic.nard.P.I. rad.cal.aromat.dr.j. cinam.caryoph.an. dr.sem.*macis N.M.* an.scr.j.coq. in vin. alb. odorato pro unc. iv. in colat. diss. extr.cal.arom.scr.sem. extr. lingn. aloës gr iij.M. n)

Linim. §. 3. Ego in obstructione narium adolescenti cuidam, prævio purgante, hoc *linimentum* dedi:

Rec. *Ol.N.M. expr.* dr. ij. dest. rut. g. vi. lavend.majoran.an. g.V.succin. alb. cinam.caryoph.an.g.ij. M. S. Hiemit die Nase und Nasebein zuschmieren.

Ol. §. 4. In læso olfactu juvabit hoc *oleo* nares inungere:

Rec. *Ol.N M. expr.* dr.sem.dest. coct. citr. scr.j.ol.dest.majoran.scr.sem. M. o)

Sufficit aliquando solum oleum *N. M.*, ut in famulo mercatoris, qui ex fragrantia balsamorum recentium omnem olfactum ad tempus perdiderat, non secus ac Pharmacopæus iste apud *Bartholinum*, p) qui à nimio *cam-* phora

n) Sennert. L. I. Pr. P. III. S. IV. c. 7. p. 943. o) Id. l. a. p. 943. p) C. IV. h. 96.

phoræ usu in officinis præparato & contrectato similem sensum prorsus amiserat.

§. 5. Credunt mulierculæ, longum crassumque nasum esse signum similis mutonis, ait *Porta.* q) Hinc *Cæl. Rhodigin.* r) viriliores à Lampridio *nasatos* dici scribit. Libri habent *vasatos.* Idem de *Heliogabalo*, monstro isto Imperiali, testatur, Romæ nihil aliud egisse, quàm ut emissarios haberet, qui ei bene *vasatos* conquirerent. *Quid agis? facio, quod manifestò mœchi haud fermè solent. Quid id est? refero* vasa salva. s) Vasa hîc *testes* significant, seu eam partem, quæ honestè interque res serias nominari non potest, quamque Dea *Bona* à sacello suo exulare voluit. Plerumque autem accidebat, ut mœchis ἐπαυτοφόρῳ deprênsis virilia amputarentur. t) Inde bene vasati sunt *probè mutonati*, seu *bene peculiati*, ut Ægyptii, quorum caro erat instar carnis asinorum, & fluxus instar fluxus equorum, u) fortè propter optimam ejus regionis constitutionem, ab *Hippocrate* agnitam, w) & à *Strabone* passim commendatam. x) Novi ego aliquot honestos & eruditos, etiam religiosos, Viros, optimè quidem nasatos, sed parciùs vasatos. Segniores quippe

obs.

q) de hum. Physiogn. L. II. c. 10. r) L. XXVII. L. A. c. 27. s) Plaut. Pœon. a. IV. sc. 2. vers. 40. seq. t) Lips. L. I. A. L. c. 8. u) Ezech. XVI. 26. XXIII. 20. vv) L. de aër. aq. & loc. t. 33. x] L. XVII.

pe ad Venerem, & unius ferè impotens. Nobilissima ac venustissima puella, sed valde petulca, duos simul habebat procos, alterum bonæ vitæ fortunæque hominem, sed macilentum; alterum quadratum, & insigni naso conspicuum, lurconem & fruges consumere natum. Illa, temto isto, hunc sibi elegit ob peculium, quod sperabat, magnum & conditionem strenuam. Sed egregiè decepta est. Hinc domi jurgia, foris rixæ, & summa Viri aversatio ob sterilitatem, quæ thorum perpetuò comitabatur.

CAP. II.

DE USU N. M. IN POLYPO.

§. I.

EST equidem Natura ἀδίδακτ☉ καὶ ὀ μαθῶσα, y) quam sanè erroris arguere velle, religio mihi est. Nihilominus si attentiùs opera ejus contempleris, haud una culpandi causa dabitur. Aliquando præfixo fine prorsus excidit, formando fœtum, nec homini, nec bruto animali similem, sed massam informem, monstrum molamve. Interdum turpiter decepta producit nutritque fœtum aliquem, ceu genuinum, à quo tamen, si cognosceret, omninò abhorreret. Ecce excrescentias tumoresque in vivis

y] Hippocr, L. περὶ τροφ & VI. Epid. s. 5.

vis tùm vegetantibus, tùm simul sensitivis, annon in media foliorum planitie tumidæ exsurgunt gallæ, vermiculis nonnunquam gravidæ? Quoties succus vitalis abripitur in nævos, nodos, aliasque formas deformes? Quid aliud tumor iste in narium auriumque intestinis genitus, *polypum* puto, quàm hujusmodi deceptionis argumentum? Benè tamen, quòd & huic monstro opponere valeamus *nucem* nostram. Quæ magis erit bellaria inter nostra, quàm *fricta ista nuces* apud *Plautum.* z) Non omnes enim cum *Matthia* isto spontè emungere quimus. a)

§. 2. Rusticus, omnibus frustra tentatis, tandem setaceo curabatur à *Vito Meyero*, Veterano Chirurgo. In *polypo* & ulcere cacoethe narium *setaceum* auxilio est, ait *Weselius* noster. b) Lanio, cùm *polypo* laboraret, lege artis curatus, affluxum humorum novum sentiens, & veterem hospitem antiquum quærere domicilium, tùm ab alijs universalibus & topicis, tùm præcipuè, cùm reliqua non sufficerent, à *setaceo*, nostro svasu, sensit auxilium, per quadriennium jam salvo meatu narium, & respiratione liberrimâ. *obs.*

§. 3. Nautam vidi *Harlemensem*, cui contra *polypum* naris sinistræ Chirurgus magno cum levamine dederat ungventum *Agricolæ*. *alia,*

S 5 c) Ve-

z) Pœon. a. I. sc. 2. vers. 113. a) Bartolin. C. VI. hist. 30. b) diss. de setaceis. c. 10. p. 22.

c] Verùm quia semper recruduit malum, deveniebat tandem ad ignem, seu potiùs instrumentum ignitum, quo de post alios etiam videatur industrius *Purmannus*; d) & feliciter evasit.

tiia, §. 4. Puer duodecennis serosi admodùm temperamenti tumorem nasi percipiebat sensim progredientem, cum titillatione aliquali, donec adolesceret, forasque propenderet. Multis frustrà adhibitis remediis, tandem, ex consilio *Peichlinianon*, e) fonticulum in utroque brachio fecit D. *Waller*, Amicus noster, & ab isto tempore meliùs habere cœpit puer, *polypo* sensim effugiente. f) De utilitate fonticulorum legi meretur D. *Schultz*. f] Adde eruditam Dissert. D. *Schopffij* de Fonticulis. De varijs autem polypis nasi per Pharmaciam seu Chirurgiam curatis Doctor de Muralto. De ingente narium polypo, deglutitionem tantùm non penitus impediente videatur Exc. D. *Valentini*, Acad. Giessensis decus & gloria.

ella, §. 5. Rusticus Juvenis eundem habebat recens natum, Chirurgus castrensis alia inter adhibebat *linimentum Joëlianum*, admixto *oleo destillato nucis moschatæ*. Prius autem bene semper abluebat serô lactis caprini, in quo

c. Chirurg. tr. V. p. 548. d) im Chirurgischen Lorbeer-Krantz P. I. c. 15. p. 107. e) Dec. I. Eph. ann. IX. & X. obs. 26. f) l. c. f) Dec. I. Eph. ann. III. obs. 156.

quo lentes, ſem. plantaginis & baccæ ſolatri incoctæ fuerant. Reſtitutus bonus Juvenis, ut rem ſuam rurſus agat feliciter.

CAP. III.
DE
USU N. M. IN HÆMORRHAGIA NARIUM.

§. I.

OMne ſangvinis profluvium à cauſæ potisſimùm triade fit, 1) per *ἀναστόμωσιν*, ſeu oſculationem, h. e. vaſorum apertionem, cum per extrema vaſorum capillarium oſcula, ob nimiam copiam aperta, manare ſangvinem conſpicimus. 2) Per *διαπήδησιν*, quando ob rarefactam vaſorum tunicam tenuis ac ſeroſus ſangvis tranſudat atque transcolatur; unde etiam tranſudatio, ſeu transcolatio aliis audit. 3) Per *διαίρεσιν*, ſive diviſionem, vel ut medicè magis dicam, continui ſolutionem, ſeu hoc fiat per vulnerationem, ſive per contuſionem, vel per rupturam, aut tandem per eroſionem, ob quam ultimam vel à mordaci & cauſtico, vel ab *animatâ putredine* infecto ſangvine productam plerumque inſigniores hæmorrhagiæ oriri ſolent. g) Sed aſſiſte nobis conſolator optime!

§. 2.

g) D. Lang. Patholog. animat. c. 24. ad §. 7. p. 263.

obs. §. 2. Haud procul à monte gigantum (Riesenberg) fons manat è rupe, ad quem si propiùs accesserit femina menstruata, ociùs sistere dicitur fluxum cursumque suum. h) Puero cuidam Sorano sangvis è naribus magno impetu fluebat. Perfundunt domestici alterationis gratiâ manus ejus pedesque aquâ frigidissimâ, fluxu largiùs manante. Ego ex templo fortè veniens ad partes vocor. Ingressus vidi puerum ferè agonizantem. Intrârat mecum femina, cognata pueri, tunc menstruata & hircumolens, quam mephitim cum perciperet ille, sangvis sensim cœpit condensari & fluxus imminui. Quod cum *Cortnummio* meo referrem, ne mireris, dixit, vidi similem eventum. Etenim nobilis puella in eôdem casu à nullo, nec à meipso (quorsum diffitear?) optatum impetrare poterat remedium, etiam probatissimis incassùm adhibitis. Venit tandem claudicans edentula, cujus anima fætebat, quæ cum ter quaterve, aperto rictu, in nares & os puellæ halitum suum fœtidissimum efflâsset, suborto enormi vomitu, fons iste occlusus est. Ceterùm praxin plebejam cum affusione aquæ frigidæ minimè probabis, si expendas perpetuam inter calidum & frigidum ἀντιπερίστασιν, cujus ratione sangvis spirituosus, frigidum fugiens, concitatori semper gradu ad interiora & sangvinis fon-

h) Zach. Theobald, in arcan. Nat. c, 11. p. 56.

fontem recurrit, & consequenter ex ipsis naribus copiosiùs fluit.

§. 3. *Baddo* de *Plesse* patiebatur largam narium hæmorrhagiam, nullis superandam remedijs. Venit tandem paupercula, eleemosynas petens, quæ, insufflatô prius pulvere, quem parabat ex animalculo, & scriptis aliquot in fronte literis sangvine *Baddonis*, muccinio eam circumligavit, moxque fatalis desiit affectus, teste *Isibordo*. Pulvis iste, meo equidem judicio, fuit ex *bufone* incinerato, qui in tali casu maximè commendatur. Literas in fronte scriptas divinari nequeo; ens tamen, fuisse secretum *Agricolæ*, etiam isto tempore cognitum, quod habet in *Chirurgia parva*, i) cujusque felicem eventum vidit *Purmann*. k) & est tale: Calamo stramineo, patientis sanguine tincto, fronti ejus inscribantur hæ literæ: O. *I*. P. U. L. U. & fluxus miraculi instar cessabit, quod & meâ experientiâ, si admiseris, seriò comprobare possum. Aliquoties enim, citra omnem superstitionis labem, faustè usus sum. Et quidni? Vide *Petræi diss. harmonic.* l) & adde, si lubet, *Ephemerides* nostras. m) *alia*,

§. 4. *Eduardus à Nannechsen*, Præpositus olim Schackensis, Vir obesus & valde sangui- *alia*,

i) tract. *II*. p. m. 193. seq. k) Chirurg. P. *IV*. c. 5. p. m. 211. l) T. *II*. num. 37. corall. 10. m) Dec. *II*. ann. *VIII*. obs. 19.

guineus, circa vesperum aliquando in horto obambulans, lassus tandem, capturus, quæ spirabat, frigidam auram, nudô capite in gramine consedit, piè meditando. Prætervolat fortè ciconia è pascuis reversa, ore tenens magnam ranam, quæ verò ad sonitum bombardæ, eadem momento, nescio à quò, in vicinia explosæ, rostro excussa decidit in calvitiem *Eduardi*, & ex hac in sinum ejus. Subitò naribus perterriti sanguis cum strepitu qs. profluxit, quem nemo sistere poterat, bono *Eduardo* circa sequentem auroram extincto, notante *Meinhardo à Lüchtringen.* Faustius cecidit gallina ista apud *Plinium.* n) Cum *Eschylus* Atheniensis audiret, esse in fatis, ut ex ictu superne venien-te mori eum oporteret, tecta vitavit, & sub dio manere solitus fuit; sed ex aquilæ ore demissa *testudo*, ejusque capiti capillis vacuo illisa, quô ictu extinctus est. o)

alia, §. 5. Quidam consummatus scorbuticus, & interdum hæmoptoicus, qui nonnunquam arenulas exsudârat, ex longiori odore piperis, Zingiberis. *N. M.* & hujusmodi acrium aromatum, immodicam sibi fecerat hæmorrhagiam narium; at globulo hoc naribus ab alio intruso, sumtâque intus aquá fol. querc. cum CC. usto, mox sibi restituebatur;

℞. Sanguin. dracon. *N. M.* an. scrup. sem. opii gr. iij. c. cer. nigr. f. globulus.

San-

n) L. X. c. 30. o) *Id.* L. X. c. 3.

Sanguinem scorbuticorum adeò *arenulis* abũdare, ut non tantum copiosè cum urina prodeant, sed etiam per sudores ubertim exantlentur, diversa testantur exempla apud *Thom. Bartholin.* p) *J. Dan. Horst.* q) *Möllenbrocc.* r) & alios. Vir quinquagenarius, insignis scorbutico-arthriticus, usus aliquando spiritu aperitivo *Penoti*, quô largus provocatus sudor, svavi obrepente somno. Expergefactus mirabatur rubicundissimas arenulas, passim in indusio tenaciter adhærentes, quas in scatula collectas subridens mihi monstrabat magno cum levamine.

§. 6. Ductus aliquando ad CL. *Rhodium* juvenis rusticus Christianæ in Norvvagia, qui, tribus abhinc annis, unà cum lachrymis pusillas arenulas excreverat, non sine summo pruritu, inflammatione & dolore oculorum. Curatus tamen ille postea commodè vixit. Quæ verò de *lachrymis petrefactis* rumor Gallicus olim sparserat, fraudes erant & imposturæ. s) Denique notandum effatum *Wedelianum*: t) *Vitanda insuper* (aromatica) *in omni fluxu sanguinis, in hæmoptysi*, hæmorrhagia narium, uteri, seu men-

p) C. J. h. 36. q) P. I. Manuduct. ad Medicin. c. 2. th. 6. p. 123. r) de Varis c. 13. p. 251. s) Vid. Zodiac. Med. Gallic. a. I. M. Mart. obs. 8. p. 63. M. April. obs. 13. p. 79. & M. Jun. obs. 1. p. 97. t) diss. de Aromaticorum natura, usu & abusu c. 3. p. 22.

mensibus immodicis, *unde abstinendum, qui cum hisce morbis conflictantur, ab esu & usu aromatum in cibis largiori, ne sanguis plus justo incalescens majus spatium affectet, & repagula solvat, adscito stimulo majori.*

MEMBRUM QVINTUM
DE
AFFECTIBUS LINGVÆ.
CAP. I.
DE USU N. M. IN PARALYSI LINGVÆ & LOQVELÆ AMISSIONE.

§. 1.

PUsillum membrum lingva, sed magna jactans. u) Per eam DEO benedicimus, homini verò, ad Illius imaginem creato, maledicimus. vv) Optimum igitur pessimumque in homine. *Optimum* : est quippe organum gustûs, locutionis, mentis index ac interpres, sermonisque & animi cogitationum nuncia, organum masticationis & deglutitionis. *Pessimum* : dicitur enim πῦρ, ὁ κόσμος τῆς ἀδικίας, x] ἀκατάσχετον κακὸν, μεστὴ ἰοῦ θανατηφόρου. y] In manibus ejus mors & vita. Qvid mirâre igitur, qvòd & suas sentiat castigationes, quas verò *N.M.* si non semper tollere, lenire tamen & imminuere potest.

u) Jac, III. 5. vv) vers. 9. x) vers. 6. y) v. 8.

§. 2. *Elixir vitæ Matthioli* loqvelam amissam bellè restituit, prout in Pharmacopœa Augustana reformatum & correctum est. *Elæosaccharum cephalicum* & ptarmicum *Calisij* egregiam operam præstat, si in paralysi lingvæ teneatur cuspis cultelli in ore, ut liquescat, sic reficit spiritus, caput confortat, ac à lipothymiis excitat, vel præservat; naribus etiam attractum, insignis ptarmici instar, catarrhos sistit caputque confortat. Sic autem præparatur: *elexir.* *elæosacch.*

Rec. Sacch. alb. fin. unc. iij. frangant. in frusta nuc. avellanar. magnitud., his affund. aq. rorismar. & lavendul. aliquoties, sed citò rursus decanta, ne saccharum liquescat, sed abluatur seu humectet. saltem, tunc siccat. pulverisa & add. ol lavend. g. XII. rorismar. g. XV. succin. g. X. lign. rhod. cinam. an. scr. j. *macis* g. X. ball. apoplect. gr. X. Zibeti gr. Viij. ambr. gr. vij. mosch: gr. vj. M. probè & serva.

§. 3. *Grüling* z] restiario 85. annorum in defectu loquelæ ex paralysi lingvæ, præmisso purgante, hanc mixturam dabat. *mixtura.*

Rec. Mithridat. unc. sem. rad. acor. condit. dr. iij Zingib. alb. condit. dr. ij. & sem. *pulv. N. M.* scr. ij. sal. junip. dr. sem. Subig. omnia in mortar. c. pistillo, instillando succ. salv. q. s. F. mixtura.

z) C. V. obs. 60.

De hac quotidie capiebat ad avelan. magnitudin. sub lingva prius agitando, bene eam postea sensim deglutiendo..

pilul. §. 4. Laudantur quoque *Pilulæ* sub lingva detinendæ :

Rec. succ. betonic. & liquirit. an. dr. j. & sem. castor. ass. fœtid. an. dr. sem. *N. M.* Spic. nard. an. scr. j. incorp. c. mell. q. s. f. pilul. majores.

pastilli, §. 5. *Rolfinc* a) pastillos in ore detinendos ita præscribit ;

Rec. *N. M.* dr. j. castor. scr. j. Sp. diagalang. dianth. pulv. sinap. an. dr. sem. sal. armon. scr. sem. mithridat. scr. ij. c. succo lil. convall. f. pastilli lupinorum instar.

Platerus b) masticationem sequentem mane usurpandam offert:

Rec. cubeb. *N. M.* sem. sinap. an. dr. j. caryoph. galang. piper. long. an. dr. sem. sal. commun. unc. j. & sem. excip. cera & f. formulæ.

Alibi hoc porriget masticatorium : c)

Rec. cubeb. dr. j. piper. long. dr. sem. *N. M.* dr. j. & sem. mastich. dr. j. & sem. angelic. dr sem., sem. sinap. & nasturt. an. scr. j. euphorb. g. iij. c. cera f. masticatoria, mane inprimis usurpanda.

§. 6.

a) epit. aff. partic. L. I. P. 2. c. 5. p. 102.
b) L. I. obs. p. 125. c) l. c. p. 126.

§. 6. *J. Theodor. de Bry* d) *oleum perlarum* summopere commendat, inquiens: si quis loquelam perdiderit, infundantur ægrotanti quinque vel sex guttæ per vices, & sic recuperabit lingva potestatem ad loquelam. Nec inconveniens fuerit *balsamum Lentilianum* e) vertici, nuchæ & temporibus inungere: *ol.*

Rec. *ol. N. M. expr.* dr. j. ol. rut. lavend. an. g. iv. succin. scr. j. sal armon. depurat. dr. sem. M. *balʃ.*

§. 7. Sequens etiam *cataplasma Mynsichtianum,* tepidè vertici capitis impositum, pro *secreto* habetur apud *Sebizium:* f)

Rec. ferment. vet. unc. I. & sem. succin. citr. dr. iij. *N. M.* cubeb. an. unc. j. menth. cr. caryoph. an. scr. j. castor. Xyloal. an. scr. sem. M. & c. pauxillo spirit. & acet. f. cataplasma.

§. 8. Pœnas inter militares olim missio sanguinis erat, teste *Agellio.* g) Causam ex aliis promsit *Philippus Caroli,* h) licèt alias estuat *Rosinus* noster. i] Miles Westfalus æstum febrilem imminuturus, ipso die invasionis venam in brachio secari curabat, ferè usque ad deliqvium animi. Febris quidem mitior facta brevî post cessavit, ipse autem per to- *obʃ.*

d) introd. in vital. Philos. c. 8. e) l. c. p. 75. f] T. I. Spec. M. Pr. P. II. S. IV. c. 17. p. 489. g) L. X. N. A. c. 8. h) in animadvers. in h. l. i) L. X. A. R. c. 25. p. 1613.

tam vitam balbutiit, cum antea expeditissimi sermonis fuerit. Ita loquelæ, memoriæ & rationis imbecillitatem, convulsiones triduanas, delirium melancholicum, visum imminutum & aphoniam à phlebotomia notavit D. *Petrus Rommel*, Lib. & Imperial. Reip. Ulmensis Phys. ordin., Amicus honorandus. k) Quod gladius in manu furiosi, hoc ars saluberrima in manu ignorantis.

CAP. II.

DE USU N. M. IN TREMORE LINGVÆ.

§. I.

UTendum esse exoticis, atque pretiosi non admodum medicamentis, neque tamen omnibus, sed iis, quæ multo usu & experientia comprobata sunt, omni malo judicamus cum *Leonhardo Fuchsio* in nuncupatoria sua ad M. M., non qs. peregrina & aliunde ad nos allata nobilioris efficaciæ sin quàm nostratia, sed quòd iis magno sine incommodo ægrotorum carere haud liceat. Hæc inter nostram ponimus *Nucem*, à qu etiam in hoc casu salus & gloria.

obs. §. 2. Dixit mihi Amplissimus Dn. *Mich. Crumbügel*, Cameræ Wolfenbüttelensi Consiliarius, se in Hungaria quondam æsti-

ve

k) Dec. II, Eph. Curios. ann. 5, obs. 140. seqq.

o tempore vinum glacie temperatum affa- mbibisse, altero autem die difficiliorem ensisse respirationem, cum molestissimo ngvæ tremore. Frigidus potus Salomonis empore in delitiis erat, adque recreandas ires assumtus. Sicut enim frigus nivis in iebus messis: ita legatus fidelis ei, qui misit um, animam ipsius requiescere facit. l] Intelligit sine dubio Rex sapientissimus nivem, seu glaciem ex hyeme in æstatem reservatam, quâ potus in solatium æstivi æstûs à messoribus refrigerabatur, qui mos adhuc in Hungaria observatur. Dicit enim *Löselius*, m) rusticos Hungaros messis tempore vinum glacie frigorifica temperare, vel, Solis æstu urgente, glaciem ipsam in locis subterraneis asservatam sitibundi ingurgitant. *Crumbügelio* nostro alia inter præscripserat Medicus Posoniensis aquam *N. M.* & electuarium, quod summopere prædicabat.

Rec. Conserv. anth. majoran. an. unc. j. *elect.* hyssop. Condit. fl. citr. an. unc. sem. *N. M.* condit. dr. iij. Sp. diambr. compl. dr. j. *ol. dest. macis* scr. sem. c. f. q. sir. fl. tunic. F. elect.

§. 3. De celeri tremore linguæ in virguncula post quotidianam scripsit mihi nuper D. *Lühr*, Amicus veteranus, quam tamen secundum methodum *Hagendornianam* n] nervi-

 nis.

l) Prov. XXV. 13. m) de Podagra S. II. M. 2. art. 1. n) Dec. I. Eph. ann. VI. obs. 15.

nis antepilepticis & antispasmodicis, haud temtis externis, optimè curavit. Singulariter commendat hanc *potionem* & *oleum*:

potio ℞. Aq. majoran. & serpill. c. vino dest. an. unc. j. & sem. rorismar. unc. j. vit. Matthiol. unc. sem. sirup. aurant dr. ij. *ol dest. macis* g. viij. M.

Et: Rec. ol. dest. rorismar. lavend. an. dr sem. puleg. scr. j. chamomill. rom. & *macis*. an. g. IX. M.

Quô frequentius lingvam inunxit.

obs. §. 4. Vidi in amœna Insula *Mœna* Pastoris filium jam sponsum, febri erraticâ nonnunquam decumbentem, in quo haud sine admiratione lentum, at continuum, aliquem linguæ tremorem animadverterant domestici, quoties Sponsa ejus è vicina villa eum invisebat, & in conclavi apud eum morabatur, aliàs verò nunquàm. Sic ex occulto amore *aphonia* accidit Studioso isti apud *Schultzium* nostrum. o]

alia, §. 5. Hispanus in febri ardentissima frequentiori potu frigidissimo tremorem lingvæ & spasmum facei sibi accedârat. Istum affectum, scribente D. *Stage*, Amico olim venerando, *lac hircinum* sustulit, in quo cubebæ ebullierant, quod ab aliis se audivisse narrat. Spasmum verò potissimum abegit *oleum destillatum N. M*, & succini, imposito empl. nervino.

Qui

o) l. c. obs. 136.

Qui Bavium non odit, amet tua carmina, Mævi,
Atque idem jungat vulpes, & mulgeat hircos,

infit *altera Natura* (uti *Scaliger* vocat *Maronem.* p) *Vulpes* enim *aratro jungere,* & *hircos mulgere*, nec sani hominis est, nec Naturæ conveniens, addit *Taubmannus.* q) Ideò *Erasmus Roterodamus* hanc loquendi formulam adagiis suis adjecit. Vidit autem laudatus *Stagius* in villa quadam Hispanica insignem caprum, cui propè genitalia duo erant ubera lacte distenta, ut binos hædulos commodè aleret, quod diu ante eum in Lemno Insula & alibi notârunt *Aristoteles*, r] *Matthiolus* s) *Franciscus Xaverius*, [teste *Nierenbergio*, t) *Aldrovand.* u) & C *Schotto.* vv) Si verum & nutritioni aptum lac (quod posterius *Tob. Knobloch* negat, x) in viris esse potest, confirmantibus hoc *Aristotele*, y) *Vesalio*, z) C. a. *Reyes*, a] *Bartholino*, b) *Schenkio*, c) *Jonstonio*, d) *Borello*, e] *P. Lau-*

p) L. III. Poët. c. 4. Eclog. III. vers 90. q] in comment. r) L. III. H. A. c. 20. s) in epistola ad Peucerum, t) L. IX. H. *N.* c. 60. u] in Bisulcis c. 9. vv) L. VIII. Phys. curios. c. 26. §. 8. p. 860. x) Instit. anat. disp. 9. c. 1. §. 1. y) L. III. de Anim. c. ult. z) L. V. de F. C. H. c. 18. a) in camp. elys. juc. qv. 47. num. 9. b] L. II. Anat. ref. c. 1. p. 215. c) L. II. obs. 290. d) Thaumat. nat, Class. X. c. 5. a. 2. e) C. I. obs. 49.

Laurenberg, f) & aliis, quidnî etiam (rarius licèt) in capro? Lac enim immediata chyli soboles, quod prolixius evincunt *Ant. Deusing.* g) *G. End.* h] *Borell.* i) & Mœbius, k) quicquid etiam multiscius *Lindenius* l) in contrarium proferat. Quid verò sit *ubera Regum sugere,* m) vide apud Interpretes, plura autem de *lacte hircino* in *Ephem. Curios.* n)

MEMBRUM SEXTUM.

DE *AFFECTIBUS FACIEI.*

CAP. UNICUM.

DE USU N.M. IN VARIIS VITIIS & DEFORMITATIBUS FACIEI.

§. I.

INter reliqua corporis bona haud postremum est pulcritudo, forma sine arte decens, cumprimis faciei, quæ velut speculum animi est, adeò quidem, ut pulcrior è roseo procedat corpore virtus ipsa. Est enim & forma DEI munus, nec omnibus concessum. Fa-

f) C. III. Acerr. Philolog. h. 82. g) diss. de lacte. h) apolog. pro circulat. sanguin. p. m. 186. i) C. III. obs. 82. k) Med. Physiolog. fund. c. 20. p. 567. & L. I. Instit. c. 4. p. 12. seq. l) in disp. de h. m. Franequer. 1649. m) Esa. LX. 16. n) Dec. II. ann. VIII. obs. 91. & 230.

Facie nihil gravius, nihil venustius. Ex ea abditus mentis nostræ sensus nulla non tempore elucescit, omnesqve ejus motus in illa comparent. Hîc lætitiæ, hîc tristitiæ, hîc omnium animi perturbationum indicia posuit Natura, ut toties faciem mutet homo, quoties mutat animum. Hæc est fenestra nunqvàm non aperta, per qvam oculis in animum ipsum penetramus, longè convenientior illâ, qvam in pectore sibi dari postulabat malignus ille operum divinorum censor Momus. Adeò hîc mens tota est, ut hîc habitare & domicilium suum posuisse videatur. o)

§. 2. Anno 1685. vidi in nundinis Brunsvicensibus miserum adolescentem deformi admodum facie, quæ tota erat *rugosa*, pingvedine & carne consumtis, & *verrucis variisq;* obsita; in ipsa fronte eminebat *nævus maternus.* Pharmacopœus mendici misertus, contra *nævum* svasit decoctum lupinorum & centaur. minoris. Qvô calidô sæpius eum lavare debebat. Ad *rugas* dabat pulv. alumin. & cret. agitat. c. album. ovi, in aq. byron. coct., spatulâqve ligneâ continuò mot. Hoc bis terve in die faciei applicabat. *Verrucas* jubebat inungi liqvore limacum. Scilicet limaces rubr. in vase plumbeo ponebantur, & sale conspergebantur. Ita stabant observ.

o) Rolfinc. L. I. dissert. anatomic. c. II. p. 150.

per quatriduum. Limacibus postea abjectis liqvore verrucas inunxit per XIV. dies; contra *Varos* dabat eidem ol. sulfuris, admixto *ol. dest. macis* & anethi, externè usurpandum. Qvô successu, rescire non potui.

alia, §. 3. Monachus Dominicanus, complexionis melancholicæ, diversa tubercula eminentiora, crassa lividaqve in facie gestabat, qvæ cùm saliva suâ mane illineret, disparebant, ad paucas tamen horas. Accepit postea à circumforaneo linimentum, cui *ol. destillatum N. M* immixtum erat, &, præmisso purgante, non amplius visa sunt.

alia, §. 4. Palpebrarum πελμὸς faciem ancillæ fœdaverat, ad quam, præviâ venæsectione, tollendum Medicus aqvam *Bartitschianam* p) commendavit, adjectâ *N. M.* unc. sem. Hâc aqvâ sœpius palpebras inunxit, sponteqve arefieri permisit.

MEMBRUM SEPTIMUM.

DE *AFFECTIBUS ORIS.*

CAPUT I.

DE USU N. M. IN TORTURA ORIS.

§. 1.

INterrogatus aliquando *Anaxagoras*, cur homo, cum cetera animalia projecta jaceant

ant

p) P. IX. ὀφθαλμοδουλείας c. 13.

ant in terra, vel mersa vadis, seu in aëre pendeant, rectâ figurâ præditus esset, respondisse fertur: *ut cœlum & stellas videret.* Cumque totum patrimonum suis sponte reliqvisset, & patriâ excedens ad speculandum naturam rerum se conferret, accusatus amicè, quòd nulla ei patriæ cura esset, respondit: *mihi verò patriæ cura est, & quidem summa*, digitum in cœlum intendens. Consonat *Boëtius:* q)

Unica gens hominum celsum levat altius cacumen,
Atq; levis recto stat corpore, despicitq; terras;
Heu nisi terrenus malè desipis, admonet figura,
In sublime feras animam quoq;, ne gravata pessum
Inferior sidat mens, corpore celsius levato.

Et *Naso:* r)

Os homini sublime *dedit*, cœlumque tueri
Jussit, & erectos *ad sidera tollere vultus.*

At dantur aberrationes, qvæ sublimem hunc obtutum vel impediunt, seu tollunt, aut deformant. Et hisce malis succurrit *Nux* nostra benedicta.

§. 2. Matrona nobilissima annorum XLVII. qvæ plures pepererat liberos, menstruis adhuc laborans, prægresso ictero, cœpit in sinistræ buccæ regione attractionem qvam- *obs.*

q) L. V. de consolat. Philos. metro 5. r) L. I. Met. f. 2.

qvandam involuntariam sentire, qvæ labium utrumqve, nonnunqvam & palpebram inferiorem, ad latus leviter trahebat, sæpe repetitis vicibus, & ferè continuo motu, non tamen os admodum distorqvens, ùt in perfecta oris tortura accidit, uno latere minimè deorsum tracto, sed ad latus saltem diducto. Tota alioqvin illius facies pustulosa erat & rubra; Palpitationi huic convulsivæ ita obviam ivit *Platerus*, ſ) ne resolutio aliqva, seu convulsio superveniret, præsertim cum stupor aliqvis in brachio & crure antea, obiter licèt, se manifestârit. Ante omnia evacuatio generalis per præparantia, purgantia, & venæsectionem fuit præscripta, & post eam alterantia qvædam, e. g. topica buccis intus forisqve adhibenda, & primùm qvidem masticatorium seqvens:

masticat: Rec. *N. M.* dr. ij. R. pyrethr. angelic. sem. staphisagr. sinap. an. dr. j. sem. angelic. dr. sem. cubeb. scr. j. piper. scr. sem. mastich. dr j. & sem. cer. q. s. f. formulæ rotulatum instar, vel orbiculares, quas masticet jejuna freqventer.

aqua *Aqvam* deinde seq. in ore contineat tepidulam, præsertim in sinistra sede.

Rec. Rad. pyrethri, angelic. acor. ver. ireos an. dr. ij. H. sicc. salv. majoran. thymi, chamæpith. an. dr. j. N. M. cinam. ar. unc. j. sem. fœnic. carv. an. dr. j. sem. e-

euc.

ſ) L. I. obs. p. 128.

ruc. dr. ij. pulverisent. omnia, affund. vini generos. libr. V. destillent. & S. ad usum.

§. 3. Dormiverat manè M. Julio opilio in gramine roscido; pronus in faciem cubans. Tertio qvartòve post die tota bucca sinistra tremebat, & sursum deorsumqve convellebatur, ore valde distorto cùm ingenti molestia. *obs.* L. *J. Georg. Schmied*, Physicus Regiomonti in Franconia, Hospes tunc meus, omnibus ferè medicamentis tàm internis, qvàm externis, qvæ suâ manu præparabat; admiscebat aut pulverem *nucis moschatæ*, seu guttulas aliqvot olei ejus *macisvé*, & sic brevi tempore omnes querelas longiùs pepulit.

CAP. II.

DE USU N. M. IN DISTORTIONE ORIS.

§. 1.

Vita sanitasqve consistunt in motu; qvo turbato, deleto, seu depravato, morbus fores pulsat, instatqve vitæ periculum. Motus hic tam primus ille & independens, qvàm secundus, *animalis* vulgò dictus, à priori dependens. Est verò hic voluntarius, ad nutum appetitûs procedens, & in omnes species flexilis, pro lubitu & exigentia, proprius sic animalium generi, explicitus, localis; & toto die exercitus. Variis autem vitiari solet modis, nunc mortua & flaccida membra

bra torpent, nunc doloribus inqvietantur, modò tremula viſuntur, aliisqve modis concuſſa, ceu in oris diſtortione videmus. Græcis *cynicus ſpasmus* à diſtortionis figura, qvæ rictum iratorum canum exprimit. *Celſo* eſt *oris diſtortio*, t) vulgò *tortura* oris. Sed ſi accuratiùs loqvi velis, diſtingvendum eſt inter *torturam oris* & *ſpasmum cynicum*. u)

aqua §. 2. *Sennertus* è Langio vv) aqvas promit N. M. illuſtres. x] Femina, nullo præcedente morbo, tortura hoc oris ſubitò corripiebatur, pars faciei ſiniſtra laxa & mollis ad dextram trahebatur, ſenſus affecti lateris erat obtuſus, nec oculus rectè claudi poterat. Alia inter, ad electivam totius corporis mundationem, has exhibuit *pilulas* Inclytus *Timæus*. y)

pilul. Rec. Extract. mei Solutiv. ſcr j. extr. agaric. ſcr. ſem. *ol. deſt. N.M.* g. iij. M. F. pilul. num. l X. Inaurent. fortiter.

§. 3. *D. Chriſtoph. Röſler*, Principis Lignio-Bregnenſis Archiater, ſiſtit affectum noſtrum dextræ partis labiorum & genæ ſiniſtræ. Scilicet pars ſiniſtra ita erat affecta, ut loqveretur multò clariùs, inprimis verò cum rideret, dextra oris pars qs. torta ſurſum ferebatur. Dedit inter alia, præmisſis præmittendis, Morſul. Imperat. cum *ol. N. M.* ex-

t) L. IV. c. 2. u) Vid. Sennert. L. II. Pract. P. I. c. 8. p. 14. vv) L. III. epiſt. 1. x) l. c. y) L. I. caſ. 39.

expr.unc. IV. Cum verò nondum levamen foret, dedit seq. electuarium: *elect:*

Rec. Conserv. anth.lil. conval. fl. beton. an. dr.iij. rof. dr. sem. conf. anacard, dr. j. & sem. diacor. unc. sem. myrob. cheb. condit. scr. ij. Zingib. condit. dr. j. sp. dianis. diarrh. Abb. sem. diagal. an. scr. sem. Imperat. dr. sem. extr. cal. arom. g. IV ol. anis. g. ij. *N. M. expr.* scr. sem. c. Melle rosc. col. M. z)

§. 4. Partem affectam laudatus *Timæus* a] *ungvento Hildesheimiano* ex aqvilegia freqventer inunxit: *ungvent.*

Rec. Fol. aqvileg. unc. sem. N.M. dr. j. & sem. alumin. scr. ij. mell. virgin. unc. j. & sem. M. pro ungvento.

Ad oris fissuras cum fructu adhibetur *ungventum pomatum* secundùm animadversiones *Zwelferianas* ritè correctum. b) *obs.*

§. 5. Qvantum præstet sal & frictio lingvæ cum eodem instituta, *Daniel* Parthey c) insigniter probat, dicens: In Insula *Banda* crescit etiam fructus *Chiny* dictus, ut apud nos linum, totus viridis. Si hic contusus ad instar fumi tabaci bibatur, & ex incuria fumus unà deglutiatur, hominem ridere facit, ac si deliraret, risus Sardonii instar. Quod si verò parum salis in os indatur, brevi hæc phantasia cessat. CAP.

z] Vid. Dec. I. Eph. *III* annex. obs. num. 332.
a] l.a. b) Pharm. August. Cl. XVII. p. m. 625. seq. c) append. ad *Itiner. Orient. Ind.* p. 136.

CAP. III.

DE USU N. M. IN FOETORE ORIS.

§. I.

SI quid gratum sensibus vel Spiritibus offerri potest, suaveolentia certè sunt, quorum effluvia cum Archéo immediatum exercent commercium, intimioris admissionis & præsentaneæ virtutis. Videmus hisce quosdam è mortis faucibus retractos fuisse. Cur anus ista *Maroniana* d) fessis messoribus allia serpillumque herbas contundit olentes? nisi ut defatigatos æstu & fractos laboribus odoretenus hisce reficeret. Haud ignari erant insignis hujus commodi Ægyptii, qui cum ætherem noctis algore densari ac constringi, sanguinemque incrassare animadverterent, subitò à somno surgentes resinam incendebant, suaveolentibus hisce effluviis aërem peccantem correcturi; mox in meridie myrrham adurebant, propellendo foras vitiosas particulas in sangvine latitantes. Vesperi autem cyphi adurebant, quod medicamentum erat ex variis aromatibus compositum, cerebrum spiritusque egregiè confortans, somnumque concilians, quo de vid. *Broekhuysius.* e] Fœtida contra archeus maximè aversatur & odit, seu intra proprium sinum

d) eclog. II. verf. 11. e) in rationali Philos. med. p. 133. II. vers. 11.

ſinum ejusmodi effluvia, vel aliunde adſpirent. Et hanc mephitim *Nux* ſaluberrima vel pellit, aut corrigit.

§ 2. Nobilisſimum claretum *Mynſichtianum*, f) quo de, præmisſis tamen univerſalibus, quolibet mane jejuno ſtomacho ſumantur duo cochlearia.

Rec. Casſiæ ligneæ unc. ſem. caryoph. dr. ij. *N. M. macis*, cort. citr. an. dr. j. Rad. ireos flor. galang. min. an. dr. ſem. ſantal. citrin. lign. aloes an. ſcr. j. ambr. griſ. moſch. opt. an. ſcr. ſem. *clare-tum,*

Pulveriſat. & mixt. add. vin. malvat. & odoriferi unc. XX. & ſtent in digeſtione per aliquot dies, poſtea add. ſp. roſar. unc. IV. Clarificent. per manicam Hippocrat. & f. Claretum, quod pro delicatis ſacch. cand. edulcorari poterit.

§. 3. Præmisſis univerſalibus, factâque purgatione *Pilulæ de origano cretico* oris naſique fætorem, ſive per conſenſum ex cerebro, vel à ſtomacho ortum, mirabiliter emendant, & anhelitum gratiorem jucundioremque reddunt, ventriculum ſimul confortant, & concoctionem adjuvant. g)

Rec. Origan. cret. dr. j. lign. aloës, ſantal. citrin. ireos flor. casſiæ ligneæ, galliæ moſchat. ver. an. dr. ſem. ſtyr. calamit. aſæ dulc. caryoph. galang. min. *pilul.*

V N. M

f) l. a. S. XXII. p. 358. g) Id. l. c, S. VI p. 146. ſeq. Add. Spin. lexic. p. 684.

N. M. cub. *macis* an. scr. j. M. & c. conf. alcherm. in aq. majoran. dissol. f. massa pilular. Ex qua postea c. ol. stillat. ros. & cinamom. an. q. s. form. Pilul. ad quantitat. cicer. Dos. 3. s. 5.

pulv. §. 3. Vel. Rec. cinam. cubeb. R. irid. fl. *N. M.* an. scr. ij. cort. aurant. scr. j. fol. majoran. menth. cr. an scr. j. sacch. ros. unc. sem. ol. still. menth. cr. & caryoph. an. g. IV. M. f. pulv. Divid. in 8. p. æqv. Sumat. unus post alterum, mane & vesperi cum vino, in quo macerata fuit rad. armoraciæ. h)

rotulæ, §. 4. Nec temnendæ *Rotulæ* sequentes:

Rec. R. irid. fl. dr. j. cal. arom. cinam. opt. *N. M.* an. dr. sem. cort. aurant. scr. j. fol. menth. crisp. majoran. an. scr. j. caryoph. scr. sem. ol. dest. majoran. & caryoph. an. g. iij. sacch. albiss. in s. q. aq. lavend. sol. unc. IV. f. Rotulæ.

Jubet *Digbij* i) ut fœtens ore aperto inspiciat cloacam, quamdiu potest, sæpius id repetendo, sic major fœtor minorem, oris putâ, attrahet.

obs. §. 5. *Joann Rudolph.* Glaßbeck S. Th. Studiosus, jussu matris suæ *ranas virides*, bene prius in aq. Salviæ mundatas, ore detinebat, donec exspirabant. Convenit cum praxi Bramanis Indici apud *Georg.* Andersen. k) Cum enim Gubernatoris Indici uxor hor-

h) Decker ad Barbett. prax. L. IV. c. 3. p. 156. i) in Arcan. Nat. p. 55. k) *L. II. Itin. c. 14. p. 96*

horrendum fœtorem ex ore exhalaret, ut maritus ipsam in lecto fastideret, Medicus *Bramanes* recepit *ranam vivam*, & colligavit pedes posteriores, indito copore ranæ in os fœminæ, detentis extrorsum pedibus. Nauseabat illa, sed absque vomitu. Brevî post rana ita inflabatur & intumescebat, ut *Braman* eam vix extrahere quiret. Quô factô, crepuit media, & ocius mortua est ab attracto veneno.

CAP. IV.

DE USU N. M. IN APHTIS.

§. I.

ETsi juxta commune proverbium, minima haud curet Prætor: nos tamen nihil temere despicimus, non nescientes, minimam scintillulam contemtam magnum aliquando suscitâsse incendium. *Aphtæ* vulgò pro ulcusculis habentur, *Andromachus* verô noster escharas dicit leviusculas in summitate pustularum quarundam in ore exortas, diversi coloris, variorumque aliorum accidentium fabros. Quas *Nuce* nostrâ heroicâ, tanquam Herculis clavâ, feliciter prosternimus. *obs.*

§. 2. Puer quatuor annorum *aphtis* diu noctuque ita lancinatus, ut nec potum, nec jusculum sumere, multò minus ob oris excoriationem ubera sugere valeret, febriculâ lentâ, vigiliis, doloribus non tantum ad extremam maciem, verùm, convulsionibus su-

pervenientibus, vix non ad funera redactus, mulierculárum pſeudomedentium nullis proficientibus oris ſuperni ac interni collutionibus; Vocatus Medicus λόγῳ καὶ πείρᾳ Excellentisſimus, cauſam *materialem* ſirupo *mannato* reiteratis vicibus evacuavit, *efficientem* verò, tanquam primorum humorum fontem *alterantibus* contemperavit, ſicque ex orci faucibus puellulum eripuit. l)

lini-ment. §. 3. D. *Vitus Riedlin.*, Imperialis Reip. Auguſtanæ Phyſicus ordinarius, ad ſordida oris ulcera mali moris in gravida, varia inter etiam hoc *linimentum Sennertianum* m) cum ſucceſſu adhibuit: n)

Rec. pulv. fol. aquileg. ſalv. menth. cr. an. dr. j. *N. M.* dr. ſem. alum. uſt. dr. ij. mell. virgin. unc. j. aq. veronic. unc. ſem. M. pro linimento.

oleum, §. 4, Ceterum nihil eſt, quod tam præſentaneam opem ferat quàm *oleum raparum*, multoties à nobis expertum, ſi in eo tantum diſſolvatur ſacchari, quantum poteſt, illudque ori inditum lambant, quod in filiolo vix octo dies nato expertus eſt D. *Hannemann*, Prof. Kilionenſis celeberrimus, Amicus venerandus; Huic enim aphtis laboranti dedit *oleum* hoc *Saccharatum*, & paucorum dierum ſpatio liberatus eſt. Ruſtici infans cum non poſſet ſugere, itidem aphtis obſeſſo palato,

l) Dec. I. Eph. ann. II. obſ. 34. m) L. II, Prax. p. I. c. 16. p. 32. n) C. II. obſ. 50.

lato, morbo jam per decem dies vigente, eodem modo à dicto medicamento sensit levamen. Nonnulli unam alteramque guttulam *olei macis* affundunt. o)

§. 5. Ex neglectis aphtis tanta *Bergis* Norweg. narrante D. *Treublero*, Amico nostro, oris putredo accrevit, ut ante instans mortis punctum, mandibulæ spontè exciderint, imò nonnullis caro circa illas gangrænâ infecta omninò resecta fuit. p] Hujusmodi casus de *aphtis ferinis* plures mihi noti sunt. *obs.*

MEMBRUM OCTAVUM

DE AFFECTIBUS DENTIUM,

CAP. I.

DE USU N. M. IN DOLORE DENTIUM.

§. I.

VArium ob finem prudentissima Natura perfectioribus animalibus dentes concessit & ἕρκος ὀδόντων: palmarius & communis ille est, ut horum adminiculo cibi & pabula cujuscunque sortis comminuantur, quò eò melius & facilius à ventriculo subigi, coqui, fermentari, & tandem pro commodo totius individui nutrimento in chylum &

 san-

o) Dec. I. Eph. ann. IV. obs. 82. p. 73. seq.
p) eâd. Dec. ann. II. obs. 35.

sanguinem converti queant. Sic cibos dividunt dentes *incisores*, Græcis τομεῖς καὶ πλατεῖς dicti, in prima acie collocati, ut secundo qs. ingestos cibos in partes dividant: ad latera utrinque positi sunt horum socii duo κυνόδοντες, seu *canini*, quorum munus est, ut duriora alimenta ab incisoribus nondum divisa dirimant & frangant, *oculares* vulgò dicti, cum illis evulsis oculos lædi contingat, siquidem nervorum oculos moventium portio in hos defertur: hinc etiam aliquando subortas fuisse convulsiones epilepticas, notavit *Bartholinus*, q) qui scribit. monialem quandam Patavinam dentem justo longiorem deformitatis avertendæ causâ secari curâsse, statimque convulsam & epilepticam concidisse, in parte autem dentis resecta nervi vestigium apparuisse. Agmen claudunt *molares*, queîs veluti molis cibus atteritur, lati facti, ut alimenta facilius excipiant retineantque, asperi verò, ut ea comminuant perfectius & conficiant. His interdum serò ab anno scilicet XVIII. usque ad XX. imò usque ad LXXX. succedunt *dentes sapientiæ*, græcè σωφρονιστῆρες dicti, aliquando sine, interdum cum maximo cruciatu. Faciunt etiam dentes ad formandam vocem, ad ornatum, ad apprehensionem & retentionem rei alicujus. Quoties verò tru-
cu-

q) Anat. ref. L. IV. c. 12. p. m. 504.

culentissimi nostri carnifices fiunt, tantosque dolores creant, ut vix pares simus eos tolerandi? Tu verò *N.* M. & hîc in adjutorium solatiumque nostrum!

§. 2. *Aqua* contra dolores dentium D. *Luchtenij* vid. apud *Birlingium* r) Senex nonagenarius, ob dentes perforatos & erosos, magnos patiebatur cruciatus: omnibus frustrà tentatis, impetravit à *Grülingio* s) pulv. diasen. Montagnan. scr. ij. diagrid. gr. IV. *ol. stillat macis* & cubeb. an. g. I. & decoctum ex rasura ligni sancti. Crato cuidam trageam stomachalem dedit. t) *aqv.* *pulv.*

§. 3. Pharmacopœa Augustana *confect. opiatam* spissiorem, quam *sotirellam parvam* describit, u) quæ cavernis dentium indita, dolores eorum sævissimos sopit placatque. Autor ejus *Mindererus* habetur, hujusque descriptionis est:

Rec. *Ol. N.* M. *expr.* dr. j. opii thebaic. Sp. diambr. an. dr. sem. camphor. extr. croc. an. gr. VI. ol. caryoph. dest. q. s. redig. in form. opiat. spissioris. *opiat.*

In Pharmacopœa Regia vv) ita proponit *Zwelferus:*

Rec. *Ol. nucist. express.* dr. ij. ol. fuligin. dest. scr. j. opii thebaic. præp. dr. sem. hyosciam. extr. croc. austr. an. gr. X.

V 4 cam

r) l. c. c. 5. p. 38. s) C. III. obs. 49. t) L. VI. cons. 47. p. 290. u) Cl. XIV. p. m. 471. vv) Cl. XIV. p. m. 887.

camphor. pulv. fuligin. splendidi an. scr. j. M. f. massa duriuscula.

Bernitz hanc habet: x)

alia, Rec. extr. granor. quietis scr. j. sulfur. Vitriol. anodyn. scr. sem. camphor. g. vj. in ol. caryoph. q. s. diss., *ol. N. M.* dr. sem. pulv. caryoph. q. s. M. f. massa duriuscula, cavernis dentium imponenda.

§. 4. Si cavus dens est & acres nonnullæ alimentorum particulæ inibi derelictæ dolorem excitant, nervulumque denti insertum

pilul. compungunt, immittatur hæc pilula:

Rec. *Ol. nucist. expr.* scr. j. extr. croc. g. V. camphor. fuligin. splend. pulverisat. an. scr. sem. sem. hyosciam. pulv. g. Viij. ol. ling. buxi g. vj. opii correct. g. iij. M. f. massa duriuscula, qua de pilula una intrudatur denti cavo. y)

Quantum *pilulæ Ruffi* antipestilentiales in hoc dolore valeant, *Hagendornius* z) probavit, ideò quoque massam odontalgicam *Bernitzij* a) ingrediuntur.

morsul. *Morsulos*, quos dedit *Crato*, vide & examina. b]

§. 5. *Balsamus* Sennertianus c) repetitur à *Tilingio*: d) Rec.

x) Fascic. secund. medic. singul. tit. X. p. 77. y] Jünken prax. p. 306. z) Dec. II. Eph. ann. VI. obs. 146. a) l. c. b) L. vj. cons. 47. p. 291. c] *L.* II. Prax. P. I. c. 11. p. 42. d) de laud. opiat. P. IV. c. 9. p. 344.

Rec. opii thebaic. sp. diambr. an. scr. j. camph. gr. iv. *ol. N. M. expr.* scr. ij. caryoph. g. vij. vel q. s. f. balsam. *balſ.*

Vel: Rec. ol. caryoph. dr. ij. in quo dissolv. camph. g. XXIV. add. *ol. N. M. expr.* q. s. pro consistent. Tandem admisce extr. gran. quiet. g. XV. fuligin. splendent. q. s. pro tingendo. F. balsam. quod dolores subitò aufert. e)

Vel: Rec. olei lign. bux. dest. unc, sem. caryoph. camph. an. dr. I. *cap. mort. olei nucist.* q. s. f)

Vel: Rec. *Ol. nucist.* scr. j. dest. caryoph. g. vj. camph. gr. vj. opii theb. scr. sem. alum. ust. gr. vj. ol. hyosciam. q. s. f. balsam. S. hiemit die Zähne zureiben/ und wieder auszuwerffen. g)

§. 6. *Grüling* erudito cuidam in intensissimo cruciatu tandem *pastillos* hosce masticatorios dedit: h)

Rec. *Macis N. M.* an. scr. j. cubeb. gr. XXV. R. pyrethr. irid. fl. sem. sinap. an. gr. Viij. piper. Zingib. an. gr. V. pulverisat. subtiliss. excip. c. pauxill. ceræ & f. pastilli ad quantitat. lupin S. Mund-Küchlein. *pastilli,*

§. 7. *Linimentum* gingivis affricandum *Jüngken.* i) tale habet: *liniment*

V 5 Rec.

e) Bernitz l. a. f) Spin. l. c. p. 175. g) Eysel. de form. præscribend. p. 198. h) C. iij. obs. 46. i) in Vade mecum p. 107.

Rec. pulv. fol. salv. myrrh. thur. mastich. *N. M.* alum. ust. an. scr. j. mell. ros. colat. unc. j. & sem. M. pro liniment.

ungvent. §. 8. Vidua à defluxione salsa in maxillas & fauces è capite delabente accepit hoc unguentum. k)

Rec. *Ungvent.* Arragon. & rosar. an. unc sem. & dr. iij. ol. ros. comp. unc. sem. spic. scr. sem. storac. liquid. *ol. N. M. expr.* an. dr. j. Vitriol. calcin. dr. j. & sem., sp. sulfur. per campan. fact. g. Xij. f. ungvent., quô inungatur locus dolens bis in die.

empl. §. 9. *Emplastrum* ex pice burgundica cum pulv. N. M. arteriæ temporali admotum multis profuit, l) idqve collaudat Macasius. m) *Bartholinus* noster, Medicus χειρέςατος καὶ ἐυχημονέςατος, in solo alumine, quod ignitâ scutellâ in pulverem redegit, cumqve N. M. & s. q. mellis in mortario in linimenti formam permiscuit, solatium reperit, per vices partes dolentes inungendo. n)

§. 10. Honesta Virgo, annorum XVII. dentium dolore ultra biduum excruciata, ut lachrymas & gemitus inter sederet, me tandem vocari jubet. Accedens compono *pilulas*, cavitati dentium saltem immittendas. Qvêis visis, totum contremuit corpus, subseqven-

k) Grüling. l. c. l) Borell. C. IV. obs. 68. m) Prompt. mat. med. L. post. S. XIII. c. 31. p. 683. n) C. V. hist. 54.

qvente vomitu, à nausea concitato, & eâpse horâ omnis desiit dolor, pilulis à puella in fimetum conjectis.

§. 11. Vidit *Isibordus* noster Monachum familiæ Benedictinæ, qvi semper à tonsura barbæ magnum patiebatur dolerem dentium. Adde, qvod de cæcitate à barba rasa, scribit D. *Seger.*, Reg. Polon. Medicus, & Illustris Reip. Gedanensis Physicus ac Prof. ordinarius, Amicus, dum viveret, candidissimus. o) Memini qvidem, fabulas inter reposuisse hanc revelationem Optimum *Bartholinum*, licèt *Boxbarterus*, Medicus Ulmensis, de veritate ejus minimè dubitârit, & fidem qvoqve fecêre alii cordati Viri. Adde Curiosos nostros. p) *alia*,

CAP. II.

DE
USU N. M. IN DENTIUM CORROSIONE & MOBILITATE.

§. 1.

Mobiles dentes *Pergamenus* noster q) σειομένους vocat. Si nimis corrosi seu valdè mobiles sunt, masticationem ciborum notabiliter impediunt; & locutioni officiunt. DEO tamen laus & gloria, quòd opponere valeamus *nucem* nostram cœlitus nobis datam:

§. 2.

o) C. iij. epist. Bartholin. num. 67. p. 275.
p) Dec. II. Ephemerid. ann. VII. obs. 152.
q) L. V. comp. medic. c. 9.

decoct. §. 2. *Grüling*, in vacillatione dentium Comitissæ seq præscripsit: r)

Rec. cort. granat. unc. j. & sem. balaust. dr j. ros. rubr. dr. sem. alum. dr. j. & sem. H. Salv. M. j. rorismar. dr. j. & sem. coriand. dr. ij. Incis. & cont. D.

De his cochlear. unum bulliat in s. q. vin. & acet., teneatur in ore. Postea sic mutabat:

℞. Ros. rubr. scr. iv. R. bistort. dr. iij. R. cyper. dr. j. & sem. ireos fl. dr. sem. r. pyrethr. scr. iv. gran. myrtin., calic. glandium an. dr. j. & sem. balaust. scr. j. sumach. scr. ij. summit. rosmar. fl. salv. an. scr. j. fl. beton. scr. ij. *macis* dr. sem. myrrh. dr. j. alum. scr. iv. sem. coriand. præp. scr. ij. & sem., sacch. alb. unc. iij. Incis. pulverisent. grosso modo.

aqv. Destillat etiam *Sennertus* s) aqvam feliciter usurpandam.

pulv: §. 3. D. *Schneideri pulvis* contra vacillationem dentium hic est:

Rec. Rad. bistort. *N. M.* an. dr. j. cort. cass. lign. rec. scr. iv. fol. ros. rubr. balaust. extr. sarcocoll. thur., arist., mastich., sumach. alum. ust. myrrh. rubr. an. dr. j. & sem. lap. hæmatit. præp. scr. j. M.

Vel Rec. fl. ros. malv. arbor. an. unc. sem. CC. ust. dr. ij. alumin. ust. N. M. an. dr. j. M. f. pulv.

§. 4.

r) C. III. obs. 81. s) L. II. Prax. P. I. c. 10. p. 32.

§. 4. *Ungventum Purmannianum* tale: t) *ungvent.*
Rec. Pulv. irid. florent. bistort. an. dr. j. mastich. dr. sem. terr. Jappon. dr. ij. N. M. scr. j. mell. ros. q. s. M. f. ungvent. S. Zahn-Sälblein.

§. 5. Styli dentifricij, quibus ἀποδόντωσις *styli dentifricij.* curatur, apud *Rolfinccium*, u] hi sunt:
Rec. Spec. galliæ moschat. scr. j. caryoph. *macis* corall. rub. præp. an. dr. j. Rad ireos florent. dr. iij. sangv. dracon. dr. j. mosch. ambr. an. g. ij. cum mucilag. tragac. in aq. ros. sol. F. styli.

§. 6. Sectum olim in Regia Academia *obs.* *Monspeliensi* juvenis, lue venereâ extincti, putidum cadaver, cujus, præter corrupta viscera omnia, ossa brachii, tibiarum, dentium, nasi, ipsumqve cranium, maximè cariosa erant, ut in pulverem ferè spontè collaberentur. Ex motibus intestinis vivi qvid subesse facile animadverti poterat, non secus ac in carie casei cernimus: Hic pulvis, curiositatis gratiâ, à Chirurgo in scatula collectus, domiqve asservatus, eô olim absente, à conjuge ejus vicinæ puellulæ datur pro exsiccanda ingvinis excoriatione, rente, esse cariem, seu farinam teredinis. At puella eâdem lue infecta miserè periit.

§. 7. Inunxerat barbitonsor puellum no- *alia.* vennem scabiosum Præfecti alicujus Episcopa-

t) de Salivatione p. 101. u) Med. comm. Spec. L. VII. S. 2. c. 7. p. 677.

palis improvidè nimis ungvento quodam *mercuriali*, unde mobilitas, mox excisio dentium, cum magno capitis dolore. Ita abs eâdem inconsulta inunctione & dentium molestissimam vacillationem, cum sputatione, & diarrhœam insignem, cum magno virium lapsu, refert *J. Ludov. Neuenhan.* vv)

CAP. III.

DE *USU N. M. IN NIGREDINE & STUPORE DENTIUM.*

§. 1.

PAtres comederunt *uvam acerbam*, & *dentes* filiorum *obstupuère*, est questus Sanctissimorum Vatum *Jeremiæ* x) & *Ezechielis* y) quo de dissertationem inauguralem Jenæ habuit D. *Philipp. Müller*, S. Th. P. P. ibidem. Αἱμωδία revera nihil aliud est, qvàm torpor quidam, seu ἀδυναμία, vel hebetudo, aut ligatura dentium, ut munere suo rectè fungi neqveant. Dolor propriè non est, sed molestia qvædam in masticatione ciborum percepta. Alat, hanc quoque, uti nigredinem, averruncare didicit N. M.

pulv. §. 2. *Pulvis* Augustanorum z) ad dentifricia *moschatus* dentes mucosos à sordibus purgat, eosqve dealbat & mundificat, gingivas qvoqve

vv) diss. de scabie c. 12. x) XXXI. 29. y) XVIII. 2. z) Cl. IX. p. m. 283.

qve stringit, & dentium radices obfirmat. Transcripsit istum L. *Jüngken.* a) Vacillabant scorbutico dentes, qvasi sedibus suis moti, gingivarum carne nimium luxuriante, ut dentes ferè obruerentur, tegerenturqve, vitio stomachi qvoqve nigricantes. Omnibus hisce deformitatibus tollendis commodè, & ex voto ægri non unius, seqventem pulverem dentifricium, mundandis dentibus firmandisqve, & putridis scorbuti vitiis corrigendis peropportunum, destinabat *Thomas Bartholinus.* b) Pastor in vicinia, me svasore, eundem pulverem in qvotidiano usu habet, pro corticib. Rad cappar. autem substituit N. M. ol. caryophyll. cum oleo carvi commutavit:

℞. Fol. aquileg. sicc. N.M. sem. cochlear. an. unc. sem. R. ireos florent. alumin. usti an. dr. iij. mandib. lucii piscis, corall. alb. CC. ust. an. dr. ij. pulveris. subtilisf. & irrotent. cum ol. carvi q. s. F. pulv.

§. 3. Honestus civis *Crucisburgensis* filium suum novennem, qvem unicum habebat, manuduxit in vineam, ut pro lubitu & ad satietatem uvas decerperet. Transactis aliqvot diebus, puer de gravitate, etiam rosione stomachi, qveri cœpit, succedente cibi fastidio & vomitu crebriori maximè acido, qvem tantus αἱμαδιασμὸς, cum perpetuo algore & stridore dentium, excepit, ut nullum omninò obs.

a] in lexic. pharmaceut. p. m. 183. b) C. VI. h. 54.

mninò cibum commasticare qvieverit, sed lachrymas inter & suspiria ultra duas hebdomadas famelicus in angulo sederit. Tandem pater ei dedit pulv. rhabarb. gr. XXIV. A qvo solo qvinqve *cochleas minores*, (kleine bunte Schneckgen) qvarum duæ testis suis versicoloribus adhuc inclusæ, sed per pusillæ, unà cum multa sentina phlegmatica acida fracidaqve ἄνω rejecit, αἱμωδία pedetentim cum algore & stidore declinante. Quis dubitat, puerum hunc simul ex jure hæreditario mali hypochondriaci fuisse stipendiarium. Talibus autem stupor iste familiaris, teste *Binningero*. c)

MEMBRUM NONUM.

DE *AFFECTIBUS GINGIVARUM.*

CAPUT UNICUM.

DE USU N.M. IN GINGIVARUM PUTREDINE & EXCRESCENTIA.

§. 1.

NAturam scrutandam esse, & in hujus arcanis rimandum æternum Numen, nemo negaverit, qui se hominem adinstar divinæ mentis conditum recordatur. Emissi enim incolæ terrarum in mundum hunc sumus, tanqvam in *Academiam*, ut *discendo consenescamus*, & *senescendo discamus*. Nec enim

c] C. IV. obs. 7.

enim honorificum qvicqvam magis cogitari potest, quàm in amœnis Naturæ theatris oculorum, qvin mentium, panagyri venerari divinum Numen. Voluit DEUS & in cœlis celebrari, & in terra agnosci, ubique admirandus Supremus Naturæ Conditor. Spectemus hæc cimelia, miremur nitorem, rimemur arcana, prædicemus, & eruamus virtutes. Tot DEO cantabimus laudes, tot hymnos resonabimus, quot *plantulas*, imò *vermiculos* piè & curiosè lustrabimus. d] Contemplabimur itaqve *putredinem & excrescentiam* gingivarum, ut remedia à N.M. petita iisdem applicemus.

§. 2. Contra *nigredinem lingvæ* pulverem hunc intrinsecum præscribit *Rolfinc*: e) *pulv.*

Rec. Cryſtall. minèral dr. ij. ſp. διὰ τριῶν σαντάλων dr. ij. *ol. nucist.* ſcr. ſem. f. pulv. Dat. à ſcr. ſem. in cereviſ. vel decoct. hord.

§. 3. *Balsamus* medicamentoſus *Mynsichti* hic eſt: f) *balſ.*

Rec. Tinct. roſar. c. aq. lap. medicament. extr., mell. virgin. an. unc. iv. alum. uſt. unc. j. aq. Vitriol. dulc. gumm. lacc. an. dr. iij. coq. ad conſiſt. balſ, poſtea add. corall. rub. præp. ſangv. dracon. an. dr. ij. ſarcocoll., myrrh. rub. maſtich. an. dr. j.

 ol.

d) D. Wedel in progreſſ. Acad. Nat. Curioſor. e) Med. comm. L. VII. S. 2. c. 8. p. 670. f) l. c. S. XXXIV. p. 478.

ol.lign. rhod. N. M. salv. an. scr. j. M. f.l.a. just. consist. balsam.

Valet ad gingivarum putridam, tumidam, superincarnatam & denigratam carnem. Illam enim à putredine præservat, & curat: insuper dentes confirmat, illosqve novâ carne obducit, & cetera oris vitia, utpote cancrum, noli me tangere, scorbutum, apostemata, ulcera &c. perfectè curat & subitò, ac qvamcunqve affectionem gingivarum tollit. Manè autem & serò, vel aliqvoties in die, caro maligna fricetur, atqve os eluatur aq. salviæ, vel alio appropriato liqvore.

§. 4. Sennerto multo usu probatum erat hoc linimentum: g)

Linim. Rec. Pulv. aqvileg. salv. menth. crisp. N. M. an. unc. sem. alumin. ust. unc. j. mell. purisl. unc. IV., vel q. s.

Mel leni igne despumetur, despumato & calenti pulveres inspergantur, F. Liniment., qvô gingivæ inungantur. Vel:

Rec. Mell. opt. unc. ij. fl. acet. vin. æris dr. j. alumin. scr. j. bulliant, donec rubefiant. add. pulv. sabin. *N. M.* an. dr. sem. CC. præp. unc. sem. f. liniment. h) Vel:

Rec. *N. M.* num. j. alumin. crud. dr. sem. alb. græc. succ. rut. millefol. chærefol. an. dr. ij. mell. unc. I. i)

In consumtione carnis gingivarum boni etiam usus sequentia Rec.

g] L. II. Pr. P. I. c. 16. p. 52. h) l. c. i) Id. l. a. Add. L. III, P. V, S. 2, c. 7, p. 633.

Rec. Sirup. myrtin. mell. roſ. col. an. unc. ſem. diamor. dianuc. an. dr. ij. pulv. mandib. lucii piſc. rad. biſtort. *N. M.* an. ſcr. j. M.

Vel; Rec. Mell. roſ. col. unc. j. pulv. maſtich. myrrh. thur. *N. M.* an. ſcr. j. M. Vel:

Rec. Mell. roſ. col. unc. j. & ſem. pulv. ſem. aquileg. *N. M.* alumin. uſti, myrrh. maſtich. thur. an. ſcr. j. M. k) Vel:

Rec. Mell. deſpumat. unc. j. alum. uſt. *N. M.* an. dr. j. terr. Japon. dr. ſem. M. frica gingivas.

§. 5. Quia *gingivarum putredo* perpetuum *obſ.* ſymptoma ſcorbuticum eſt, & utraque affectio ab iisdem oritur cauſis, iisdem quoque remediis curatur. Memini D. *Rhodium* multos egenos, juxta methodum *Joëlianam* in Prax. *cap. de ſcorbut.* feliciter curâſſe. Miratus ſum ſœpius effectum *decocti ſimplicis & pulveris antiſcorbutici probatisſimi*, cujus rei multa afferrem exempla, niſi naufragium in Norvvagia olim paſſum ſchedas mihi abſtuliſſet. Calcavi ego veſtigia Celeberrimi hujus *Podalyrij*, inprimis quia in locis ſeptentrionalibus praxin Medicam ultra XL. annos ſummâ fide & induſtriâ exercuit, & domi naſcentia ut plurimum in frequentisſima praxi felicisſimo ſucceſſu uſurpavit, uti Decanus

k) Poliſ. myrrholog. S. IV, §. 5. art. 3. p. m. 184.

nus &Colleg.Med.in Acad.*Rostochiana* ultrò de Eo testantur.

MEMBRUM DECIMUM.

DE *AFFECTIBUS GURGULIONIS.*

CAP. UNICUM,

DE USU N. M. IN ELONGATIONE GURGULIONIS.

§. I.

CUm sermo testis infallibilis rationis sit, facilè intelliges, cur divina sapientia non majus discrimen inter hominis & plerorumq; brutorũ organa vocis constituerit, quàm quod moles & levis circa figuram externam discrepantia suppeditat, ut nimirum tantò clarius pateret, sermonem animæ rationalis magis, quàm corporis opus esse, cum iisdem ferè numero & consistentia instrumentis porcus grunnitum suum edat, queîs homo intimos mentis conceptus exprimit. Unicus superest *gurgulio*, exigua quidem portio, soli homini tamen concessa, cujus læsiones nunquam vocem indemnem sinunt, à plerisque Physiologis verum *sonoræ & articulatæ vocis*, omnisque *suaviloquentiæ* instrumentum judicata, ab aliis contrà, ceu caruncula parvi mo-

momenti, vilioribus saltem usibus dicata. Spectabimus saltem *elongationem* ejus.

§. 2. In prolongatione hujus & tumore colli *Höfer* l) hanc dedit potionem; *potio*,

Rec. Fol. senæ elect. unc. sem. rhab. dr. ij. tart. præp. scr. IV. *macis* scr. j. passul. min. M. sem. coq. in aq. s. q. s. parum, & stent inf. per noct. Mane iterum e-bull. & in col. expr. diss. mann. unc. j. & sem. extr. rhab. scr. j. M. f. potio.

§. 3. Eques Romanus, temperamenti sanguineo-melancholici, pluribus annis defluxionibus statis temporibus super fauces ruentibus in Italia laborare solitus, Principum dum negotia in Aula Cæsarea pertractaturus, Viennæ moraretur, acri ac ferinâ circa solstitium hyemale super fauces & circumsitas partes destillatione corripitur, qvæ tantæ erat acrimoniæ, ut *uvulam* cum tonsilla dextra corroserit, ac ex integro sustulerit. Quô factô, Eques non loqvelæ, nec respirationis difficultatem, verum cum uvula sit asperarum ac levium arteriarum tanquam operculum, præter levem *vocis raucedinem*, nullam molestiam sensit. m) *obs.*

§. 4. Puellus bimulvs maximâ cum difficultate & ploratu deglutiebat. Chirurgus interiora oris accuratius investigaturus, *uvulam* pelliculâ quadam obvolutam notavit, *alia*,

 quam-

l) Med. famil. p. 445. m) Dec. j. Eph. Curios. ann. IV. obs. 66.

quamque penicillo detraxit. Erat verò ista *intestini suilli* portiuncula, quam ante aliquot dies puerulus, cum ei frustum tomaculi obtulisset mulier, sugendo separârat, & quæ non deglutita *uvulam* involverat. n)

alia, §. 5. De *uvula* gemina vide observ. *Schröeckij,* o) & de cura relaxatæ *uvulæ*, contra inceptum ac temerarium Medici cujusdam judicium, legi meretur *Hannemannus* noster. p)

alia, §. 6. Nobili de *Swalbach* exulceratione pulmonum lethali, ob *uvulæ* absumtionem, laboranti, ad sangvinem scorbuticum in toto corpore corrigendum, post lenem evacuationem, pleniorem hoc *vino* præscripsit *Horst.* q)

Rec. cich. unc. j. & sem. asparag. fœnic. an unc. j. H. scolop. marrub. alb. ceterach cent. m. an. M. j. fol. senæ unc. j. & sem. agar. troch. unc. sem. rhabarb. dr. j. cort rad. frangul. dr. j. & sem. tamarisc. dr. ij fl. genist. sambuc. an. M. j. sem. fœnic dr. j. & sem. cartham. unc. sem tart. purior. seu crem. ej. dr. ij. *maci* dr. I. cinam. galang an. dr. sem. passul. min. unc. ij. D. incis. & contus.

alia, §. 7. De *uvulæ* curatione per brachii fricationem lege *Hannemannum* nostrum, r) qui

n) ead. Dec. ann. X. obs. 96. o) ead. Dec. ann. VI. obs. 228. p) Dec. II. ann. II. obs. 56. q) L. III. obs. 15. p. 177. r) Dec. II. ann. II. obs. 56.

qui sequente anno ita: Hôc ipso vere conjux mea uvulæ prolongatione periculosâ, ut respiratio quam maximè difficilis esset, laborans, hoc modo istud vocis plectrum suo feliciter restituit loco, brachium utrumque sæpius fricando. Inter fricandum tuberculum aliquod animadvertitur, quod licèt semper aliàs etiam adsit, | prolongatâ tamen uvulâ magis sentitur tumidum, & magis descendit versus manum. Cura illa nunquàm fallit. s) Legi quoque merentur selectiores & rariores observationes Celeberrimi *Wedelij* nostri. t)

MEMBRVM VNDECIMVM.

DE *AFFECTIBUS TONSILLARUM.*

CAP. UNICUM DE USU N. M. IN TUMORE EARUM.

§. I.

Tonsillæ cum juxta oris Isthmum sitæ sint, παρίσθμια à Grajis vocantur. Est autem *Isthmus* propriè angustus quidam terræ tractus duo inter maria situs. t] Metaphoricè ergò locus ille præjacens, qui oesophago & laryngi communis est, & angustus ob-

X 4 lon-

s) & ann. III. obs. 50. t) Dec. II. Eph. ann. V. obs. 5. & 6. t) Galen. comm. 3. aph. 26.

longusque, uti *Galenus* eum describit, u] ἰσθμὸς nuncupatur. Sunt autem tonsillæ glandulæ spongiosæ & foraminulentæ, circa lingvæ radicem ante œsophagi initium positæ; utrinque una: tenui nervosâque membranula tectæ; venulis à jugularibus donatæ, & ideò homini concessæ, ut humiditatem à cerebro potissimum excipiant, in salivam mutent, eâque os, illiusque partes, lingvam fauces, laryngem, & œsophagi, seu gulæ principium humectent, quò mastiicatio ciborum, gustatio saporum, vox, locutio, & respiratio facilius meliusque fieri queant. Patiuntur autem geminos tumores: alterum calidum, alterum frigidum. Delibabimus utrumque.

obs. §. 2. Stabulario cuidam tumor in amygdalis excreverat: quô apertô, cum pure per vomitum fortè supervenientem *vermis* minimi digiti crassitie exspuitur, ulnam cum quadrante longus. Post paulò aliisubsecuti quàmplurimimi, sed minores: queîs excretis, ulcereque consolidatô, convaluit. vv]

alia, §. 3. Rusticus juvenis XXIV. annor. tonsillarum tumorem, columellæ laxitatem & inflammationem patiebatur, cum magna respirationis difficultate, & deglutiendi impotentia &c. solô autem hoc gargarismô ociùs restituebatur à vicinô Medico;

Rec.

u) de diff. muscul. c. 15. vv) Dec. I. obs. m. 1.

℞. Fol. plantag. Salv. nobil. an. M. j. gran. junip. unc. sem myrtill. unc. j. coq. in vin. rub. & aq. font. an. p. æq ad medium. Col. add. Diam. Nic. unc. ij. & *ol. dest. N. M.* scr. j. M. F. gargarism:

Qvô sœpiùs utebatur tepidè Similis exstat apud *Rulandum.* x)

§. 4. Ludimoderator Herleshusanus, eadem ferè sustinebat mala, cui balneator fauces tumentes singulis horis pennâ imbuerat hâc aqvâ: *alia,*

Rec. Aq. fluviat. unc. iij. ol. Vitriol. Rom. q. s. ad sufficientem gratamqve aciditatem, *ol. stillat.* N. M. dr. sem. M.

Post aqvæ immissionem ore excipiebat fumum è succin. alb. mastich. & thur. carbonibus inject. Et hæc curatio indolem spirat *Rulandianam* y)

§. 5. Alius eôdem affectu afflictus, cum perpetuis vigiliis, summa horripilatione & inqvietudine alia inter obtinuit cataplasma ex rad. alth. fl. verbosc., viol., chamom. rom. papav. rh. & sem. hyosciam. c. lacte caprino confect., inunctô prius loco externè, *alia,*

Rec. Sp. lumbric. terrestr. dr. ij. ess. cast. dr. sem. croc. & *ol. dest.* N. M. an. scr. j. M.

Et mox gaudii plenus Redemptori suo summas egit gratias, scribente *D. Rosenwald.* Amico vetere. z)

x] *L.* 1. curat. empiric. p. m. 90. y) Vid. l. a. z] d. 27. febr. 1702.

SECTIONIS SECUNDÆ PARS II.

DE

DE USU N. M. IN AFFECTIBUS MEDII VENTRIS.

CUJUS MEMBRUM PRIMUM DE AFFECTIBUS FAUCIUM.

CAP. UNICUM.

DE USU N. M. IN ANGINA.

§. 1.

ACcurata hominis cognitio, ait Basilius, sufficienter te manuducit ad DEI contemplationem. Verè: è cœlo descendit γνῶθι σεαυτόν. Hoc enim, dicente Simplicio, τοῦ θεοῦ παράγγελμα, καὶ ἀρχὴ καὶ τέλος πάσης ἐστὶ φιλοσοφίας καὶ εὐζωίας. Scrutare ergò, qvanta mirabilia DEUS ut in omnibus, sic in affectibus medii Ventris, & primò faucium, operâ *nucis* nostræ, patrârit, tunc promtiùs & accuratius recitabis τὸ γνῶθι σεαυτόν.

empl. §. 2. Cum *emplastrum de meliloto* freqventiùs usurpetur, elegantiorem descriptionem, qvàm vulgaria nobis dispensatoria exhibent, ex D. *Jacobi Fabricii* annotationibus *Croll-*

liania

liani nobiscum communicavit *D. Paulli.* a) Sic autem conficitur;

Rec. Melilot. unc. X. chamomill. unc. viij. rad. alth. fœn. gr. an. unc. vi. tart. crud. albiss. unc. iij. caricar. unc. XX. aq. commun. libr. XXIV. infund. per hor. XXIV. in vase terreo benè clauso, dein colat. reduc. ad consist. extracti hujus ℞. unc. XII. ceræ, sevi hircin. an. unc. iv. gumm. ammoniac. depurat. unc iij. terebinth. laric. dr. ij. ol. laurin. dr. vi. *ol. N. M. expr.* dr. iij ol. sem. carv. stillat. spir. an. unc. ij. fl. melilot. subtiliss. pulverisat., zedoar., card. ben. irid. fl. an. unc. j. f. s. a. emplastr.

§. 3. D. *Sartorius*, Archiater Bambergensis, omnibus nihil proficientibus, lanam ovillam nigram in oleo chamomillæ frixam, duplicatisqve linteis involutam, desuper verò empl. de meliloto parti affectæ applicuit, sicqve *anginam lethalem* feliciter sustulit. Oleum chamomill. vi suâ anodynâ, emolliente & resolutivâ opem tulit, lana verò nigra, præterqvàm olei hujus commodiore pro applicatione qvòd inservierit, aliqvam etiam leniendi & discutiendi operam, calorem nempe fovendo, contulit. b) *obs.*

§. 4. Canonico cuidam Hillesheimensi in periculosa *angina*, cum magno suffocationis discrimine, alia inter ad intercipiendam defluxio- *alia*,

a] in Botan. quadrip. Cl. III. p. 392. b) Dec. II. Eph. ann. I. obs. 123.

fluxionem, calidamqve intemperiem corrigendam, Medicus temporibus agglutinabat istud *Thonerianum L.II.obs p.110.*

℞. Album. ovor. conqvass.& farin.tritic.q.s. ad consistent.pultis, adspersis aliqvot guttulis *ol.dest.N.M.*

Non temtis tamen aliis, secundùm dictamen rationis & experientiæ.

D. Olfers, Amico meo, dum viveret, honorando, pro externis colli partib9 inungentis hoc ungventum sœpiùs familiare erat:

Rec. Ungvent.dialth.unc.j pingved. hum. rec.anserin. rec. ol. amygd. d. an. unc. sem.ol.ovor.dr.j.*dest.N.M.* dr.sem. f. c. cer. q s.ungvent.

Et sanè mira effecisse Eum in incola *Lüchtringensi* & rustico *Fürstenauiensi* adhuc recordor.

MEMBRUM SECUNDUM.

DE

AFFECTIBUS GUTTURIS.

CAPUT UNICUM.

DE USU N. M. IN STRUMIS.

§. I.

TErribile exemplum, qvod habet *Nicol. Fontanus* e] de juvene, cujus gulam asperam.

e)L. I. respons. & curat. p. m. 66.

;amqve arteriam simul adeò compresserant *strumæ*, ut neqve potus, vel ipse aër transire posset. Dissecto cadavere, reperiebantur similes in orificio stomachi, pulmonibus, omento, mesenterio, pancreate, ipsis intestinis, & circa vesicæ collum. Meminit *Isibordus* rustici, qui in collo, sub utraqve maxilla, in pectore, & circa ipsam [ut loqvitur] virilitatem ingentes *strumas* ostendit. De *struma* in dorso videatur Illustris *Patinus*, f) in brachiis D. Hünerwolff/ g) in mammis utriusqve sexûs, h] in pedibus S. Thomæ Christianorum Indiæ Orientalis, i) & alius feminæ Europææ k) in omnibus ferè corporis partibus lege Prückelium. l) De struma ossibus referta vid. Ephem. nostr. m) Retur *Riolanus*, n) raro strumas magno emergere numero, nisi radices egerint in mesenterio, qvod fons & scaturigo earum. Raro, infit, dantur enim strumosi etiam sano mesenterio. o) Ceterùm quæ de seminibus strumarum *Tulpius* notavit, p) sublimius merentur scrutinium. Gaudeamus potiùs, Doctissimum *Macasium* jure

f) Dec. II. Eph. ann. VI. obs. 35. g) l. c. obs. 21. h) Schenck L. II. obs. 307. Sennert. L. IV. Pr. P. III. S. I. c. 6. p. 494. i) Dec. II. Eph. ann. *III.* obs. 13. k) ibid. obs. seq. l) Dec. I. Eph. ann. *IX.* obs. 8. m) Dec. *I.* ann. *III.* obs. 134. n) enchirid. anat. L. *II.* c. 18. o) Vid. Th. Bartholin. C. *IV.* epist. 65. p. 398. seq. p) L. *I.* obs. 46.

jure merito inter specialiora medicamenta adversus *strumas* reposuisse N.M.

pulv. §. 2. Virgo aulica magnam *strumam* in collo habebat cum summa spirandi & degluttiendi difficultate, cui *Grülingius* q) primò præscripsit *pulverem* purgantem, *oleo stillatitio macis* paululùm conspersum; qvem cum respueret, pilulas dedit. Medicum novi, cujus εὕρεμα Rad. vincetoxic. N. M. & cran. homin. De vincetoxico vide, qvæ disserat D. *Elsner.* r)

obs. §. 3. Canem periodicè catalepticum sistit nobis D. *Lochner.*, Lib. & Imperial Reip. Norinb. Physicus ordinarius: s) D. *Pechlin* strumosum vidit, t) & M. C. W. nuper atrum molossum, qvi utrinqve in collo duas prægrandes *strumas* habebat, latratum ejus valdè impedientes. De *struma verminosa* nuperrimè fati sumus. u)

alia, §. 4. Honesta femina à primo puerperio suprà pubem dolores qvosdam, primò obtusos, per intervalla senserat, qvos verò illius negligentia fecit graviores. Enata tandem ibidem grandis *struma*, à qva nihil molestiæ, nihil etiam doloris sensit unqvàm, nisi instantibus mensibus, & qvando maritum ad complexus conjugales vel invitabat, seu admittebat,

q) C. *II.* obs. 23. r) Dec. *I.* Eph. ann. *I.* obs. 57. s) Dec. *II.* ann. V. obs. 96. t) tr. de color. æthioph. c. 1. p. 6. u] disquisit. de morte verminos. §. 42.

bat,ut à sorore ejus post obitum demum ad fontem *Rhoës* sub rosa intellexi.

§. 5. Qvædam *Olendorpij* molestam strumam gerebat in collo, qvam ludimoderator *alia*, solo pulvere brevî abegit. Suspicor, fuisse ex cineribus ossium combustor.homin., qvia dixerat ludimagister, se à carnifice qvodam id obtinuisse arcanum. Ad rem *Waldschmidius* noster: vv) *Commendari solent* cineres ossium, *hinc carnifices non rarò in auxilium vocantur in curandis strumis, qvi nihil aliud adhibent, qvàm* cineres ossium combustorum, *vel hominum, vel brutorum: Causa hujus operationis est, qvia in cineribus illis latet sal alkal, quod acidum vitiosum in corpore destruit.* Jusserat insuper strumosam Ludimagister, ut qvotidie, mane & vesperi, per octiduum biberet ol.amygd. dulc. rec. express., instillatis cuilibet dosi sex vel octo guttulis olei destill. N. M. & XVI. gess. myrrhæ. Cuncta ex voto!

MEMBRUM TERTIUM.
DE
AFFECTIBUS ASPERÆ ARTERIÆ.
CAP. UNICUM.
DE USU N. M. IN ANGUSTIA EJUS.

§. 1.

ANgustia hæc oritur à rebus extra comprimentibus asperamqve arteriam valde contr-

vv) Vid. Opp. ej. p. m. 607.

coarctantibus, ab inflammationibus & tumoribus ejusdem arteriæ, bolis grandioribus, aliisvé duris rebus in œsophago subsistentibus, & arteriam, qvæ posteriori parte gulæ adjacet, comprimentibus &c. Qvò referri potest nimia obesitas, nativa pectoris angustia &c. Aliqvando causa interna obstruens est crassus viscidusqve humor, qvi incidendus, atrenuandus, & extergendus, ut commodiùs ejici qveat. Et de hoc discursus noster.

§. 2. Puer à solo phlegmate copiosiùs irruente hanc angustiam passus notante D. *RosenWald*, x] hanc potionem valde sensit proficuam :

potio, ℞. Δ q. *N. M.* hyssop hed. terr. an. unc. i. cinamom. oxym. scyllit. an. unc. sem. sirup. de prasio unc. sem. pulv. rad. enul. scr. ij. sp. sal. armon. anisat. g. XVII. M. D. cochleatim sœpiùs.

decoct. *essent.* §. 3. Alius, referente D. *Schmär*, y) ex aëre nebuloso, crasso & fœtido in eandem lapsus charybdim, decocto utebatur pectorali, cui *N. M.* immixta, & oleum ejus adjectum erat, brevique omnis sublata est molestia. Ancilla ex lupuleto reversa perfunditur ab imbre : mox postea de hac angustia conquerens auxilium invenit in sola essent. succin. cum *ol. still. N. M.* mista, & in aqua asthmatica propinata, quod D. *Vechlero* debeo, z)

§. 4.

x) in lit. 12. April. 1702. y) d. 23. jun. 1701. z) 9. Sept. 1702.

§. 4. Jacuerat *Hermann.* Habermann / meus quondam fidus Achates, per noctem in fœno recentiori, exque voto placidè dormiverat. Altero pòst die *stadam* profecturus, angustiam asperæ arteriæ sentiebat. Impetrat ergò â Chirurgo gargarismum, ex veronic. marrub. hyssop. rosmarin. & rad. aristol. nec non semine carvi confectum, quô sedulò utebatur, interposito non nunquam elix. pectoral., quod *N. M.* recipiebat. Cuncta feliciter. obs.

MEMBRVM QVARTVM.

DE *AFFECTIBUS PULMONIS ET THORACIS.*

CAP. I.

DE USU N. M. IN RESPIRATIONE DIFFICILI.

§. I.

REctè pulmones dicuntur *ventilabrum* seu *flabellum* cordis, quô vigente cordis viget actio, quô turbatô seu impeditô cordis actiones vel turbantur, seu planè supprimuntur. Spiratio in vita, & vita à spiratione non potest separari, adeoque, imposibile, ut vivens non respiret, & spirans non vi-

vat. a) Systole & diastole cor quidem motum exercet, sanguinisque molem modò excipit, modò propellit, quem pulmonum expansio & dilatatio juvat; concidentia verò seu constrictio per venam pulmonalem in sinistrum cordis thalamum cogit. Promoventur hi duo actus beneficiô respirationis, quâ aër stans ab extra ante fores in pulmonum vesiculas trahitur, quas expandit undique & pectoris cavitati coextendit; vel coarctato rursus thorace, & fibris diaphragmatis relaxatis, concidentibus pulmonum vesiculis cavernosis, jam admissus aër iterum redditur, expellitur, exspiratur. Sicut verò flammula vitæ nostræ sine respiratione facilê extinguitur, nisi ventilabri beneficio continuò excitetur, sic nec, læsâ hâc, pulmones resistere poterunt intricatis satis molestiis, suffocationem cordi minitantibus, quod difficilis respiratio probat, cui Deus remedium fecit *Nucem* nostram.

Aqv. §. 2. *Aqvas* inter eminet *Döreriana* apud *Sennertum*, b) *Mynsichtiana* c) & *Brauniana* apud J. *Francum.* d) *Claretum anisatum Mynsichti* e) anhelosis, asthmaticis, aliisqve thoracis affectibus à frigidis & crassis humoribus subortis, pulmonumque bronchiis inhæren-

a) L. VI. de loc. affect. c. 5. b) L. II. Pr. P. III. c. 2. p. 329. c] l. c. S. XIX. p. m. 298. d) de Veronic. membr. III. S. 2. P. 2. c. 6. p. 118. e) l. c. S. XXII. p. 355.

hærentibus,& vel tussim antiquam, vel ipsam dyspnæam causantibus mire confert à cochl. I. ad III. *Boni* etiam valoris *claretum* ejus *passulatum laxativum* in orthopnœa, asthmate, tussi inveterata &c. ab unc. IV. ad VI. f)

§. 3. *Elixir pectorale Rolfinccij asthmaticum* tussi & asthmati, pulmonique frigido præsentaneâ operâ medetur, g] sicque conficitur. *elix.*

Rec. Rad. gentian. rub.,liquirit. rasl., ireos fl., enul., ungul. caballin. an. unc. j. cort. Scyllæ unc. sem. salv., veronic,roris solis, capill. Vener.,hyssop. marrub. an. M. II. pulmon. vulp. præp. num. ij. myrrh. rubr. bentz. an. unc. j. cardamom. cubeb. an. unc sem. cinam. caryoph. *N. M.* an. unc. j. sem. anis. fœnic. an. dr. iij. urtic. Rom. unc. sem. ocymi, caryophyllat. an. dr. ij. Spirit. anis. vel junip. libr. X. stent. in digestione per dies noctesque IV. Media hujus tincti liquoris pars lentâ digestione exhalet parum. S. Elix. pectorale.

§. 4. *Syrupus de Nicotiana* compositus *Quercetani* ad anhelosos & asthmaticos aliosque affectus pulmonum excellens remedium est, alvum leniter subtrahendo. Dos. unc. j. & sem. ad duas. h) *Oxymel de Peto* mi- *sirup.* *oxymel*

f) l. c. p. 350. g) Vid. Chemiam. ej. L. IV. S. 2. c. 3. p. 231. seq. h) Schröd. l. c. p. 293.

mirabile etiam purgatorium non ſolum pituitæ craſſæ & bilis &c. ſed etiam anheloſos, thoracis & ventriculi affectus adjuvat, & denique ad omnes morbos inveteratos laudatisſimum remedium *N. M.* recipit. i) Adde *Sirup. helleborat.* minor. & cholagog. FF. apud *Schröderum.* k)

pulv. §. 5. Succurrit etiam difficultati ſpiritûs & aſthmati chronico *pulvis*, ſeu ſpecies *diaſulfuris Mynſichti* l) Illuſtris Vir repente anguſtiam & compresſionem pectoris ſentiebat, cum difficultate ſpirandi, ſubſequente mox pituitæ aqueæ copioſa per ſcreatum exſpuitione, tandem quoque tuſſi, ſed circa finem, demum ſubſequente concocta quædam rejecta ſunt. Quæ incommoda poſt unum alterumve diem denuò ceſſabant, mox redeuntibus, novoque ſuperveniente paroxysmo: ceterà bene ſanus ſine ulla læſione in reliquis functionibus corporis. Varia inter pulv. dedit poſt paſtum ſumendum *N. M.* conſpicuum, m) & *tabulas* mane uſurpandas:

tabell. Rec. Spec. roſat. novell. & diagalan., de *N. M.* an, dr. ſem. cinamom. dr. ij, corall. dr. j. ſem. carv. ſcr. j. f. pulv. add. ſacch. diſſ. in aq. roſ. & cinam. q. s. f. tabellæ.

i) Quercet. Pharmac dogmat. reſt. c. 10. p. 191. k) l. c. p. 294. ſeq. l) l. a. S. 5. p. 107. m) Plater. L. I. obſ. p. m. 163.

§. 6. Laudatur etiam *diabutyrum Bened. Victor. Faventini*, mane, meridie & vesperi ad unc. sem. exhibendum. n] Etiam *empl.* N. M. auctum applicuit *Platerus*. o] Feminae difficulter respiranti cum cephalalgia, cordis angustia & compressione, ordinavit *Lotich.* p) empl. cordis regioni calidè applicandum, & pulverem cephalico-hystericum, quo de mane vesperique cochl. II. sumebat in aqua hysterica. In compressione oris ventriculi & spiritûs qvoque inter clusione pro nobili quodam scutum praescripsit *Crato*. q) *diabu-tyr: empl.*

Rec. Ladani opt. dr. iij. Sp. aromat. dr. j. *ol. N.* M. scr. sem. cum oleo ros. completo & cer. q. s. f. ceratum corpori applicandum.

§. 7. M. *Franciscus* Himmel / Pastor & Adjunctus Crucisburgensis, Avus meus maternus, Vir sincerus & Eruditus, vidit in oppido suo vaccam, quae ad decimum duodecimumvé passum semper substitit, oreque apertô auram hausit, causâ omnibus ignotâ. Mactatur tandem, & ecce omnimodum pulmonis defectum, cujus vices tamen supplebat ampla, rugosa & membranosa vesica, flatibus turgida, exiguis venulis conspicua, ipsique asperae arteriae annexa. Cum vesica ista ab arteria aspera vel originem duxerit, seu ei- *obs.*

n] Vid. Sennert. L.*II.* Pr.P. *III*, c. 2.p.337. o) l. c. p. 164. p) L. V. c, 1. obs. 5. p. 439. q) L. I. cons. VI. p. 71.

eidem annexa fuerit, utique pro refrigerio cordis externum aërem ad tempus saltem recipere potuit. Postea verò aut venulis intertextis ex parte obstructis, aut ipsa vesica à calidis cordis fuliginibus magis magisque rugosa reddita, non amplius sufficientem aërem cordi subministravit, nec satis liberà aut commodè cor ab exhalationibus expurgavit, ut, nisi ocius à lanio fuisset occisa vacca, brevî tamen occluso spiritu periisset. Adde sîs alia de visceris hujus defectu exempla apud *Nic. Fontanum* in puero quatuor annorum. r) Sic scimus, homines sine *ventriculo* s) sine *intestinis* t) sine *vesica*, u) sine *cerebro* vv) sine *corde*, *capite*, *epate*, *liene*, & aliis visceribus vixisse, ut Illustris *Argus* noster x) ex variis autoribus eruditè probavit. y)

alia, §: 8. Paupercula ex marrubio, rad. enul, veronic. & hyssop. faciebat sibi potionem, addito oleo amygd. dulc, *&* *N. M.* Dici vix potest, quàm feliciter cesserit, ut multi alii, etiam honoratiores, hunc potum sibi fecerint familiarem. Soli DEO Gloria.

CAP.

r) in respons. & curat. exempl. 7. & 18. s) Dec. II. Eph. ann. III. obs. 44. t) eâd. Dec. ann. VI. obs. 205. u) Rhod. in mantiss. anatom. num. 52. vv) Dec. I. Eph. ann. III. obs. 129. x) in satyr. med. continuat. VI. y) V. Ephem. Erudit. III. anno 1668. p, m: 40. & Ephem. *XIII.* p. m. 204. Add. Aut. Zeitk. erbaul. Lust P. I. them. 83.

CAP. II.

DE USU N. M. IN. TUSSI.

§. 1.

GArrula fuisse æra, Jovi Dodonæo ad quercuum verticem suspensa, fabulosa garrit Antiquitas. Jucundo igitur spectaculo per totum ferè lucum diffundebant sonum aëris collisu agitata. Inde adagium: *ære Dodonæo loquacior*. Applicabimus pulmoni, ἀκύρως licèt. Et sonus & aër hîc est. Hinc meritò æra vocalia in nostro audiuntur luco. Agitatis his non ab aëre solum, sed alia quoque re improportionata, tædiosus, imò aliqvando periculosus, crebrius diffluit sonus, quem *tussim* vocitamus, *nuce* tamen nostrâ averruncandam.

§. 2. *Haustulum* porrigit CL. *Tiling.* z) Præstantissimus autem *sirupus* pectoralis solutivus D. *Cablowitskij*. a) Viro tussi, raucedine, inappetentia, alvique fluxu laboranti, commendabat *Rolfinc.* usum panis bis cocti, super quo sparsum sit sequens τράγημα: *potio, Sirup*

Rec. panis albi tosti unc. iij. coriand. unc. sem. *N. M.* mastich. an. dr. iij. sacch. ros. tabulat. ad pond. omnium. f. tragema, S. Magen-Pulver nach dem Essen. *pulv.*

z] de opio P. IV. c. 10. p. 355. a) in fascic. II. medicam, secret. Cnöfelii tit. XI. p. 79.

Rusticus nuper solo pulvere ex fol. & florib. veronic.sem.fœnic.& N. M. difficilem profligabat tussim. Utilissima qvoqve *confectio pectoralis* Augustanor. b)

pilul: §. 3. Illustri Comiti *Mansfeldico* in molesta tussi cum lypothymiis & jactura virium, alternis diebus vesperis ante somnum *pilul.de succino* ita confectas dedit *Greg.Horst.* c)

Rec. Succin. alb.præp., mastich. sel. albiss. an dr.ij. aloës rosat unc. sem. CC. ust. præp.aristol.vulg.rot.an. scr.ij. bals. fœnic. *ol.N. M.expr.* an,scrup. j. pulv. N. M.scr.sem.c.sirup.de menth. f. pilul. ex dr.j. num.XXX.Nec externa sprevit.

morsuli §. 4. Insignes etiam *morsuli Zwelferiani*, d) nec non *rotulæ* ejus pectorales, qvas addo: e)

rotul. Rec. Sacch.albiss.libr.i.solv.in aq.ros. s. q. coq.ad consistent, cui remoto ab igne injice,resin. styrac.,mastich.el.an. dr. ij qvib.liqvat. add. sp. diair. nostr. unc. j. pulv.rad.ireos unc.sem.croc.dr. j. ol. anis.dest.dr.sem.ol.cinamom.g. V. caryoph.*macis* an.scr.j.f.Rotul.pectoral.

troch. §. 5. Excellentes etiam *Trochisci pectorales Zwelferiani* hujus compositionis:

℞. Pulv.R.ireos albiss.unc.j. & sem.gumm. arab.unc.sem. tragacanth. dr. iij, amyli unc.

b) P. A. R. Cl. XI. p. 343. c) L. *III.* obs. 17. d) in Pharmac. Reg. Cl. XI. p. 871. e) l. c.

unc.ij.lign.aloës opt.dr.ij. vel iij. ambr. scr.ij.moschi scr. j. ol. stillat. cinam. caryoph. *N.M.macis* an. scrup.sem. pulv. sacch.albiss.libr.sem.cand. & penid. an. unc.iij.f.s.a.troch.svavissimi.

Vel : ℞. Pulv. rad. irid. florent. albiss. unc. i. mosch. orient. ambr. grys. an.scr. j. Zibeth.gr.vi. sacch. albiss. pulv. libr. j. ol. still.cinam. citr. cort. rec. an. scr. j. caryoph N.M. an. dr. sem. f. c. mucilag. tragacanth. troch. sublingval. odoriferi moschati: qvi etiam c. minor.qvantitat. oleor.,ambr.& mosch.ad libitum parari possunt. f)

§. 6. In tussi qvotannis recidivante, accedente ventriculi debilitate, Vir militaris inungebat regionem cordis & ventriculi hôc ungventô : *linim. & ungvent.*

Rec. Ol..menth.cydon.an.unc.sem. *nucist. expr.*dr.j. *ol.nucist.dest.*scr.sem. pulv. caryoph.dr.sem. c.cer.q.s.liniment.

Capiti autem dolenti per tempora & frontem hoc de nocte inductum fuit :

Rec. Ungvent.alabastr.,popul.rec.an.unc. sem *ol.N.M.expr.*scr.j.opii thebaic.acet. sol. g. v. camph.g.iij.M.ad vasculum.

Qvibus ad se rediit patiens. In corporis extenuatione cum tussi & tumore pedum pro Illustri Matrona hoc *ungventum* ad ventriculum & hypochondria ordinabat *Crato:* g)

Y 5 Rec.

f) P. A. R.Cl.XII.p.m.387. & 390. g) L. VII. consf. 82.

Rec. Ol. amygd. d. rec. expr. dr. j. & sem. medull. crur. vitul. dr. j. *ol. N.M.* dr. sem. caryoph. g. vi mastich. pulv. dr. j. M.

ol. §. 7. In tussi sicca & vetere cum metu tabis, etiam superveniente colica, in Viro nobili ventrem omnem his *oleis* calidè inungi jussit *Lotichius:* h)

Rec. Ol. rut. absinth. nardin. an. dr. iij. *ol. N:M. expr.* dr. j. ol. carv. cumin. anis. destil. an. g. V. M. ad vasculum.

epith. §. 8. Egregium qvoqve *epithema* pectorale *Zwelferi* hujus descriptionis: i)

Rec. R. enul. rec. unc. j. ireos fl. liqvirit. an. unc. sem. R. cappar. recent. unc. ij. H. rec. hyssop. hed. terr. an. unc. j. millefol. unc. sem. sem. anis. fœnic. an. dr. iij. rapar. alb. dr. ij. gumm. benz. camph. an. dr. iij. *macis* dr. ij.

Radicibus radiculâ prius comminutis, herbisqve recent. conscissis, contund. diu in mortar., post diluant. c. vin. alb. bon. unc. X. aq. hyssop. hed. terrestr. an. unc. IV. rosar. fragrant. unc. ij. colent. per linteum colatorum rarum, & exprim. spec. f. epith. pect., quod linteolis convolutis & in eo madefactis pectori calidè & sœpiùs applicet.

cucupha §. 9. Contra defluxiones laudato Comiti hanc *cucupham* parabat *Horst:* k)

Rec.

h) L. III. c. 1. obs. 6. p. 242. i) append. ad Ph. Reg. p. m. 177. k) l. a. p. 183

Rec. R. ireos fl. dr. ij. fol. betonic. ,asari c. rad. rorism. salv. an. M. sem. fl. stæch. arab. lavend. rosl. rub. chamom. an. P. 1. *N. M.* caryoph. coriand. præp. thur. an. dr. ij. santal. citrin. dr. j. & sem. ambr. grys. mosch. an. g. V. f. pulv. grossus pro cucupha.

Imitatus eum est *Lotichius.* l)

§. 10. Matrona Norvvagica, notante D. *Cortnummio*, 57. annorum, jam ab integro novennio diu ferè noctûque molestissimâ tussi excruciata & emaciata fuerat. Tandem, sumto *diacodio Zwelferi*, m) cœpit minutos lapillulos, unà cum tenaci pituita rejicere, qvos demum alio die majusculi seqvebantur. Deniqve notabilis aliqvis, friabilis, cinericeus, at rubris punctulis eleganer distinctus, qvem vidi & contrectavi. Forma erat *pyriformis.* Matrona abs illo tempore sensim in meliorem sanitatis statum promota, citra notabilem molestiam adhuc qvinqve supervixit annos. Adde, si placet, *Borellum*, n) & qvi instar omnium Tibi erunt, D. *Sachs.* o) D. *Schröck* p) & Curiosos nostros, q) ac pluscula & selecta hujus rei habebis *obs.*

l) l. c. p. 248. m) app. in Ph. Reg. p. m. 140. n) C. I. obs. 67. o) in respons. dissert. de mirand. lapid. nat. ad D. J. D. Major. p. 99. p) in schol. ad obs. Helvvig. 65. q) Dec. I. Eph. ann. iij. obs. 19. & 191. Dec. II. ann. VI. obs. 75. & ann. VII. obs. 132. c. schol.

bebis exempla. De lapide renali *caniformi* vid. *Bened. Sylvatic,* r) Conf. *Bartholinum.* ſ)

CAP. III.

DE USU N. M. IN PHTISI.

§. I.

AMor immortalitatis ad inſaniam ferè redegit Tſchinenſes, opibus honoribusque faſcinatos. Hûc eunt omnium Procerum conatus & mediationes, donec tandem in hoc veſano immortalitatis ſtudio & vaniſſimis ſpeculationibus conſeneſcant, debitumqve mortalitatis exſolvant. Hæc labes noſtros equidem haud infecit animos, adeò tamen plures vitæ propriæ amore inebriati, ut niſi contrarium è ſacro volumine ſcirent, immortalitatis Candidati ſummo ſtudio eſſe anniterentur. Mors certisſima, hora verò ejus ſoli DEO nota. Imminere tamen putamus, quoties morbi nos infeſtant, & licèt de perpetua vita deſperemus, ad longam tamen & commodam anheloſi ſuſpiramus, in hoc ferè inſatiabiles, ut nemo tam ſenex, tamve gravi morbo preſſus ſit, qui non convaleſcere, & adhuc per annulum vivere in votis habeat. Satisfacit crebriùs deſideriis noſtris ars à DEO creata, nec ſuſpiria vana ſinit eſſe, ceu in periculoſa *phtiſi* videbimus.

§. 2.

r) de lapidib. concret. in homin. c. 3. ſ) C. I. hiſt. 72.

§. 2. Egregia aqua ulceri detergendo & consolidando conveniens, præscripta fuit Serenissimo Principi D. *Carolo Friderico*, Marchioni Badensi à D. *Wepfero* & *Verzascha*. t) *Aqv.*

Rec. Rad. ireos fl. unc. sem. enul. dr. ij. H. scabios. pulmon. ar. veronic. bellid. minor. hed. terrestr. farfar. betonic., auric. mur. hepat. nobil. an. M. ij. fl. bellid. min. 4. cordial. pœon. papav. rhæad. an. P. *IV*. sem. anis. fœnic. urtic. an. dr. ij. cinam. elect. unc. j & sem. caryoph. dr. ij. *macis*, *nucist*. an. dr. j. hepar, cor & pulmon. cervin. ac vitulin. recens, sp. diatr. santal. dr. ij. diambr. diamosch. aromat. ros. an. dr. j. santal. citrin. unc. j. vin. alb. libr. VI. aq. scabios. farfar. an. an. libr. ij. cichor. papav. rh. ceras. n. an. libr. j. Destill. s. a. Dos. sunt IV. aut VI. cochlearia pro lubitu.

Efficacissima quoque & famosissima *aq. caponis* apud *Mynsicht*. u] cochleatim sumenda. Aqva *caponis de Spina* hæc est: vv]

Rec. Capon. incis. & vino ablutum, H. lact. endiv. pulmonar. an. M. j. micar. pan. alb. in lact. caprin. p. n. macerat. libr. sem. fl. borrag. bugl. viol an. unc. j. liquirit. unc. sem. pinear. passul. min. an. unc. j. jujub. sebest. an. num. *XII*. fic. num.

t) Vid. hujus obs. med. 100. p. m. 262. u) l. c. S. *XIX*. p. m. 303. vv) in lexic. pharmaceut. p. m. 36.

num.*VIII.* sem.anis. fœnic.cinam.N M. an.dr.ij. Incis.opt. add. vin. malvat. libr. *III.* aq. font. libr. *IV.* coq. in dupl. vase in B.per 3.hor.dein impon.vitr. cucurb. & dest.in NB.f. aqva antiphtisica.

Bona etiam *aqua lactis Mortoni.* x)

Rec. Fol. capill. ven. tussilag. pulmon. maculos. Veronic. an. M. iij. hyssop. rut.caprar. menth.absinth. an. M. ij. fl. hyperic. scabios. an. M. ij. croc. anglic. dr. j. N. M. sciss. num. iij. dactyl. caric. pingv. an. libr. sem. passul. maj. exac. libr. j. conscind. & inf. in lact. vaccin. recent.cong. iij. & vin. malvat. libr. vi. F. destillatio in organis communibus, ut dimidia pars liqvoris ascendat. In phtisi scorbut.addant. summit. pini.beccabung.nasturt., aq.hed.terrestr. &c.

Nec minoris pretii *antiphtisica D. D. W.* y)

Rec. Cap. deplum. & eviscerat. num. j. pulm. hepat.& cor.vitul. an.num.j.spec. decoct. fl. & fr. unc. ij. R. cichor. torax. fœnic. petrosel. asparag. chin. lign. sassafr. sant. citr. an. unc. sem. hep. nob. pulmon. scolop. cichor. endiv. veronic. scab. an. M. I. fl. borrag. bugl. ros. r. lil. conv. viol. an. M. I. & sem., sem portulac.melon.cucum. cichor. pap. alb. anis. an. dr. iij. cort. citr. pulm.vulp. hep. lupi an. dr. ij. & sem. cinam. unc. sem. car-

x) *Id.* l. 5. p. 84. y) *Id.* l. a. p. 100.

cardam.*macis* lign. aloes. an.dr.ij. sp. diambr. diarrh. Abb. diaxyl. diam. d. an. dr. I. croc.or. dr. sem. incis. & cont. inf. in vin. rhen. libr. VI. aq. veron. endiv. cich.ros.scolop.an.unc.X. ft. per d. & n. postea destill.

Voto etiam satisfaciet *decoctum ex succo carnium* : z)

Rec. Capon.integr. in frusta concis. num. I. femor.vervecin.libr. ij. caudar. cancr. fluv.num.X. passul. corinth.unc.ij. *macis dr.j.* aq. endiv.vin.rhen.an. unc. VIII. coq.in canthar.imposit in alien. aq. fervente replet. , ubi ossa à carnibus decidunt,exprim.succ.,repon & sœpius loco jusculi c. pane albo cochlear. aliquot exhib.

Adde *Lentilium* a) & *Cratonem.* b)

§. 3. *Rolfinc* c) phtisicæ commendat *sirupum* magistralem *Riverij mace* auctum. Commendat *Mynsicht* d] species suas *diabalaust.* in phtisi, hectica, febribus aridis &c. ad sistendum exsiccandumqve catarrhos & confortandum cerebrum , tutò capitis summo vertici , vel in loco suturæ coronalis noctu ante somnum inspergendas. In causa autem frigida & humida caput prius inunge optimo *Sirup. pulv.*

z) Sachs Gammarolog. S. *II.* c. 4. p. 677. a) P. *III.* Miscell. p. 96. b) L. *III.* cons. 8. p. 75. c) L. V. cons. 7. p. 604. d) l. c. S. V. p. 119. seq.

mo spiritu vini salviato , & tunc insperge pulv., ac mira videbis. Species *diasulfuris* idem mirificè prædicat, e) quas *Tilingius* f) gr. XV. laud.opiat.auxit. *Greg.Horst* g] capiti feminæ ante somnum aliquid seq. pulv. adspersit.

Rec. Summit. majoran. fl. lavend. an. P. j. & sem. ros. rub. M. sem. thur. mastich. succin. an. dr. j. & sem. santal. citr. *N.* M. *macis* an. dr. j. sem. nigell. dr. ij. f. pulv. per cribrum.

Alii videantur apud *Cratonem.* h] *Pineolata album* pariter ac *viride* & vulgare tabidis, consumtis & extenuatis usui sunt, plurimum enim roborant & nutriunt. Medium *N.* M. recipit. i)

elect: §. 4. *Rolfinc.* hoc habet *electuarium:* k)

Rec. conserv. viol. fl. borrag. an. unc. iij. pulv. rad. liquirit. unc. sem. fl. sulfur. myrrhat. dr j. pulv. R. ireos fl. dr. sem. conf. alcherm. unc. sem. *ol. macis* g. V. Sir. viol. q. s. f. elect. de quo crebrò aliquid capiendum.

Aliud prostat apud *Craton.* l)

morsuli, §. 5. Exsiccantia inter anticatharralia laudem merentur *morsuli* de thure hujus descriptionis: Rec.

e) l. c. p. 107. f) de Opio P. *IV.* c. 13. p. m. 379. g) L. *III.* obs. 20. h] *L. VII.* cons. 78. p. 534. & cons. 79. p. 541. ac.L. *VI.* cons. 53. i) P. A. R. Cl.XI. p. 344. k) L. V. cons. 8. p. 617. l) L. *III.* cons. 8. p. 72.

Rec. ſem. coriand. præp. unc. ſem. *N. M.* thur. albiſſ. an. dr. iij. liquirit. maſtich. an. dr. ij. cubeb. CC. præp. an. dr. j. conſ. roſ. rubr. unc. j. ſacch. albiſſ. q. ſ. f. morſul. S. Haupt- und Lungen-Morſellen Abends und Morgens eine davon zunehmen. m)

Grati etiam ſaporis ſunt *morſuli Regij*, & ſuprà modum confortant aluntqve. In doſi vix erraveris, quia cum cibo, ante & poſt cibum pro lubitu ſumere potes.

Rec. Piſtac. virid. unc. ij. pinear. mund. amygd. d. an. unc. j. margarit. trochiſcat. magiſt. corall. rub. an. dr. j. fl. cordial. minut. inciſ. an. P. j. *ol. macis* ſcr. j. ſacch. albiſſ. in aq. roſ. diſſol. unc. XVI. f. conf. in morſul. n)

Arcanum antiphtiſicum, multis remediis præferendum, Eidem *Mynſichto* ſunt *morſuli refectivi de cancris*. o) Et ſanè ipſemet vires eorum inſtaurantes & confortantes prædico. Doſis eſt ſœpius in die à dr. ij. ad unc. ſem., plus minusve pro ratione ſexûs & complexionis.

Horſtiani tales: p)

Rec. conſerv. rorismar. unc. ſem. ſem. coriand. præp. dr. j. *N. M.* oliban. an. dr. ſem. maſtich. cubeb. an. ſcr. j. CC. uſt. præp.

Z

m] waldſchmied. diſp. de phtiſi. §. 46.
n] Mynſ. l. c. S. 8. p. 170. o) l. c. p. 172. p) *L.* III. obſ. 20.

præp. ſuccin. alb. præp. an. ſcr. ſem. ſacch. in aq. ceraſ. n. ſol. unc. iij. f. morſuli.

Rolfinc. phtiſicæ hoſce dedit: q]

Rec. carn. cancr. fluviat. in aq. pect. coct. unc. ij. conſ. roſ. damaſcen. unc. j. & ſem. pineae. mundat. piſtac. virid. amygd. d. per noct. in aq. ſcabioſ. macerat. an. unc. j. ſacch. alb. in aq. pulm. vitul. q. s. ſol. in fine add. *ol. N. M. expr.* dr. ſem. f. Morſuli.

Reſumtivi apud *Fiſcherum* r) etiam elogio ſuo condecorandi.

* *rotulæ* §. 6. *Crato* haſce *rotulas* conficit: ſ)

Rec. Sp. diapenid. diatrag. fr. an. dr. ſem. pulv. cinam. el. ſcr. j. roſ. r. ſcr. ſem. thur. maſculi, ſangv. dracon. an. g. V. myrrh. rubr. elect. quæ ſit facilis frictionis g. iij. croci fin. g. v. *N. M.* pingv. ſcr. ſem., ſacch. cand. dr. ſem. ſacch. albiſſ. in aq. roſar. adorif. diſſ. unc. iv. f. rotulæ.

gelatina, ltnim. §. *Gelatina antiphtiſica Zwelferi*, inter reſtaurantia medicamenta caput maximè effert; t) etiam in uſum trahenda *paſta regia* compoſita P. A. V. u) In ſcorbuto, concurrente phtiſi lethali, pro ſtomachi regione calidè inun-

q) L. V. conſ. 7. p. 606. r) L. III. corp. med. Imper. p. 387. Spina l. a. p. 613. ſ) L. VI. conſ. 53. p. 316. t] Vid. lexic. Spinæ p. 534. u] Id. l. c. p. 680.

ungenda hoc linimentum dedit *Lotichius*.vv)

Rec. ol. menth. cydon. costin. an. unc. sem. *ol. N. M. expr*. scr. j. sp. arom. ros. pulv. caryoph. *N. M.* an. scr. sem. f. c. cer. linim.

§. 8. Phtisicos aliquando vitam ad multos produxisse annos, dubiâ tamen valedutine, *Schenckius* x) exemplis confirmat. Novi virum eruditum, qui statim quintô ætatis suæ annô phtiseos indicia haud obscurè præbuerat suis. Verum in hunc usque diem, ultra quinquaginta annos, citra omnem molestiam, sine ullo cruoris aut puris sputo, (quales historias etiam *Fernelius* y) & *Rhodius* z) habent, temtis diætæ legibus, sine medicaminum usu, studiis diu noctûque perpetuò immersus, ut vel ex solo lychni fumo tabidum crederes, adstipulante *Borello*, a] belle & ὀρθοστάδιος vixit. Aliquando, licèt rarissimè, purulentam materiam cum urina excrevit per vias abs oculatissimo *Highmoro* b] nobis ostensas. Adde, quod *Tulpius* notavit exemplum de cancro, quinquaginta annos innoxio, c) & istud *Clauderi* d) de vomica pulmonis plusquam quadragesies sanata. obs.

vv) L. IV. c. 4. obs. 6. p. 351. x) L. II. obs. 143. y) L. V. Patholog. c. 10. z) C. II. obs. 8. a) C. II. obs. 59. b) L. II. Disquisit. anatomic. P. III. c. 2. p. 179. c] L. I. obs. 47. d) Dec. II. Ephem. ann. VI. obs. 186.

alia, §. 9. Licèt phtisicis esum *cochlearum* serio vetuerint *Sennertus*, e) Sebizius, f) Massar., g) & alii, novi tamen Batavam, quæ à phtisi tota consumta, à qve suis & Medicis derelicta, tandem sub dubia spe, quæ omni desperatione potior, per aliquot dies continuò devoravit cochleas, & facta denuò est vegeta, ut ipsamet mihi Trajecti, non sine mentis tripudio, retulit, quæque ad sexennium adhuc fuit superstes. Remur: pro *ostreis* substituisse *cochleas*. Audiverat fortè, virginem (qua de *Lindenius*, h) summè phtisicam, illarum usu & esu, paucos intra dies ita fuisse restitutam, ut nupserit, & feliciter ac frequenter pepererit. Adde Amplissimum *Tulpium*, i] qui simile (si non idem) recitabit exemplum. Et *Borellus* tabem usu *melonum* curatam dabit. k) Retulit etiam Batava mea, visam sibi esse impingvuisse ab essu cochlearum. Certè de phtisico, pingvior qui factus, notabilem historiam consignavit D. *Thom. Bartholinus*. l)

alia, §. 10. Juvenis olim mihi notus in Academia *Gröningiana*, qui cum crebrius rem haberet cum vetula ancilla, eaque phtisica, ab attracto contagioso halitu & ipse eandem sibi

e) L. II. Prax. P. II. c. 12. qv. 2. p. 219. f) de alim. fac. c. 8. p.m. 784. seqq. g) L. I. Prax. c. 7. h) L. II. Med. Physiolog. c. 15. §. 35. p. 698. i) L. *II.* obs. 8. k) C. *IV.* obs. 7. l) C. *II.* hist. 14.

i contraxit labem. Similem historiam vide is apud Nobilissimum *Rolfinccium.* m) Catè ythagoras, rogatus, quonam modo vitam iu produxisset, respondit:

Nunqvàm fatur è mensa discessi:
Luna me nunquam vidit;
Cum vetula nunqvàm coivi.

§. II. Studiosus ex levi contagio scabiosus *alia,* actus malum qvotidie vidit latius serpere, onec universum corpus occuparet. Dedit i Pharmacopoeus inunctionem mercuria- em, quâ scabies quidem repulsa est, verum uccedente mox lamentabili phtisi. Ut sca- iei, sic phtiseos mirum contagium est, quod osterius rariori exemplo illustrat *D. Joan- es Schmidius.* n] Junge dissertationem in- uguralem *de cura palliativa L. Eliæ Küchleri,* Görlicensis. o)

CAP. IV.

DE USU N. M. IN PLEURITIDE.

§. I.

NIhil tam grave, inimicum aut formida- bile toti Naturæ est, quàm *dolor.* Ubi enim hic, ibi morbus, juxta effatum Senio- is nostri. Nulla pars sentit, qvæ non tristi ensatione affici, seu dolores pati apta nata it. Contemplare saltem *Pleuritidem,* in

 con-

m) Med. Comment. special. L. *II.* S. 3. c. 01. p. 145. n) Dec. *I.* Ephem. ann. *IX.* obs. 45. o) Erford. 1692.

confiniis cordis trifti feralem dolore, tyrannico diram imperio, vitæque eò penitius infidias ftruentem, quò propius vitali fonti incumbit. Sed quorfum lamenta? Dominus, qui percutit, etiam fanat.

pulv. §. 2. *D. Müller in myft. & miracul. Medico-Chymicis* p) hunc habet pulverem:

℞. *Nuc. myrift.* fl. bismalv. vifci quercin. an. unc. fem. fl. fulfur. borrac. nitr., off. genital. ceti dentati, dent. apri an. dr. ij. f. pulv. fubtil.

Auguftanorum talis eft; q)

℞. Mandibul. lucii præp., dent. apri uft. præp. an. dr. ij. lap. percar. talor. lepor. ocul. cancr. præp. & lucii pifcis præp. fem. card. bened. & artemif. rubr. an. dr. j. M. F. pulv.

Sœpius addidi grana aliquot. *N.* M.

linim. §. 3. In doloribus variis, pleuritide colica, ardor ftomachi, & ubi carminatione opus eft, frequenter & calidè te inunge hoc linimento:

Rec. Ungvent. de hyofciam. unc. j. antim. diaph. dr. j. *ol. nucift. expr.* anis. deftill. an. fcr. j. M. r)

Vel: Rec. ol. chamom. aneth. unc. j. deft anif. carv. laur. an. fcr. j. c. s. q. *ol. nucift. expr.* f. balfam. feu cum cera liniment.

Un-

p) p. 76. q) Claff. *IX.* p. m. 287. r) Lentil. P. *III.* Mifcellan. p. 69.

Uungventum pectorale *Mynſicht.* valet propriè ad dolorem pectoris. Super illud enim inunctum pituitam reſolvit, & ſanat omnia loca, calefacit humectat, mollificat &c. Fiat autem inunctio mane & veſperi coram lento ignis aut fornacis calore. Tale verò eſt: *ungvent.*

Rec. Ol. de piſtaciis exp., de pineis expr., amygd. d. an. unc. j. & ſem. butyri non Saliti majal. axung, capon. ſevi hircin. an. unc. I. mixtis aff. aqv. pectoral. Mynſ. & coq. ad. conſumtion aq., poſtea adde Eſſent. croci or. dr. ij. ol. ſtillat. chamomill. rom. fœnic., *macis*, aneth. aniſ. an. dr. j. M. & f. c. cer. alb. ungventum. ſ)

§. 4. Cum ante aliquot annos Virum plebejum malignâ pleuritide decumbentem ſexto die circa veſperum inviſerem, offendi apparenter hilarem, inque meliorem ſtatum promotum. Aſt odorem in hypocauſto ſentiens, *terræ* recenter effoſſæ ſimillimum, lethum brevî ſubſequens prædixi, uti factum eſt. Ita ex *odorem terræ* fracidum ſpirantibus mortem divinarunt *Borellus* t) & *Garmannus* noſter. u) Puerulus fortè quinquennis, variolis nuper, in vicinia & hîc graſſantibus, laborans, eô quô exſpirabat die, *odorem* verè *gramineum* de ſe ſparſit, quem curioſitatis gratiâ his naribus meis hauſi. *obſ.*

ſ) l. c. S. XXXV. p. m. 435. t) C. IV. obſ. 80. u) Dec, I, Eph. Curioſ. ann, I, obſ. 144.

wie riecht das Kind/es stinckt schon nach dem Gottes-Acker / dicebat plebecula adstans.

alia, §. 5. Addo observationem *Dahlbornianam*, nuper mihi transmissam. Pleuriticis multis bono cum effectu sœpius dedi ol. lini rec. expr. unc. j. tinct. croc. gt. vj. *ol. dest. N. M.* g. iij. seu tinct. betz. dr. sem. ess. anod. g. vj. *ol. dest. N. M.* g. iij. M. Rarius etiam me fefellit seq. pulvis:

Rec. Ras. dent. apr. mandib. lucii pisc. an. dr. sem. corall. r. præp. scr. ij. pulv. fl. papav. rhæad. cinnab. antim. an. scr. j. sacch. cand. viol. dr. ij. *ol. dest. N. M.* gutt. vj. M. D. dr. j. seu scr. IV. in aq. card. Mar. & scabios. Hoc ungventum mihi in perpetuo usu est:

Rec. Pingved. muris montan dr. iij. ol. papav. expr. lil. alb. an. dr. j. & sem. ol. hyosciam expr. scr. j. *ol. dest. N. M.* chamomill. an. g. XIV. cer. q. s. f. ungvent. S. salbe zur Seiten und Brust.

alia, §. 6. In pleuritide phlegmatica scriniarius, evacuatâ prius materiâ ol. amygd. d. unc. iij. sacch. cand. alb. scr. IV. *ol. dest.* N. M. scr. sem., datoque per vices pulv. antipleuritico, lateris dolorem in horas ferè repetito hoc ungvento mitigabat.

Rec. Ol. chamomill. nostr. unc. j. lil. alb. amygd. d. an. unc. sem. aneth. dr. ij.

un-

ungvent. dialth. dr. vj. *ol. deſt.* N. M. ſc. j. cer. q. s.

CAP. V.

DE USU N. M. IN HÆMOPTYSI.

§. 1.

Vix præſentius inſidiabitur vitæ affectus aliquis, quàm qui conſtante corporis obore citra dolorem moleſtiamve corpus livexat. Aperto Marte, ſeu cum impetu iruentem ocius depellimus, ſubdolum verò emnimus, ſemperque negligentiâ noſtrâ graiorem facimus. Non intelligo hîc maligno infameſque tantum morbos, ſed alii quoque extenui initio in grande & pericuoſum excreſcunt exitium. Teſtis erit *cruenta ſputatio*, quæ dum adoleſcentes juvenesve affligit, haud magni æſtimatur, dum vires non prorſus atterit, temerè negligitur, dum per vices ſine dolore regreditur, ſpernitur, donec pleno niſu alium actorem ſiſtat, lethalem fabulam ludentem, genuinus phtiſeos ante ambulo. Sed non eſt, quòd animum abjiciamus: ſecuros nos eſſe jubet pulcherrima *nux* noſtra.

§. 2. Haud inutilis erit *hauſtus Mynſichtianus* vv) tranſcriptus à *Tilingio*, x) Præſtans etiam in ſputo cruento, à quacunque *potio diacod.*

Z 5 cau-

vv) l. c. S. III. p. 86. x] de opio P. III. c. 4. p. 208.

causa orto, *diacodium Zwelferi*, y) absterg enim. conglutinat & oscula venarum clau dit à dr. ij. ad unc. sem. sumtum. *Essenti* *essent.* *travmatica Wedelij* eximia quoque cum tin tura corallor., mart. adstring. & anodyn mixta, adque 20. seu 30. guttas & ultra da ta. Sic autem paratur :

℞. Mumiæ sangv. dracon. an. unc. j. terr Jappon. myrrh. rad. tormentill. an unc. sem. fl. rof. r. hyperic. an. dr. i santal. dr. iij. *nucist.* dr. j. Incis. & con tus. extrah. c. Sp. vini tartarisat. vel sp hyperic. lento calore ad extract. Tin ctur.

pulv. §. 3. *Pulvis Zwelferianus* utilissimus & sin gularis efficaciæ :

Rec. Rad. tormentill, dr. vj. papav. errat terr. sigill. (seu bol. armen.) lapid. æ tit. nuclei interior. hæmat. præp., car neoli præp., magist. solub. corall. *N. M* an. dr. ij. sangv. dracon., oliban. in gran an. dr. iij. nitri puriss. cryftall. dr. vj f. pulv.

§. 4. Nec externa stomacho applicand *balsam.* de nihilo sunt; revellunt enim & roborant Ecce *balsamum* :

Rec. *ol.* N. M *expr.* dr. ij. menth. mastich absinth. an. g. V. *macis*, succin. lign rhod. an. g. IV. bals. peruvian. dr. sem M. S. Magen-Balsam.

Ma

y) Vid. Spin. l. a. p. 275.

Michael Sprögel z) hoc habet *emplastrum:*

Rec. Empl. diaphœnic. fr. de crust. pan. an. dr. vj. *ol. nucist. expr.* dr. j. M. & cataplasma: *empl.*

Rec. pulv. marrub. menth. absinth. pont. stomach. Mynf. an. dr. j. *N.M.* cinam. Zedoar. an. dr. j & sem, ferment. unc. ij. acet. rof. q. s. f. cataplasma. *catapl.*

Ego interdum emplastrum *Riverianum* expertum deprehendi. Addam igitur: *empl.*

Rec. Absinth. menth. virid. an. libr. j. crust. pan. in acet. vin. macerat. libr. sem. pulp. cydon. unc. ij. mastich. unc. sem. *macis &* N. M. an. dr. ij. Omnia pistent. fortiss. c. oleo cydon. & f. empl.

§. 5. R. P. *Casp. Sevenstern*, Soc. Jesu Theologus & Prof. Hildesiensis, multis abhinc annis hæmoptoicus, nihil magis aversabatur qvàm emetica, & nemo sanioris mentis ei talia temerè vel svasisset, seú dedisset unqvàm. Sed audi, quid mihi acciderit. Anno 1675. Mense Majo postulat à me pulverem purgantem, præscribo aliquem ex R. Jalapp. scr. j. crem. tart. dr. sem. & rhabarb. scr. sem. Qui octo sedes citra molestiam peperit. Vix autem cum jusculo hauserat pulverem, ecce! qvatuor terribiles vomitus maximè glutinosos. Perterritus subitò me vocari jubet. Miror inversum Naturæ ordinem, & quietem tan- *obs.*

z) diss. de Vomitu cruento p. 17.

tantùm impero. Incidit in somnum, quem facilè permisi, rens, pulvisculum meum, vomitui pituitoso permixtam, esse rejectum. Elapsâ horulâ surgit, quærit secessum, & virtutem pulveris mei ex voto sufficientem deprêndit. Monstrat schedulam, uti par erat, aliis Medicis, qui ad unum omnes sanctè affirmârunt, nihil emetici aspersum, esse igitur solius Naturæ opus. Ego autem alia suspicans, abeo ad Pharmacopœum rei veritatem catiùs indagaturus. Subitò mihi fassu puer, in eodem mortario eâpse horâ & contritum fuisse tartarum emeticum & scammon sulfuratum, cujus atomi aliquot, seu pusill pulvisculi, nostro admixti, saburram istan ἄνω eliminârant. Dici autem non potest, quam speciosè postea mihi deprædicârit salutarem hunc vomitum, seriò addens: Se nunquam meliùs valuisse, quàm tunc, nec ab illo die passum esse hæmoptysin, quod quinque ante excessum mensibus hilariter repetiit. Confer, quæ de rhabarbaro in mortario tuso, in quo *cantharides* contriti fuerant, ex *Brasavol.* narrat *Schenckius*. a)

alia, §. 6. *Thomas Ruth*, miles, diu questus de insigni ventriculi gravitate, appetitu collapso, febri lentâ, per intervalla ingravescente, tabe totius corporis, subsequente tandem massa, juglandis magnitudine, cum multo

a) L. VII, obs. 124.

o ſangvine , ἄνω rejectâ. Ab illa horâ
erpetuò fere fuit hæmoptoicus; In cada-
ere ejus ventriculus circa ſiniſtrum orifici-
m utrinque exhibuit verrucam, cum radice
ua firmiter annatam, alteram magnitudine
inoris pomi borsdorfiani, alteram grandio-
is alicujus avellanæ. Fortè plures eſſent
epertæ, ſi curioſiùs ſcrutare licuiſſet. Ita
'almuth b) in inteſtinis infinitas verrucas in
achectica virgine poſt obitum invenit.

§. 7. Vomuerat aliquot ab hinc menſibus, *alia*,
unâ deficiente, ancilla ſangvinem. Medi-
aſter de menſibus ſuppresſis parùm ſollicitus
iptica propinat, miſeramque puellam in or-
um detrudit. Ita methodicè curant Licen-
iati & Doctorculi noſtri, queîs ſaniorem
nentem voveo! Ruſtica mulier ſolo *oleo li-*
i, admixtis pauculis guttulis *olei deſtillati N.*
M. ſibi feliciter nuper medebatur. De oleo
ini hæmoptyſi vid. obſ. D. *Raygeri.* c)

CAP. VI.

DE USU N. M. IN EMPYEMATE.

§. I.

POſt αἵματος πτύσιν, d) ſeu ἀναγωγὴν,
e] breviter examinabimus puris intra ca-
itatem thoracis in utraqve vel in alterutra
parte collectionem, liberæ reſpirationis
orga-

b) C. I. obſ. 6. c) Dec. I. Eph. Cur. ann.
VI. obſ. 209. d) S. III. aph. 29. e] Gal. L.
VII. de comp. med.

organa in sua actione sufflaminantem, sicqv valde molestam respirationem inducentem cum tussi continua. Qui pessimus affectu à nostra tamen *nuce* si non domatur, cert mitigatur, ut spes nos minimè confundat.

elect: §. 2, Næ seqvente *electuario* aliquot em pyematicos feliciter restituit Exc. *Dolæus* f)

℞. Conserv. ros. unc. j mastich. thur. N. M styr. calam. an. scr. j. sp. diatrag. fr. scr. j rad. consolid. maj. unc. j. reqviei Nic. dr j. diacod. Mart. q. s. f. elect. Dosis eine Wallnuß gros.

aqv. §. 3. *Aqvam* balsamicam ad omnis generis apostemata, ulcera interna & externa, potissimùm fistulas & ulcera maligna vide *apud Qvercet.* g) Memini D. *Schneefeldium* sœpius cum fructu eâ usum esse.

observ. §. 4. Studiosus quidam *Lubecæ* globulos virides pingviores, pisa majora æquantes, cum salute sua exscreabat. Memini, scribit D. *Franck,* h] excellentem olim Practicum *veronicam*, ceu specificum in empyemate adhibuisse, à cujus usu globuli sebacei verticilla æquantes à juvene XXVII. annorum exscreati fuêre. Quibus rejectis & continuatô usu herbæ convaluit. *Jeremiæ Raschen*, Civis Isnacensis filius septennis, dysenteriâ decumbens, unà cum reliqvis excrementis diversos glo-

f) Encyclop. med. L. *II*. c. 5. p. 372. g) in Pharmacop. restit. c. 7. p. 100. h) V. Veronica ejus theezans p. m. 123.

lobulos virides bellê compactos & duriuscu-
os, nucem moschatam plerunque mole æ-
uantes, excernebat, quos mater curiositatis
ratiâ mihi exhibuit. Accuratius examina-
nil aliud erant, quàm bilis porracea, puti-
issimi fætoris. An toto morbi decursu ta-
s excreverit, non constat, pridie saltem an-
excessum notârant domestici. *Latzarus*
iverius i) in puellæ triennis febri vermino-
similes globulos, instar pisorum majorum,
jectos vidit, & in quinquagenaria post alvi
uxum *Dn. van der Wiel*, k] qui cochleari
ontenti prunisque impositi haud secus ac bu-
rum liquescebant, & in ignem conjecti
nquam oleum flammam concitabant. Ad-
scholion Experientissimi Belgæ, Amici Ve-
erandi, & Excell. D. *Hagendornij* Archiatri
lect. Saxonic., histor. Med. Physic. l]

§. 5. D. D. *Rosenwald*, Amicus noster, de *alia*
erumine aurium dulci in empyico servo, per
iquot dies notato, lepidam historiolam nu-
er mecum communicavit. Plerunque mor-
s præsagium est, secundum Coum m) & ob-
rvationem *Hünerwolfianam*, n) queis adde-
potes D. *Mapp.* eruditam disp. de *cerumi-*
aurium, o) ut ita quævis regula suam ha-
eat exceptionem.

§. 6.

i) C. II. obs. 23. k) C. I. obs. rarior. 61. l)
. I. num. 21. m) L. VI. epidem. s. 5. n) Dec.
I. Eph. ann. III. obs. 91. cum Scholio, o)
. 67. seqq.

alia, §. 6. De empyemate *ictero* flavo feliciter curato notabile exemplum olim vidi in Scania, inter observationes meas rariores Medico-Physicas relatum. De alio *scabie* soluto deque alio pus in pectore contentum κάτω excernente, vide observationes *Hertodianas*. p)

alia, §. 7. Quàm salutare sit *lac caprillum* empyicis, exemplis illustrârunt & confirmârunt D. *Matth. Francisc. Hertodius*, Inclytorum Statuum Moraviæ Med. Provincialis, q) & D. *Samuel Ledel*, Medic. Grünbergens. in Silesia, r) idque pauperculo rustico contestari possum, qui puro lacte, non admixto saccharo rosato, sed pulvisculo *N. M.*, ut ipsemet vidi, fata sua diu retardaverat.

CAP. VII.

DE USU N. M. IN PALPITATIONE ET DOLORE CORDIS.

§. I.

QVàm tristis & funesta dies sit, quando Sol, amor & deliciæ mundi, ecclipsin patitur, notum est constatque inter omnes. Magna enim incommoda sterilesque anni hujusmodi tenebras seqvuntur. Sole microcosmico obscurato, reliqvis membris steriles inducuntur effectus, dum illis spiritum vivi-

p) Dec. I. ann. II. obs. 146. q] Dec. I. ann. I. obs. 19. r) Dec. II, ann. III. obs. 98.

vivificum parcius, quam par est, infundit, sicque pericula, imò ipsam mortem accelerat. Jupiter, Planetarum ordine secundus, omnium benevolentisſimus dicitur, licèt cum Mercurio dextrè sine Venere junctus sit, minimè tamen eam exerit vim, nisi eos magnus mundi oculus illustret, & de suo aliqvid largiatur. Saturnus cum Marte vel Mercurio sinistrè junctus participante Lunâ, aërem & humores quandoque perturbat. Hi autem, accedente & illustrante Sole, infringuntur. Sole præsente omnia sunt formosa, jucunda, nitida & viva: absente autem eo, cuncta rigent sqvallida, torpida, marcida & mortua. Idem de Sole microcosmico dixeris. Vigente eo omnia ridentque. Testimonium tenebrarum hujusmodi solarium dabit *palpitatio cordis.* At, regia, crede mihi, res est, succurrere lapso. Rumpe igitur moras, & veni lumen cordium!

§. 2. Magni usus est *aqua de corde cervi*, *aqv.* quam *Platerus* ita præparabat; f)

Rec. cord. cerv. seu hirci, vel porci domest. aut sylvestr. libr. j. abluatur vinô malvaticô, & incidat. in portiones parvas, addendo fol. meliss. majoran. an. M. j. fl. bugloss. borrag. viol. ros. scabios. tunic., coronar. an. P. j. sem. ocymi dr. j. citri dr. sem. caryoph. dr. ij. cinam. dr. vj. *Macis*, santal. citrin. lign.

f) Horst. L. III, obs. 13. p. m. 171.

ling. aloës an. dr. j. Incid. & contund. add. Vin. malvat. libr. ij. succi limon. vel citr. unc. j. destill. in B. M.

D. Sœpius cochleatim tam præservationis, quàm discussionis gratiâ. D. *Bernhard. Verzascha* t) habet ita:

Rec. cor. cervin. in particul. incis., ablue vino albo, add. rad. scorzoner. unc sem. contraierv. dr. ij. fol. hepat. nobil. fragar. acetos. cichor. betonic. meliss. omnium recent. an. M. j. fl. 4. cord. an. P. j. croc. opt. dr. ij. *macis*, cinam, caryoph. spec. diatr. sant. an. dr. j. Incis. & cont. aff. vin. alb. vel. aq. ros. borrag. bugloss. an. q. s. ut aliquot digitis ex[illegible]at, inf. per aliquot dies, dein dest. in M. B.

Contra omnem palpitationem à quacunqve causa ortam utiliter datur

Apud *Mynsichtum* sic prostat: u]

Rec. cord. cerv. minut. incis. num. 1. cinamom. acut. unc. sem. caryoph. cardam. min. galang. min. *macis*, croc. or. an. dr. ij. lign. aloës, santal. citr. cort. citr., sem. ocymi caryophillat. an. dr. j. & sem. fl. lavend. rorismar., meliss. salv. an. dr. j. macerent. in vini malvat. lib. Vj. per noct. & mane in M. B. per alembic. destillent. Dos. cochl. ij. vel. iij.

Ali-

t) obs. med. 89. p. 235. u) l. a. S. XIX. p. m. 304.

Aliter habet *Sennert.* vv) Plures formulas, seu modos præparandi, collegit D. *Graba.* x) Addo adhuc destillationem *Spinæ:* y)

Rec. H.meliss. thym. an. M. j. & sem. fl. borrag.bugl.anth.til. an. unc.j.ros.rubr. viol. an. unc. j. & sem. cort. citr. sant. citr.alb.an.dr.vj.R.angelic.scorzon. Zedoar. an. unc. sem. caryoph. *N.* M galang. *macis,* sem. basil. an. dr. iij. Sp. diarrh. Abb. lætif. Galen. an. dr. ij. cord. cerv.num. ij. incis. & cont. inf. in aq. ros. borrag. bugloss. pœon. meliss. beton. tussil. an. libr. j. vin. malv. mens. iij. dein. dest. s. a. f. aqua confortativa.

Aqua *cordialis calida* Herc. Sax. vid. apud *Schröder.* z) *Mynsichti,* a) temperata Augustanorum, b) cœlestis Londinensis, c) carbunculi tàm Noribergensium, quàm Schröderi, d) & Imperialis correcta, e) cardiaca D. *Leuschneri,* virtutis, & alia apud *Sennert*, f) nec. non triplex illa apud *Jüngken.* g) D. *Fausii* omnem merentur applausum.

vv] L. II. Prax. P. II. c. 4. p. 415. & Instit. L. V. P. 3. S. 3. c. 5 p. 791. & L. II. Pr. P. IV. c. 4. x] in Elaphograph. S. *III.* c. 17. p. 225. seqq. y) l. a. p. 38. z) l. c. p. 139. a) l. c. p. 306. b) Spin. l. d. p. 49 c) Id. p. 40. d] Id. p. 41. e) Id. p. 82. f) l. c. p. 398. seq. g) in Med. præs. seculo accommod. P. II. S. I. c. II. p. 578. seq.

mixtura, §. 3. Si palpitatio à flatibus oriatur, medicamentis tum incidentibus & discutientibus tum acrimoniam, acidam præsertim, temperantibus utendum erit. *Mixtura Sylviana* h) hæc erit:

Rec. aqv. petroselin. fœnic. an. unc. j. & sem. vit. Matthiol. unc. j. ol. *macis dest* g. IV. Sp. armoniac. g. XX. laud. opiat g. iij. sir. menth. unc. j. D. singulis horæ quadrantibus cochl. j. donec. æger sentiat levamen.

Jüngken i] hanc offert:

℞. Aqv. epil. L. hirund. c. castor. melissi c. vin. an. unc. ij. vit. Matth. unc. sem ess. betz. dr. j. & sem. tinct. castor. croci an. dr. sem. anod. scr. j. sal. volat oleosi, *macis* scr. ij. Sirup. cinam. unc sem. M. D. sœpius cochleatim.

Vinum, §. 4. *Vinum* pro Comite quodam tale erat apud *Craton.* k)

℞. Absinth. card. bened. an. M. j. rosmarin. majoran. lingv. cervin. an. M. sem R. polyp. rec. unc. iij. fol. sen. orient unc. ij. Rad. mechoacann. unc. j. & sem. turpeth. unc. j. caryoph., *macis* an. dr. iij. M. D. ad chart.

elix. §. 5. *Elixiria* possunt esse talia:

Rec. cinam. el. unc. vj. caryoph. cardamom. lign. aloës opt. an. dr. j. & sem. san-

h) L. I. Prax. c. 35. p. 359. i] in Vad. mec. p. 220. k) L. iij. cons. 10. p. 89.

ſantal. citr. dr. ij. *N. M. macis* an. dr. j. pulveriſat. mediocriter omnibus add. ſp. vin. puriſſ. libr. vij. & ſem. & permiſtis omnibus in vitreo vaſe clauſo orificio ſic reſervent. per menſ. ſingulis dieb. ter quaterve agitando, & commiſcendo: poſtremo die, ubi perfectè reſederint, percolent. & colat. bene claræ add. ſir.è.cort. citr. libr. j. & ſem. moſch. ambr. an. ſcr. ſem. reſerv. in vitro bene obturato.

Aliud vid. apud *Sennertum.* l)

§. 6. Dilaudat *Mynſicht* m) *pulv.* ſuum polychreſtum imperialem, ſed ego tantas virtutes in eo non deprehendi. Add. lætif. Galen. & Rhaſ. in *Pharmacop Auguſtana.* n) *pulv.*

§. 7. Longè præſtantius *Electuarium Sennertianum* : o) *elect.*

Rec. Conſerv. borrag. bugloſſ. anth. tunic. an. unc. j. ros. unc. ſem. cort. citr. condit. dr. vj. *N. M.* condit. dr. j. pulv. caryoph. ſcr. ſem. c. ſirup. tunic. f. elect.

Rolfinc. in palpitatione cordis virgini roborantia & alterantia inter ſimul cor, una cum tempore paroxysmi ad curationem, tum extra id ad præſervationem convenientia, etiam hoc dedit: p)

Rec. conſ. ros. Vitriolat. meliſſ. agerati an. unc.

l) l. c. p. 399. m) l. a. S. V. p. 123. n) p. m. 325. ſeq. o) l. c. p. 400. p) L. IV. conſ. 3. p. 421.

unc. j. condit. cort. aurant & citr. an. unc. sem *N. M. in India condit.* num j. pyror. muscat. condit. num. vj. Sp. diaplir. archont. diacalaminth. an. dr. j borac. officin. dr. sem. sirup. scorzon. & de artemis. an. q. s. f. elect., acidulet. Sp. sulf. q. s. ad grat. StärckLatwerge.

Crato hoc exhibet: q)

Rec. chebulor. condit. dr. vj. Zingib. condit. cort. citr. condit. an. unc. j. & sem. arant. condit. R. cich. condit. pyror. muscatell. condit. an. dr. iij. Nuc. cond. Ind. dr. ij. cons. borrag. anth. meliss. an. dr. iij. cinam. incis. dr. sem., *macis* incis. scr. sem. extract. meliss. galang. pœon. an. gr. ij gelatin. cydon. dr. vj. crasso modo incis. condit. f. elect:

Conf. alcherm. amara *Herc. Saxon.* pro palpitatione aliisque cordis affectibus à causa frigida differt à priori speciebus tantum & quantitate moschi. Nam loco specierum frigidarum ponuntur hæ:

Rec. cinam. caryoph. *N. M.* Zingib. Zedoar. galang. cardamom. spic. styr. calam. croci, Xyloaloës an. dr. j. ocymi, caryophillati dr. iij. moschi j. M. f. conserv. Dos. à. scr. j. ad dr. j. D. hor. 2. aut 3. ante cibum. r)

Platerianum hoc: s)

Rec.

q) L. III. cons. 9. p. 79. r) Müller. in mirac. cit. p. 79. s) L. I. obs. p. m. 220.

Rec. conserv. majoran. meliss. betonic. fl. rorismar. an. dr. j. fl. pœon. unc. j. & sem. cal. arom. Zingib. cort. citr. condit. an. unc. sem. pulv. sem. & rad. pœon. ac visci q. an. dr. j. ras. ebor. dr. j. & sem. cran. human. subtil. pulveris. dr. j. & sem. cinamom. dr. ij. *N. M.* dr. j. Sp. plir. arch. dr. sem. c. sirup. cons. citr. f. elect. Dos. alternis dieb. dr. j. mane, superbibendo aq. salv. c. pauco vino.

§. 8. In palpitatione ex copia serosa *Horst.* *tales morsulos* præbuit: t) *morsuli.*

Rec. Conserv. ros. antiq. dr. iij. coriand. præp. dr. sem. *N.* M. oliban. an. scr. j. mastic. liqvirit. ras. an. scr. sem. cubeb. dr. sem. sacch. in aq. ros. solut. unc. IV. F. l. a. morsuli.

Addo *Grülingianos*: u)

Rec. Cort. citr. condit. pulv. citr. condit. an. dr. ij mag. corall. & perlar. an. scr. j. Sal. cinamom scr. sem. cinam. crass. incis. dr. j. *macis* dr. sem. extr. croc. g. xii. ol. succin. alb. g. iij. *macis* g. ij. Sacch. albiss. unc. V. & sem. diss. in aq. borrag. & cinnam. q. s. f. morsuli.

Nec reticebo *Sennertianos* in cordis intemperie frigida utiles: vv)

Rec. amygd. d. pistac. an. unc j. pinear. dr. vj.

t) L. *III.* obs. 18. p. 187. u) C. I. obs. 44. vv) l. a. p. 400.

vi. carn. citr. condit. unc. j. *N.M. in Ind. condit.* dr. vi. cort. citr. condit. dr. iij. zingib. in Ind. condit. unç. sem. *macis* dr. j. cinam. dr. j. & sem. Fructus macerent. per noct. unam in aq. ros. & aromata cum iis incidant. & fragrant. mediocriter, add. Sacch. albiss. unc. XX. in aq. ros. solut. in fine admisc. mosch. opt. g. IX. ol. cinam. g. vi. f. morsul. deaurandi.

rotul. §. 9. *Rotulæ Thonerianæ* hæ sunt: x]

Rec. Sp. arom. caryoph. scr. iv. diagal. scr. ij. diambr. scr. j. *ol stillat. macis* g. iv. sacch. in aq. meliss. diss. unc. iv. f. rotulæ.

In angustia cordis idem sic dat: y)

Rec. Sp. diambr. diamosch. d., diaxyl. an. scr. ij. conf. alcherm. scr. i. *ol. dest. macis*, succin an. g. iij sacch. in aq. ros. & lavend dissol. unc. iv. f. rotulæ.

Cratonianæ tales: z)

℞. Extract. aromat. rosat. scr. sem. extr. galang. zedoar. pœon. an. g. ij. margarit. præp. corall. rub. præp. an. scr. sem. conserv. ros. dr. ij. sacch. albiss. unc. iij. diss. in aq. meliss. & ros. an. q. s. affusis ol. cinamom. & *macis* an. g. i. f. conf. in rotulis.

balsam. §. 10. Virgini §. 7. allegatæ *Rolfinc.* a) hunc *balsamum* dabat:

Rec. *Ol. N.M. expr.* dr. ij. angelic. succin. citr. meliss. an. g. X. junip. dest. scr. I. f. balsam.

x) L. *III.* obs. 1. p. 134. y] l. c. p. 135. z) L. *III.* cons. 9. p. 81. a) l. c.

sam. cordis regioni mane & vesperi inungendus.

chopsianus apud *Horstium* hic: b)

ec. Balsam rof.dr.1.citri dr.sem. ol. camph. g. iv. *N.M.per expr.* sem.M.

lorstianus talis: c)

Rec. *Ol. N.M. per expr.* unc. 1. fœnicul. destill.unc.sem.probe misc.add.tinct.fœnic.unc.iij.sensim M.& adde Sal. fœnic. scr.sem.M.F.balsam.

.. *J.G. Tack* hoc suppeditabit: d)

Rec: *Ol. N.M.expr.* dr.ij.extr.angelic. zedoar.an.scr.1.bals. citri scr. sem. ol. cinam. caryoph. carbuncul. an. g. iij. mosch g.iij.M.D.S. Hertz-Balsam.

§. 11. Nobile quoque *epithema Mynicht.* e) *epithem.*

Rec. Aqv. majoran. basilic. meliss. rof.an. unc.iij. vin.malvat.acet.rof.an.unc.1. Sp. de gemmis calid.,diambr., diamosch. d. an.dr.1.lign.aloës *macis* an.scr.ij.cinam. anth.an.dr.sem,oss. de cord. cerv., margarit.præp. corall.r. præp. cort. citr. an. scr.1.lap.5.pretios.præp.an.scr.1. M. pro epithem.cord.

§. 12. *Linimentum* hoc exhibet *Sennertus* in cordis intemperie frigida: f) *linim.*

b) L. *III.* obs. 18. p. m. 185. c) l.c. p. 187. d) in diss. inaug. de h. m. p. 20. e) l. a. S. XXIV. p. 373. f) l. c. p. 400.

Rec. Ambr. liquid. *ol. N. M. expr.* conf alcherm.an.dr.sem.ol.destill.citr.& melliss.an.scr.sem.F.liniment.

Horst. ungventa conficit ex oleo citr. N. M rosat.c.succis & pulveribus cordialibus. g)

empl. §. 13. In palpitatione à flatu & vaporibus hoc *emplastrum* prostat apud Sennertum: h)

Rec. Ladani puri unc. sem.styr. calam. terebinth.mastich.an.dr.ij.ol.citr caryoph cinam.an. g.vi,mosch.ambr.an g.iij. subig.in mortar.pistill.calid.,add. sub fin. *ol.* N.M.*expr*,scr.ij.f.empl.

saccul. §. 14. *Sacculi* demum post inunctionem calidè regioni cordis imponendi suam quoque spondent operam; *Tackianus* hic: i)

Rec. Agalloch,*macis* an.dr.1.carioph.Ind. cort.citr.aurant.an.dr. 1.spic. celtic. dr. 1. fl.lavend.laur.an.P.ij. & sem. , sem. ocimi scr.ij. f.pulv.gross. pro sacculo.

Riverianus talis: k)

Rec. Ros. rubr. & fl. rorismar.an.dr.ij.fl. lavend. dr.j.sem. angelic. cort. citr. caryoph.,cinam.,*macis*, an.dr. sem. croci scr. j. mosch.ambr.an. gr. vj. c. sindon. rubr.f.saccul.,qui irroret.vin. & aq. ros. ac applic.tepidè regioni cordis.

Jüngkenianus ita fit : l)

Rec.

g) l. c. p. 171. h) l. c. p. 413. i) l. c. p. 21. k) L. *III.* c. 3. p. 95. l] in Praxi med. p. 767.

℞. Croc. or. j. dr fl. tunic. dr. ij. cardamom. *macis*,. cinam., lign. aloës an. dr. sem. camph. castor. an. scr. sem. incis. & cont. includ. saccul. & c. aq. ros. fragrantiss., fl. naph. & acet. fl. tunic. q. s. calid. fact, applic. in' plures ? excute *Sennertum* m) *Horst*. n) *rüling*. o) seu *Cratonem*. p)

§. 15. Crederet aliquis, cor, ceu primum *obs.* vens & ultimum moriens, tàm sanctè sub mbone Naturæ custodiri, ut aliquam saltem cemtionem præ ceteris visceribus haberet. ed eosdem patitur manes, nec ullo gaudet rivilegio, quod CL. *Mœbius* q) cum *Sachsio* ostro r] synopticè probavit. Annon D. D. *Horst* s) refert de *verme alato* in pueri orde Confluentiæ reperto ? Annon *Severini* t) *angvem bifidum* flagellosum nobis sit in lævo cordis sinu notatum ? Annon ex elationibus publicis anni MDCLXXXVI. Decembr. st. n. Lutetiâ Parisiorum accepimus, è Principis cujusdam Galli corde prorepsisse *serpentem*, & adhuc in eodem viscere multos alios inventos esse vermes ? D. *Keller*, Practicus Nordhusanus, vidit in Illustri

Acad.

m) l. c. p. 400. & p. 412. n) l. a. p. 171.) C. *III*. p. 55. p) L. *III*. obs. 9, p. 80. & onsf. 10. p. 90. q) in Fund. Med. Physiolog. . 22. p. 280. seqq. r) in oceano Macro microcosmico §. 36. & Dec. I. Eph. ann. I. obs. 1. in schol. s] in manuduct. Medicin. P. I. c. S, 2, p, 43. t) L. de abscessib. nat. p. 281.

Acad. Julia in sinistro cordis ventriculo ciconiæ sex *candidissimos vermiculos*, crassitie & longitudine aciculam æquantes. Alebat rusticus *Lüchtringæ* ad Visurgim suem satis pingvem, quæ dolores suos interiores crebrior grunnitu, & insolitâ corporis jactatione subinde testabatur. Interim nemo divinare poterat, quid detrimenti passa sit bestia. Cœpit tandem sensim emaciari, cibos pertinaciter fastidiens. Mactatur ergo. Sed ecce, cum ad cor ventum esset, integer in eo *nidus minorum vermium alatorum* plenus, qui totam substantiam ejus ferè exederant. Singuli habebant sex pedes, quorum omnes tribus articulis bellè & subtiliter distincti, longi etiam & alti, in fine & initio nigricantes, in medio verò aliqualiter rubicundi: Alæ cinericei coloris, proboscide acutâ quilibet armatus. *Glükstadij* monstrabat mihi Aô. MDCLXXIV lanio cor bovinum recens extractum, cui utrinque firmiter adhærebant *bini minutuli scarabæi cornuti*, quos Schröter vocamus, viscere non ampliùs integro. Et circa anatis cor ipsemet olim pusillum deprehendi *serpentulum*, gyros suos mirè facientem. Hildesij in corde gallinæ *atra* visa est *eruca* tetri odoris: In picæ vivæ corde *tarmi* qvatuor, quos Fleisch-Maden vocant. u)

CAP.

u) Add. Boneti Medicin. Septentrion. L. *II*, S. XIX. c. 15. p. 479.

CAP. VIII.

DE USU N. M. IN DELIQVIO ANIMI VIRIUMQVE IMBECILLITATE.

§. I.

TAm artificioſo, DEO ſic volente, omnia in hoc univerſo cohærent ordine, tamqve arctâ inter ſe fœderis lege copulantur, ut, qui attentè id expendat, non poſſit non cum *Hippocrate* agnoſcere ξύῤῥοιαν μίαν, ξυμπάθεα πάντα. Hoc, ſi qui alij, à longo jam tempore probè obſervârunt Celeberrimi quique Medici, genuini Ἰατρῶν παῖδες, Artisque ſuæ fundamenta nobis reliquêre non minùs ſcientifica & vera, quàm quæ in demonſtrationibus Phyſicis occurrunt. Cùm enim in hisce adornandis Phyſici ad id præcipuè reſpiciant, ut formatâ ex varij generis obſervationibus hypotheſi, omnia phœnomena planisſimè deduci queant: Medici ſimili planè ratione varias inſtituunt obſervationes, & hinc res tùm non naturales, tùm naturales, tùm etiam præternaturales ſedulò attendunt, deinde conſiderant, quidnam illud ſit, quod afficiatur, an partes, an humores, an ſpiritus; cùm que de horum eſſentia, ſtructura & uſu variis confirmati ſint experimentis, facilè diverſos afficiendi modos concipiunt, atque hinc tandem eliciunt cauſam ali-

liquam per naturam, omnibus ſolvendis & explicandis Symptomatibꝰ aptam. Hanc methodum ego quoque ſequor, utinam feliliciter!

Aqv. §. 2. Quamvis multæ paſſim proſtent *aquæ*, ſeligemus tamen potiores, ut aquam cordial. calid. *Dorncreil.* vv] & *Mynſichti*, x) D. P. H apud *Birlingium*, y) *auream* & cordiacam *Döreri* apud Eundem, z) aq. *vitæ compoſit.* Auguſtan. a) Temperatiorem habet ſeqvens formula. b]

Rec. Aq. fl. arant. bugloſſ. lil. convall. ceraſ. n. meliſſ. citrat. roſ. viol. an. legitimè & ferè ſine additione aq. ſimpl. ſtill. libr. j. vin. malvat. libr. ij. quibus immergant. ſucceſſivè H. recent. baſilic. majoran. meliſſ. an. unc. iij. fl. recent. anth. c. fol. borrag. bugloſſ. an. unc. j. & ſem. roſ. cont. & ſale cond. libr. j. tunic. unc. iv. cinam. acut. unc. iij. cort. rec. arantior. citri extim. an. unc. iv. *N. M.* unc. ij. *macis* unc. j. & ſem. factâ digeſtione ſufficiente, deſtill. in arena, juncturis vaſor. luto bene clauſis, ne quid exſpiret, capitello tamen, & porrò aq. jam dum deſtillat. immiſſ. & immerſ. croc. auſtriac. dr. ij. lign. aloës gum. odorif. dr. iij. moſch. & ambr. ſi lubet an. ſcr. ſem.

Erit

vv) P. *II.* diſpens. nov. c. 6. p. m. 32. x) l. c. S. XIX. p. 306. y) l. c. 5. p. 21. z) p. 33. & 35. a] Ph. Aug. Cl. XV. p. m. 538. & in Pharm. Reg. p. m. 893. b) append. ad animadvers. Zvvelf. p. m. 50.

Erit aqua cordi roboranda præstantissima, tàm internè assumta, quàm externè regioni cordis & pulsibus admota.

Vel: Rec. Aq. ceras.n.fragor.lil.convall.me-
lis.citrat.ros.fragrant. de rub. idæo an.
sine additione aq. simpl. stillat. libr. ij.
quib. immerg. successivè tempore veris
H. recent. basilic.meliss. citrat.an.unc.
vj.fl. recent. arant. anth.c. fol. bugloss.
citr. an. unc. iv. fl. lil. convall. recent.
lib. j. til. tunic. viol. mart. an. unc. iv.
R. ireos odorat. fl. unc. iij. *macis*, unc.
ij. cort. citr. rec. extim. arant. rec. an.
unc. iv. factâ post maceratione suffi-
ciente destillent., alembic. nostro im-
miss. & in petia ligat. lign. aloës opt.
rhodii an. dr. iij. & si lubet mosch. o-
rient. scr. sem. ambr. grys. scr. j. f. aq.
cordial. nobilissima. c)

Vel adhibe aq. *Zwelferi* d) aq. vit. cordial. *Mylij*, e) aq. externè usurpandam *D. Mavij*, f) adde Dorncreil. g) & *Tiling.*, h) aq. *carbunculi* P. A. R. & *odorifer.* eorundem, i) *Sennert.* k) & *Jüngken.* l) & alias.

§. 3.

c) app. in Ph. Reg. p. m. 169. d) in Ph. A. p. m. 531. & in Ph. Reg. p. 893. e) Pharmac. Spagyr. pract. L. I. c. 6. f) Birling. l.c. p. 29. g) l. a. p. 20. h) prodr. prax. chymiatr. Cl. II. tit. 7. p. 432. i) p. m. 532. k) L. I. P. IV. c. 4. p. 419. & c. 6. p. 430. l) lex. pharmaçevt. p. 25.

potio, §. 3. Potio Bruelis hæc;

Rec. Rad. fœnic. petrosel. an. unc. j. angelic. dr. iij. fol. meliss. fl. borrag. bugl. an. M. j. cort. citr. unc. j. sem. anis. glycirrhitz. ras. an. dr. V. agaric. alb. & levis dr. ij. Zingib. dr. sem. rhab. dr. j. *N. M.* cinam. an. scr. ij. coq. in aq. s. q. ad libr. j. & sem. col. add. sirup. byzant. unc. ij. de cort. citr. unc. j. diaphænic. dr. vij. M. f. potio.

Vel: Rec. auri potabil. ver. g. ij. ol. perlar. c. *N. M.* dissol. g. V. ol. succin. g. ij. exhib. in aq. lil. convall. mane jejuno stomacho.

Vel: Rec. *ol. N. M.* g. vj. ol. caryoph. g. iv. succin. g. iij. D. c. Sp. vini rectif. n)

liquor, §. 4. *Liquor Joelis,* o) quô regio cordis inungatur, talis:

Rec. Aq. ros. meliss. vin. cretic. an unc. j. *ol. è N.* M. *dest.* & angelic. an dr. sem. ol. cinam. scr. sem. caryoph scr. j. M. & parum calef. ante usum.

Alium vide apud *Sylvium.* p)

Vinum, §. 5. *Vinum Sylvianum* tale: q]

Rec. Rad. cal. aromat., elenii an. dr. ij fol. majoran. salv. an. M. I. fl. rorism caryoph. stæch. arab. an. P. ij. sem. po

ly

m) l. c. p. 246. n) Petræus diss. harmon XX. p. 360. o) L. III. Pract. S. 2. p. 288. p L. I. Pr. c. 34. p. m. 353. q] l. c. p. 344.

lymont. fœnic. dulc. cinam. acul. acut. an. dr. ij. *N. M.* cort. aurant. sicc. an. dr. j. D. in sacculo.

In adultis & frigidioribus maximè confortans *Spirit. vini aromatic. Mynsicht.* r) nec non *sirupus* ejusdem cordialis. s)

§. 6. *Essentia* cordialis odorifera D. B. B. haec: *essent.*

Rec. ol. cinam. ver. scr. j. caryoph. *N. M. stillat.* an. scr. sem, ros. ver. g. vj. super aq. damascen. collect. g. viij. vel quantum in una destillatione haberi potest, Sp. vin. tartarisat., rosat, & c. aliquot granis armon. volat. impraegnat. unc. viij. Diger. in vas. opt. clauso per aliquot dies, postea add. Essent. mosch. ambrat. ad. pl. e. g. g. viij. ad XVI. Dos. gr. iij. ad vj. in vin. vel aq. cinam. admiscet. & aliis cordialibus.

§. 7. *Confectio* cordialis Diamusci *Renodaei* videatur in dispensat. *Dorncreil.* t) *pulvis* vitae Comites de *Salburg*, nec non alius *N M.* exaltatus apud *Birling.* u) Pulv. cordial. de *Spina* hic est: *pulv.*

Rec. Sp. diamarg. fr. dr. j. marg. praep. scr. j. cor. r. dr. sem. oss. de corde cerv. scr. sem. lap. betz. scr. j. cinam. scr. ij. *macis* scr. j. croc. g. V. sem. citri excort.

r] l. c. S. XVIII. p. 275. s) l. c. S. XVI. p. 259. t] P. II. c. 7. p. 34. u) l. c. 20. p. p. 217. seq.

scr. IV, man. Christ. perlat. unc. j. fol. auri num. iij. f. pulv. vv)

elect: Add. Spec. rosat. novell. *Galeni.* x)

§. 8. *Electuarium* de *cinamomo* Norinberg. hoc est; y)

Rec. Succolad. ind. unc. iij *N. M. cond.* dr. ij. & sem. sir. cinam. q. s. M. f. elect. add. conf. alcherm. compl. unc. j. ess. ambr. sicc. ol. cinamom. an. dr. ij. ros. g. IV. fol. aur. Hungar. num. XXX. M.

Add. *elect.*, seu confect. cordial. *Zwelferi.* z) Pretiosa confectio *Mynsichti*, a) qua de publicè affirmat; contra tremorem & pulsationem cordis animique deliquia, medicamentum *mirabilius*, *præstantius*, *efficaciusque in tota Rep. Medica* non haberi. Dos. à dr. sem. ad dr. j. per se, vel in vehiculis appropriatis. Bonæ etiam virtutis *Elect: cordial. Dornclreil.* b)

Rec. Conserv. ros. recent. Sp. de gemm. frig. an. unc. j. & sem. ol. cinam. scr. ij. & sem., caryoph. scr. sem. *macis per expr.* dr. j. mosch. scr. sem. fol. aur. fin. num. XV. margarit. præp. dr. j. & sem. f. c. sir. acetos. citr. elect. quod naturæ humanæ admodum familiare & amicum est. Dosis à dr. sem. ad integram.

Ri-

vv) l. a. p. 751. x) Id. p. 862. y) Id. p. 299. z) Id. p. 310. a) S. XIII. p. 218. b) l. c. P. II. c. 7. p. 53.

Riverianum hoc: c)

Rec. Conserv. ros. bugloss. borrag. & caryoph. nostrat. an. unc. j. cort. citr. condit. *N. M. condit.* an. dr. iij myrob. condit. num. 1. conf. alcherm. unc. sem. sp. ros. & essent. citr. an. dr. sem., ess. cinam. g. vj. c. sirup. de pomis f. opiat., quâ frequenter utatur.

Bruelianum hoc; d)

Rec. Cort. citr. cinamom. *macis N. M.* an. dr. j. mastich. caryoph. en. dr. sem. mithrid. opt. dr. j & sem. elect. de gemmis scr. ij. conf. bugloss. unc. j, anth. unc. sem. sirup. de pomis dulcib. q. s. f. elect. molle.

Adde *elect.*: opiatum nobile *Tilingij* e] & *Herc. Saxoniæ* apud *Sennertum*. f)

§. 9. In lipothymia viriumque jactura cum molestâ tussi seqventes *pilulas* de succino alternis vesperis ante somnum concessit *Horstius*: g) *pilul.*

Rec. Succin. alb. præp. mastich. sel. albiss. an. dr. ij. aloës rosat. unc. sem. CC. ust. præp. aristol. vulg. rot. an. scr. ij. bals. fœnic. *ol. N. M. per express.* an. scr. j. *pulv.* N. M. scr. sem. c. sirup. de menth. f. pilul. ex dr. j. num. XXX.

Pilulæ smaragdinæ Mynsicht. h) somnia gravia

c) L. III. Prax. c. 2. p. 93. d] l. a. p. 247. e) de opio P. IV. c. 14. p. 383. seq. f) l. c. p. 414. g) L. III, obs. 17. h) l. c. S. VI. p. m. 144.

via & terribilia (quæ aliàs valde debilitant,) arcent somnumque inducunt, & in confortandis spiritibus vitalibus totiusque corporis plurimum valent. Dos. hor. somni scr. j.

morsuli, §. 10. *Morsuli* pretiosi *cordiales Dorncreil.* hi sunt; i)

Rec. Succ. citr. express. & per resident. depurat. dr. vj. vel q. s. cort. citr. seu limon. recent. incis. dr. iij. cons. fl. citr., aurant. ros. r. recent. an. dr. j. margarit. præp. smaragd. præp. an. scr. sem. CC. philos. scr. j. *macis* scr. sem. sp. citr. g. ix. sacch. alb. in aq. ros. & cinamom. diaborrag. diss. f. morsul.

rotulæ, Add. *morsellos cordiales* Norimbergens. k) *Rotulæ Mynsichtianæ cordiales* l) & *rotul. aromatic.* ejusd. m) suâ laude non defraudandæ sunt. Dos. 2. 3. vel. 4. pro una vice

troschisc. §. 11. *Trochiscos sublingvales* ante somnum ore retinendos ita ordinavit *Horst.* n)

Rec Sp. diair s. dr. ij. sacch. cand. alb. dr. vj. pulv. ros. rub. scr. j. succ. glycirrhitz. *N. M.* ad pulv. incis. an. scr. sem c. infus. tragacant. in aq. ros. s. q. f trochisci parvi. Delicatuli ac ditiores utantur *trochiscis* cardialib. regiis. o)

Rec. sacch. albiss. libr. sem., solvat. in portiuncul

i) l. a. P. II. c. 7. p. 35. k) Spin. l. c. p. 613. l) l. c. S. VI. p. 158. m) l. c. p. 162. n) L. III. obs. 16. o) V. append. Pharm. Reg. p. m. 154.

tiuncul. aq. cinam. vel simpl., & ad consist. tabulati coq., in quo ab igne remoto dissolv. ambr. grys. dr. sem., add. Moschi oriental. opt. scr. j. in portiuncula Spirit. ros. dilut. & c. dr. iij. circiter sacch. pulv. permisti, cort. citr. arant. an. recent. extim. & subtiliss. contus. dr. iij. *elæosacch.* cinam. unc. j. ros. veri unc. sem. *macis* dr. iij. M. omnia exactè, & c. s. q. tragacanth. in aq. ros. solut., F. massa tenax, ex qua trochisc. efformandi, qui vires collapsas confortant, spiritus vitales & animales recreant ac insuper anhelitum gratum efficiunt.

§. 12. Quàm maximè etiam valet *Sal cordiale* à scr. sem. ad integr. in aq. cordial. sumtum; p) ut *elæosacch.* cordial. composit. in *medicam. singul. fascic. II. D. Bernitzij. Pomum ambræ* P. A. R. *acetum aromat.* odorifer. *Mynsicht.*, q] *epithema* ejusd. r) ac *Zwelferi*, s] nec non *cataplasma* ejusd. t) & *cucupha* Horstiana u) omni laude digna. *Sal, elæosacch. & alia.*

§. 13. *Balsamus Apini* vv) hic est: *balsam.*

℞. *Ol. N. M. expr.* dr. ij. balf. peruv. dr. j. ol. dest. cinam., caryoph. citr. an. g. iij. ambr. mosch. an. g. V. M.

p) Mynf. S. XI. p. 196. q) S. XXIII. p. 361. r) S. XXIV. p. 371. seq. s) app. in Pharmac. Reg. p. 175. t) l. c. p. 195. u) L. I. obs. 17. p. 183. vv] in disp. inaug. de h. m. c. 2. th. 2.

Bernitzianus talis : x)

Rec. Ungv. rub. pomat. Regin. Cæcil. unc. ſem. *ol.* N. M. *expr.*, ex cortic. citr. ſine igne extr. an. dr. j. ol. fl. aurant. Rom. ſcr. ij. ſtill. cinam. g. iv. caryoph. g. ij. moſch. ambr. an. g. iv. M. f. balſam.

Sennertianus iſte : y)

Rec. Ol. citr. caryoph. cinam. roriſmar. an. ſcr. ſem. ambr. moſch. an. g. vj. extract. croc. g. vij. conf. alcherm. ſcr. ſem. *ol.* N. M. *expr.* q. s. f. balſam. Extract. croc. & moſch. c. Sp. roſar. tantillo diluta *ol. nuciſt.* unà c. reliquis miſc. Adde *balſ. vit.* apud. *Schröder.* z)

ungvent. §. 14. Ungventa dabunt *Zwelferus*, a) *Weickard* & *Hörnig.* b) E quibus primum palmam ceteris facilè præripit. Denique ne ſignata medicamenta flocifacere videamur, ait *Petræus*, c) ex ſignatura cordi competere N. M. ſcio.

obſ. §. 15. Vir eruditus, Amicus noſter, ſeriis ſpeculationibus nimium intentus, magnum animi deliqvium patiebatur ipsô Sabbathi die circa veſperum, ut ſolus in muséo correret. Ancilla fortè ſcopis illud mundatura, offendit Virum cum ſtertore jacentem, affundit ergò urceum aquæ plenum, quem ſe-

x) l. c. p. 98. y) Spin. l. c. p. 168. z) l. c. p. m. 157. a) app. in Pharm. Reg. p. m. 184. b) Schröd. l. a. p. 308. c) diſſ. harmon. XX. p. m. 361.

ſecum ſumſerat, ſicque feliciter reſuſcitabat Virum laborioſiſſimum. Probatum & extemporaneum remedium eſt aſperſio aquæ frigidæ, imò & vetuſtisſimum, ſiqvidem jam apud *Homerum* d) Hectore vulnerato id in uſu erat. e) Imò in defectu alius liqvoris in itinere *urinâ* aſpersâ feliciter utebatur *Hildanus.* f)

CAP. IX.

DE USU N. M. IN SANGVINE COAGULATO.

§. I.

SI motus circulatorius rectè ſe habeat, ſangvis utique præſervatur à coagulatione & grumeſcentia, partim etiam à putredine. Qvod concretionem, videmus aquas motu ipſarum impedito non ſolum craſſeſcere, & lentore qs. qvodam pigro infici, ſed & concreſcere, imò accedente facultate lithopoëtica incruſtari, lapideſcere, & cryſtallinum pavimentum exhibere. Similiter, rarius licèt, impedito à crasſiori ſangvine, ab aliis variis, interdum abditis, cauſis, circulationis motu ſangvinem in ipſis venis qs. concretum fuiſſe, è diverſis ſcriptoribus probat *Sachſius* noſter. g) At gloria Tibi in excelſis,

d) Iliad. XIV. e) V. Rolfinc. epit. aff. part. L. II. P. 2. p. 174. f) epiſt. 43. g) in ocean. macro-microcosmic. §. 136.

Domine, quod & hanc glaciem *nuce* nostrâ fregeris.

obs. §. 2. Ceciderat rusticus adolescens de curru fœnio onusto in aream. Ad impediendam sangvinis grumescentiam sumsit à barbitonsore decoct. marrub. albi, salv. & hed. terrestr., insperso pulv. *N. M.* & mox melius rectiusqve se habuit. Pari modo puer præceps per scalas deciderat, quoque sangvis grumescens dissolveretur, dedit eidem D. *Franck*, Med. Ulmensis. Amicus noster, *veronicæ* decoctum, alio istiusmodi subsidii genere non indigenti h)

alia, §. 3. Puella septennis scalâ delapsa sangvinem copiosè evomebat, quem ocius supprimunt Parentes, filiâ in cymbam Charontis detrusâ. Altero die ad Parochum istius loci vocor. Advolat schedula opem meam implorans. Cum nil ad manus esset præter *pingvedinem humanam*, ad alios usus reservandam, memor *Horstiani* moniti, i) dedi portiunculam puellæ, qua de singulis matutinis in jusculo à dr. ij. ad tres ferè capiebat. Dici vix potest quàm laudabili cum successu. Concretus quippe sangvis per tussim screatumque frustatim, citra molestiam, rejectus, doloribus punctionibusqve, quæ lancinârant puellam, ex voto profligatis.

alia, §. 4. *Mercurium vivum* potum sangvinem coa-

h) V. Ej. veronic. theezans p. 134. i) V. Hildan. C. II. p. 340.

coagulare credebat *Primeros.* k) quod verò in dubium vocat *Garmannus* noster. l] *Heræus*, Pharmacopœus Hanoviensis, sanguinem decollati per alembicum destillârat aquamque exrractam in duobus vitris bene tectis per rigidissimam hyemem limpidam, claram, nec congelatam conservaverat. Quod miratus cum postea alterum ex his vitris teneret manibus, iterumque reponeret, statim congelatam sensit, altero adhuc intacto claro remanente. m) num propter ἀντιπερίστασιν, seu ob commotas aquæ diversas atomos?

§. 5. De honesta muliere, quæ à partu *alia*, summis doloribus ob concretum sangvinem laborabat, sumtô autem *spermate ceti* recenti in decocto salviæ, Zedoar. & cortic. aurant brevî liberabatur, egimus in *Salvia* nostra. n) Qvam historiolam allegans D. *Joseph. Lanzon.* o) subdit: ego curavi feminam quandam sola exhibitione *Spermatis ceti recentis* in decocto artemisiæ.

CAP. X.

DE USU N. M. IN ASTHMATE & PERIPNEVMONIA.

§. 1.

Qvicqvid vivit, per aërem vivit, seu trans-

k) L. IV. de error. vulg. c. 29. l) Dec. I. Eph. a. I. obs. 148. m) eâd. Dec. ann. II. obs. 177. n) S. II. M. 8. c. 4. o) Dec. III. Ephem. ann. I. obs. 41.

transſpirando & perſpirando, vel inſpirando & exſpirando conſervetur lucula vitalis. Radicata enim hæc ipſa in caldo & humido flammam æmulatur ferè naturalem; quæ liberiori expoſita aëri lucidisſima apparet, loco aliâs anguſtiori occluſa propriis exhalationibus calidis ſulfureis facilè ſuffocanda; ita inevitabili necesſitate ignis corporis viventis ventilari debet ab eôdem aëre, tanquàm à folle carbonum ſtrues ignita, ut exſuſcitetur, moveatur, & ab exhalationibus fuliginoſis continuè evaporantibus liberetur. Quem in finem condita machina pnevmonica, mobilis & veſicularis pulmo, cujus beneficio ſi viæ per immittenda ac emittenda ſunt liberæ, ſuſtentaculum illud corporis noſtri duci, reduci, & conſequenter, quamdiu ventilandi ſangvinis & ſeri energia ſe bene habet, vita in ſuo vigore conſervari poteſt. Si verò contrà vel ipſius organi recipientis vel partium adminiſtrantium vitium in & egreſſuro aëri via præcluditur, confeſtim ſuffocaturi qs. cum vitæ periculo anxiè & ſuſpirioſè auram quærimus liberam. Hæc inter *aſthma*, creberrimus affectus, mortales miſerè divexat, ſed ſublevatur à N. M.

sqv. §. 2. *Aquam aſthmaticam* nuciſtâ auctam vide apud *Lentilium.* p) Pectoralem *Mynſicht.* q] aſthmatic. *Zwelferi* r) magni uſus eſſe,

p) P. III. miſcell. p. 71. q) S. XIX. p. 298. r) Spin. l. c. p. 33.

esse, experientia testatur. *Aqua* seu essent. *asthm. Zwelf.* s) præstantissima est, quam transcribo:

℞. Rad. enul. camp. ireos fl. an. unc. iij. scill. rec. non. præp. unc. iv. H. rec. calaminth. hyssop. salv. pulmonar. macul. rorismar. an. unc. j. & sem., Sem. anis. unc. ij. eruc. nasturt. an. unc. j. & sem. croc. austr. dr. iij. camph. dr. ij. cinam. acut. unc. ij. incis. cont. & cucurbit. vitr. immiss. aff. aq. hyssop. N. M. dest. sp. vin. opt. an. libr. iij. stent in digestion. loc. calid. postea per alemb. in M. B. dest. ; nostro capitelli immissi. Sal. armon. sublim. unc. sem. benz. styr. calam. an. dr. j. & sem. ad siccit. specier. aq. destill. interim asserv. Ex specieb. in fundo cucurbit. relict. beneficio sp. vin. extract. ut moris est, quod, si libet. aq. jam dest. jungatur, & post aliqualem digestion. filtrata essent. servet. Vel extract. per se asservat. unà cum aq. destillat., in competenti quantitate, quoties expetitur, propinari potest, sirup. aliq. asthmat. dulcoratum.

J. G. Schmied, peritissimus Practicus, aq. huic semper admiscebat N. M. & *macim*, nunquam sine optato successu.

§. 5. Bonum etiam *Claretum* pectorale *claret.* *Hof-*

s) in Pharm. Reg. p. m. 890.

Hofmanni & de *Spina.* t) *Sirup. de peto* composit. *mace* constat, u) uti asthmatic. *Zwelferianus.* vv) Paracelsus x) de Sole tale compositum ad dolores matricis & peripnevmoniam describit:

composit. Rec. Solis extinct. ab aq. chelid. unc. xiii. myrob. ind. chebul. an. dr. j. reduc ad digestion. per hebdomad. c. separat. aq. s. aquos. superfl. D. à scr. j. ad dr. j. add. *ol N. M. expr.* unc. sem. ol. caryoph. dr. j. Sol. præp. scr. j. D. à scr. sem. ad integrum. y)

§. 4. Maximè etiam commendant Practici in asthmate nicotianam, ex ea inprimis *oxym:* confectum oxymel, quale ad imitationem *Quercetani* ita fieri potest:

Rec. Fol nicotian. siccat. unc. j. & sem. R. helen. unc. j. H. Hyssop. fl. farfar. an. M. ij. fol. senæ unc. j. sem. anis. dr. iij. *macis* dr. j. cinam. dr. ij. incis. & cont. aff. acet. opt. libr. ij. stent in infus per 3. dies, tunc coq. & postea colat. add. Mell. purat. unc. j. & sem. & coq. adhuc parùm S. tunc oxymel ad usum. Dos. est cochl. ij. cum aq. hyssop. veronic. &c.

Resolvit potenter & evacuat, ἄνω καὶ κάτω. z) §. 5.

t) l. c. p. 224. Add. Mynf. S. XXII. p. 355. u) Qvercet: l. c. c. 12. p 24. o. vv) Spin. l. c. p. 911. x) L. de præpar. tr. 5. de metallis, y) conf. Petræi diss. harmon. XVI. §. 39. p. 307. z) Jüngken, Prax. med. p. 126.

§. 5. *Elect.* diabutyr. aſthmat. *Fiſcheri* a) *elect:*
non temnendum erit, *Lotich.* b) producit Vitium peripnevmonia vexatum, cui alia inter ordinabat liniment. ſtomachic. *linim.*

℞. Ol.ſtom. Craton. unc. ſem. ol. cydon. menth. an. dr. ij. *ol. N.M.* expr. ſcr. j. caryoph. deſt. & *ol. N.* M. an. g. iv. c. pauca cer. f. linim. Quô ventriculi regionem mane ac veſperi calidè inung.

§. 6. Puella trium annorum, à variolis redemta, ſed *aſthmatica* adhuc, curabatur abs avia ſolô ſirupô violarum martiarum, quem quotidie, tantùm non ſingulis horis, lambebat. Aliquando noctu plantis pedum, ad arcendum frigus hyemale, ſuppoſito ſacculo nucleis ceraſorum repleto, inque fornace calefacto, cœpit ſudare. Avia abſtergit, mane autem induſiolum infantis colore planè violaceo tinctum reprehendit, quod curioſitatis gratiâ mihi monſtrabat. De odore *violaceo* in urina ejusque ratione vid. *Borell.* c) *obſ.*

§. 7. Juvenis ex aſthmate hereditario decumbens hâc utebatur mixturâ: *alia,*

Rec. Aq. aſthm. Rudolf. N.M. an. unc. ij. ſir. cap. vener. unc. ſem. *ol. N.* M. *deſt.* ſcr. ſem. M.D. cochleatim.

Hereditarium eſſe aſthma, dicet tibi *Foreſtus.* d] Aliquando adhibebat ſperm. cet. ita dict. c. de-

a] Spin. p. 396. b) L. III. c. 3. obſ. 8. c] C. II. obſ. 33. d) L. VI. obſ. 9.

c.decoct.lign.sassafr.admixt.*ol.dest.* *N.* M. D[e]
natura & præparatione spermat. ceti ben[e]
discurrit D. *Elsner.* e] Quod verò officinæ li[-]
gnum sassafras vocant, radix quædam lignos[a]
arboris est. f]

MEMBRVM QVINTVM.

DE *AFFECTIBUS MAMMARUM*

CAP. I.

DE USU N. M. IN DOLORE MAMMARUM.

§. I.

MAmmas cum utero specialiùs consenti[-]
re, decantatum est passim, horumque
consensum & sympathiam *Hippocrates* ge[-]
neraliter innuit. g) Quô verò is celebretu[r]
modo, hoc inter eruditos hactenus fuit po[-]
mum Eridos. Productâ *Galeni*, *Riolani*, *High-*
mori & *Kyperi* sententiâ, tutissimam arbitra[-]
tur Doctissimus *Frommannus* h) *Rolfinccia-*
num, qui nec anastomosin, nec usum com[-]
municationis inter venas & arterias agno[-]
scit, sed amplissimo venæ cavæ mari omnem
hunc

e) Dec. I. Eph. ann. I. obs. 136. f) eâd.
Dec. & ann. obs. 152. g) I. aph. 37. 38. & 50.
h) disp. de consensu partium, §. 46.

unc conſenſum adſcribit. i) Quicquid ſit,
olatur hosce affectus, Nux à DEO nobis
lata.

§. 2. Uti figura *gammari* & *roſa* in mam- *obſ.*
na: Ita etiam N.M. Juvabit hiſtorias recen-
ere. Primaria quædam femina audiens, à
arito honeſtum quendam Virum ad pran-
ium eſſe invitatum, varia in foro coëmit,
uæ inter & gammari. Quibus verò acce-
tis, fortè ſupervenit famulus, nuncians, he-
um ſuum hâc vice abs' alio detineri, velle
men cœnæ intereſſe. Sic femina gamma-
os in ollam conjectos, & urticâ recenti con-
ectos, interim, aliud nunc actura, in proxi-
ium cubiculum defert, ibique ſub lecto ſuo
ponit. Prandio finito, & marito ad publi-
negotia redeunte ipſa, more ſveto, quieti
tradit, obque liberiorem reſpirationem &
tenſum canicutæ æſtum, tunc ἐν γαστρὶ
ἐχουσα, à pectoris regione omnia veſtimen-
ſubmovet, mammis partim nudis promi-
entibus. Interea aliquis gammarus cheſis
is librum, orificio ollæ ſuper impoſitum
otrudit, lectum conſcendit, & usque ad
extram feminæ mammam lentiùs progre-
tur, cui firmiter inhæret. Expergefacta il-
, & valde attonita, inſanum vociferatur.
dvolat famula, & tollit gammarum. Ipſa
ndem peperit puellam, veram & accuratam
gam-

i] diſſ. meth. Synthet. ex arat. L. V. c. 27.

gammari figuram in eadem mamma perpetuò gestantem, omnesque cancros, vivos pariter & coctos, angve pejus & cane devitantem.

alia, §3. De *rosa* hanc accipe. Formosa femina Batavia XVIII. tunc annorum & primùm gravida, in pergula circa vesperam æstate sola sedens fortè obdormiverat. Venit e symposio maritus, Amicus noster, cumque dormientem videret dilectam suam, furtim & suspenso gradu accedens, joci ergo *rosam rubram*, more sequioris sexûs, inter mamma pendentem, lentâ manu protraxit. Ipsa verò expergefacta & territa cœpit vociferari. Quam ut demulceret, nudis protractis mammis eandem rosam, amplexus & oscula inter crebriùs affricat, & tandem in locum suum reponit. Tertio abhinc mense parit puellam, in cujus læva mamilla manifesta elegantis *rosæ* delineamenta, sed pallidiora, quæ verò circa annos pubertatis saturatiùs rubuère, nunquam tamen magis & floridiùs quam Majo & Junio, si ceteræ in hortis florerent rosæ, & tùnc ab ebulliente ac acriori sangvine molestum aliquando sensit pruritum. Manantibus mensibus tota ista circumferentia palluit, quod uterque parens ingenuè mihi dixit. De *mamma mentulata* vid. *Ephem.* nostr. k)

§. 4. N. M. hanc D. *Schneefeld* nup-
con

k) Dec. II. ann. VII. obs. 123.

communicavit historiolam: Rustica gravida jubetur à Nobile sua inter alia aromata etiam tres N. M. ex urbe in villam afferre. Fecit: cumque nunc domum itura *nuces* chartæ involutas, more solito, ubera inter gestaret, suavi odore earum eximiè refecta, sæpiùs protractas naribus admovit, suumque in locum reposuit. At quid phantasia? Peperisse dicitur puellum, cui in pectore elegans N. M. signum visum est.

§. 5. Refert *Alexander*, Comes de Insula, l] puerperam alvi constipatione miserè excruciatam, quod malum etiam in parvulum suum derivârat, svasu mulierum, ut utrique consuleretur, nodulum è contuso *rhabarbaro* cerevisiæ pro potu ordinario immersisse, à quo alvus matris infantisque bene soluta, lac verò planè *luteum* factum in utraque mamma, quod tandem, ob *amaritiem*, puſio aversabatur. Remoto *rhabarbaro*, & lacti *niveus* rediit color. Curiosa & elegans hæc observatio asterisco digna. Sic *luteum sudorem*, etiam ab assumto *rhabarbaro*, in seipso notavit Excell: D. D. *Mentzel*, Consil. & Archiat. Elect. Brandenburg., Fautor, dum viveret, magni semper æstimatus m] De lacte puerperæ *absinthite* ex nimio *absinthij* usu lege *Acta Hafniensia*. n) Alia, quoties

alia,

Cc

l) in breviar. suo rer. memorab. m) Dec. I. Eph. ann. V. obs. 78. n) Vol. II. obs. 62.

ties filiolus ejus durioris alvi erat, sumebat in calido jusculo duo seu tria cochlearia *olei olivarum*, quod lac sapore, odore & pingvedine manifestè tinxit; quôque acceptô melius erat parvulo. o) Nostrates in tali casu infantibus exhibent *lac suillum*, à quo alvus quidem fit lubrica; sed vidi copiosum phlegma relictum, à quo ventris tormina, vigiliæ asthma, & alia mala suborta.

alia; §. 6. Villica multis abhinc annis valetudinaria peperit tandem puellam, quam vero cum ipsam lactare non posset, (siquidem omne lac ejus *nigrum* & *acidum*,) nec etiam aliam substituere nutricem; ocius decessit. Quis dubitat, puerperam hanc perfectè fuisse hypochondriacam? in his enim tale quid sœpe notamus. Quàm stupendum & vere inauditum, quod de semine hypochondriaci, *atramenti* instar nigerrimo, citra noxam emisso, retulit D. *Paterson.* p) De mira lactis diversitate in femina notabile exemplum dabit D. *Lyser.*, Medicus Nicopiensis; q)

alia, §. 7. Cerebrum addescente Lunâ augeri & senescente minui; quorundam opinatio est, quam *Salmuth* r) exemplo declarat. At vix credibile videtur CL. *Mœbio.* s] Sangvinem verò Lunâ plenâ vel nonnihil augeri, vel spirituosiorem fieri, ut vasa magis repleantu

o) Insulan. l. c. p] Dec. I. Eph. ann. I. obs. 63. q) obs. II. ad D. Bartholin. r) C. I. obs. 72. s) Fund, Med. Physiolog. c. 21. p. 591.

tur & distendantur, & per ista cerebrum magis intumescat nullum dubium est. Luna quippe rectrix humorum: Honestæ, formosæ & robustæ Virgini, quoties ante plenilunium ordinariè fluxus manabat menstruus, mammæ notabiliter flaccescentes detumescebant. Cessante verò flumine isto, rursus attollebantur in justam suam molem & tumorem. Mater, faceta Matrona, sæpius dicebat: Die Düttchen hebben die Ebbe und Bluth/ ie: Euripi instar crescunt & decrescunt. Adde elegans exemplum *Hofmannianum* de ventre puellæ Lunæ mutationes imitante. Nihil hîc dicam de *mensibus lacteis, de sexagenario lactante,* de *tribus papillis* triangularibus in *utraque mamma,* de mammis sine *papillis* in lactante, deque *mammis in tergo,* unicum adhuc subjungo exemplum de *pruritu mammarum* valde dolorifico.

§. 8. Femina post laboriosum partum sentiebat in mammis pruritum per intervalla recurrentem, mox verò constantem & summè dolorificum. Adhibebant mulieres varia, cuncta tamen cum tenui successu. Purgata mulier utebatur decocto, cumprimis ex fumaria, acetosa, trifolio fibrino, agrimonia, rad. caryophyllat. & *N. M.* parato, à quo dolor cum pruritu sensim diminuebatur, haud omissis tamen diaphoreticis. *alia,*

CAP. II.

DE USU N. M. IN LACTIS DEFECTU.

§. 1.

UT *lactis redundantia* in mammis matribus est molesta, ita *lactis defectus* & penuria infantibus ac sugentibus noxia est. Ita enim naturâ comparatum est, ut omnes feminellæ utero gerentes, & partum enixæ, si salubriter degant, lac in mammis futurum fœtu alimentum, in uberibus tanquàm in lagenula colligant ac gestent. t) Defectui huic subvenit *N. M.* saluberrima.

§. 2. Si obstructæ fuerint glandulæ, aut ductus lactiferi, omnia diaphoretica conveniun incidentia, aromatica, spirituosa eg.

℞. Aqv. puleg. meliss. fœnic. an. unc.
Sp. sal. ammon. g. XV. *ol. dest. mac*
succin. an. g. iij. sir. fœnic. dr. ij. M.D

pulv. §. 2. *Sebitzius* hunc dat *pulverem*: u)

Rec. cryftall. unc. sem. sem. fœnic. ani
an. dr. j. cinnam. Zingib. an. dr. sem
caryoph. *macis* an. dr. sem. f. pulv. su
til. D. dr. j. seu dr. j. & sem. c. vin

Alius *Winckleri* apud *Lentilium* hic
vv)

Re

t) Joël. L. III. Pr. S. 3. p. m. 293. u) T. Sp. M. Pr. P. V. S. 5. c. 16. p. 1714. vv) III, Miscell. med. p. 103.

Rec. Cryſtall. mont. præp. corall. alb. præp. margarit. præp. an. gr. XV. piper. long. ſcr. ij. & gr. V. ol. ſem. fœnic. g. XV. *macis* g. ij. ſacch. cand. dr. vj. f. l. a. pulv.

Adde præſtantiorem *Zwelferi*, x) & trageam de *Spina*, qvæ hæc: y)

Rec. Cryſt. præp. pr. iij. margarit. præp. ſcr. j. ſem. fœn. dr. ij. agn. caſt. dr. lact. dr. j & ſem. cinam. dr. j. macis ſcr. ſem. Zingib. gr. vj. ſem. cor. ſcr. j. ſacch. unc. iij. fol. aur. num. ij. f. tragéa dos. dr. j.

Speciebus *diacryſtall.*, quæ *Mynſichti* ſecretum ſunt, z] loco magarit. præp. nonnunquam pulv. *N. M.* ſubſtitui, nec ſine ſucceſſu in pauperioribus.

§. 3. *Rotulæ* ſeqventes apud *Dornereil.*, a) *rotulæ*, quas *Jüngken* quoqve habet, b] pro certo experimento habentur.

Rec. margarit. præp. dr. ſem. corall. r. præp. dr. j. & ſem. ol. ſtill. fœnic. dr. ij. & ſem. *macis* g. IV ſacch. fin. s. q. in aq. N. M. diſſol. libr. j. f. rotulæ.

Sebizius c) has commendat:

Rec. Cryſtall. præp. unc. ſem. corall. r. præp. dr. j. margarit. præp. macropi-

 per.

x) append. ad Pharm. Reg. p. m. 136. y) l. a. p. 994. z) S. V. p. 113. a) l. c. P. II. c. 6. p. m. 32. b) lex. pharmacevt. p. 196. c) l. c. p. 1713.

per. an. dr. sem. ol. sem. fœnic. scr. j. sacch. alb in aq. *N. M.* diss. unc. viij. f. orbicul. D. 4. seu 5. manè meridie & vesperi.

Conveniunt cum *Mynsichtianis* d).

obs. §. 4. Sanctè mihi retulit Nobilissima ac cordatissima Matrona, ex Generosa stirpe *Alefeldia*, se novisse rusticam, cujus è mammis lac viridiusculum, idque crassius, expressum sit. Simile quid habet *River.* e] de muliere Monspeliensi. Pilos virides alibi dedimus, uti sudorem viridem. Addidit Generosiss. Dn. de *Below*, sibi olim in Gallia datum fuisse emeticum, cujus violentiâ non tantum multi humores porracei rejecti, sed etiam sudor quidam viridiusculus ex corpore stillârit. *Weitzius*, Professor Soranus, lac vidit rubicundum in femina Dantiscana, à largiori usu vini cerasorum nigrorum. De urina viridi extra icterum vid. D. *Borrich.* f).

alia, §. 5. Primipara nuper lac, quod copiosissimum erat, ocius suppressura, ut alumnulum suum nutrici admoveret, omne id ad uterum derivavit, & per vulvam cum impetu qs. rejecit. Consensum uteri cum toto, specialius mammis, D. *Fromman* g] & *Mœbius* h] egre-

d] S. VII. p. 160. e) C. II. obs. 100. p. 202. f] Vid. Med. Septentrion. Bonet. L. III. S. XXIX. c. 21. p. 828. g] disp. de consens. part. corp. hum. §. 45. seq. h) Fund. Med. Physiolog. c. 20. p. 540. seqq.

egregiè delineârunt. Similia verò exempla notavit etiam *Andr. Laurentius*, i) De lacte per umbilicum copiosè excreto vid. obs. D. *Rommelij* nostri, k) add. C. *Stalpart van der Wiel.* l)

CAP. III.

DE USU N. M. IN COPIOSO LACTIS EFFLUXU.

§. 1.

Ἢν γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ γάλα πολὺ ἐκ τῶν μαζῶν ῥυῇ, ἀσθενὲς τὸ ἔμβρυον σημαίνει. *Si cui mulieri gravidæ* lactis copia *è mammis profluat*, infirmum *esse* fœtum *significat.* m] Verum hic aphorismus absolutè positus absolutè verus non est, ut multi alii, quos ventilavit D. *Frid. Laurentij* in libro singulari.

§. 2. Refert *Timæus* exercitatissimus Medicus, de conjuge sua, n) quòd à secundo gestationis mense usque ad decimum, quô pepererit, noctes diesque *lactis* ex utraque mamma *fluorem satis copiosum* non tam ægrè, quàm ob perpetuum pectoris interularumque madorem, molestè tulerit. Cumque ille tractu temporis ex motu frequentiore &

i) L. I. quæst. anat. 10. k) Dec. II. Eph. ann. VIII. num. 177. l) Cent. post. P. I. obs. 38. c. notis, m) V. aph. 52. n) L. IV. cas. 28.

fortiore, aliisque indiciis fœtum satis validum perciperet, ipsaque mater sic satis bene haberet, usumque medicamentorum fastidiret, soli Naturæ negotium commisit, ipsaque legitimo tempore filium per omnia bene valentem partu non adeò difficili enitebatur.

tragéa §. 3. Alia inter medicamenta, quæ erant *emulsio, morsuli* & *mixtura*, à pastu quoque *trageam*, obtulit:

℞. Sem. fœnic. dr. iij. cinam. acutiss. dr. j. coriand. acet. destill. præp. scrup. IV. N. M. dr. j. caryoph. scrup. j. rot. man. Christ. perlat. unc. iij. ol. fœnic. g. VII. cinam. g. iij. f. tragéa.

catapl. §. 4. Extra umbilico & lumbis applicabat hoc *cataplasma*:

Rec. Spec. pro ungvent. Comitiss. dr. VI. fl. ros. rubr. N. M. mastich. caryoph. an. dr. j. micæ panis dulciarij unc. j. M. c. vin. cydon. q. s. f. catapl.



Se-

SECTIONIS SECUNDÆ.
PARS III.
DE USU N. M. IN AFFECTIBUS INFIMI VENTRIS.
CUJUS MEMBRUM PRIMUM DE AFFECTIBUS VENTRICULI.
CAP. I.
DE USU N. M. IN FRIGIDIS VENTRICULI AFFECTIBUS.

§. 1.

SCitè verèque *Pergamenus* noſter, o) *Pythagoras* Medicorum, ut μέγα iſtud θαῦμα, *Scaliger* vocat, p] ſtupendum chylificationis opus Θεῖον, ὀ᾽ ἀνθρώπινον δημιούργημα nominat. Etenim ſapientisſimo conſilio Deus in ſecula benedictus ventriculo δύναμιν χυλοποιητικὴν implantavit, ut, mediante ſvavisſimo hoc chyli nectare; ceu conveniente ſangvinis generandi materia, tota corporis œconomia ſarta tecta conſervetur, quô ſi privetur, ociùs ſanè peribit. Cibum, præviâ maſticatione in ore bene præparatum cum liquidis alimentis blandè excipit ventriculus, complectitur, & naturali ſuâ abſtruſáque facultate, beneficio humoris fermentalis acido-ſalini, plicaturis ejus agglutinati, ut

o) IV. U. P. I. p) exercit. 141. diſt. 4. de ſubtilit.

& proprii caloris spiritu vitali imprægnati, & per arterias suppeditati, vicinarumque partium, epatis putâ, lienis, omenti, vasorum que annexorum, quorum blando fotu, ceu lebes in foculo circumjectis prunis q) magis incalescit, in succum album, cremori ptisanæ similem, pro futuro sangvine transmutat, conferente pariter huc Symbolum suum calore alimentis ipsis insito. Dictus humor fermentalis r] sale volatili sangvinis anteriosi nonnihil acutior factus in vacua culina agitatur, ibidemque excitato appetitu majorem acrimoniam & calorem acquirens postmodum in alimenta assumta se ingerit, eorumque proprio calore sic evoluto solutionem promtè aggreditur, simulque partes ad nutritionem corporis utiles ab inutilibus sejungit: Solutione sic, concurrente ventriculi partiumque adjacentium calore, peracta statim illa, quæ in alimentis hactenus latitabant, in apricum procedunt, partesque salinæ, oleosæ & sulfureæ invicem commistæ, mediante spiritu acido, mirabili Naturæ ductu sub specie liquoris lactei conspectui se offerunt. Inde forsan commotus Toparcha *Merodanus* in stomacho, tanquam puncto centrali & radice, principium vitæ sedemque animæ collocat, s) dextroque ejus orificio pyloro regi-

q) Gal. *III.* de fac. nat. 7. r) Vid. Mœb. fund. Med. Physiolog. c. 10. s) tr. sedes animæ,

ginien aliquod monarchicum in inferiora assignat, pronuncians eum digestionis moderatorem, cujus ab indignatione paralysis & vertigo promanant. Equidem in laxiori significatione vitæ aliquod principium stomacho concedi potest, quatenus ibi sedes appetitus & prima alimentorum apprehensio est, at ideò sedes animæ non est, utpote quæ nulli centro affixa, & quidnî læso stomacho statim mors succedit? t) Bene igitur constituto ventriculo suôque munere dextrè fungente, chylificatio etiam laudabilis, & consequenter pro totius individui nutrimento sufficiens futuro sangvini materia suppeditatur, ut homo bellè exque voto valeat. Contrarium experière in ventriculo malè affecto. At

Nux stomacho *moschata* tuo fert commoda multa, ajunt compransores *Molleriani.* u) Gratulabimur itaque nobis de tanto stomachico.

§. 2. Præstans *aqua* in affectibus ventriculi frigidis apud *Timæum*, vv) *Mynsichtum*, x) *Birlingium*, y) *Jüngken.* z) & *Tilingium.* a) Adde *aqva*,

t) V. Bartholin. anat. ref. L. I. c. 9. & Moeb. l. a. u) in mensa poët. p. 24. vv) in medic. descript. p. m. 400. x] S. XIX. p. m. 108. y) l. a. c. 5. p. 30. z) in Med. præs. secul. accommod. P. II. S. I. c. 13. p. 615. seq. a) Prodr. pr. chym. Cl. *III.* tit. II. p. 641.

Adde aquam *aromatic.* b) aq. *mastich.* Augustanor., c) *Zwelferi*, d) & alias e) aq. stomach. *P. A. V.* e) aq. *vit. Anglic.* f) aq. *vit. Matthiol.* correct. g) *Anhaltin.* h) *stomachic.* P.A.R. i) *Serpilli*, k) *Dorncreil.* l) Add. *Pharm. Londinens.* m) *Thes. pharmacevt.* Hofmanni n) *Dispensat. Hafniens.* o) *Horst.* p] & alios. Sufficit nobis sola aqua N.M.

Claret. §. 3. Insigne quoque *Claretum moschatum Jüngkenij*, q) & stomachale *Hofmanni* r) ac *Sennerti.* s) Verissimum enim istud *Mœbianum:* t] quibus in senectute ventriculus præter modum fit debilis, ij interdum mane assumant de N.M., aut aliquot guttulas *olei macis*, vel bibant unum alterumve cochlear de *spiritu macis.* Si humores in ventriculo otiosos & vitiosos ceterisque visceribus latitantes commodê evacuare velis, prius *decocto Rolfincciano* u] præparandi erunt, vel *vino Zedoar.* composit. *Quercetani.* vv)

§. 4.

b) Jüngken. lex. pharmacevt. p. 21. c) Id. p. 37. d) l. c. e) Spin. lex. cit. p. 84. seq. 89. seq. 108. seq. f) Id. l. c. p. 115. 119. g) Id. l. a. p. 122. seq. h) Jüngk. l. c. p. 15. & 21. i) p. 535. k) Jüngk. lex. cit. p. 41 l) Dispensat. P. II. c. 10. p. 41. m) p. 79. n) p. 19. o) p. 166. p) L. *IV.* obs. I. p. 193. q) in lex. cit. p. 64. r) in thes. cit. p. 78. s) L. *III.* Prax. P. I. S. *I.* c. 10. p. 41. t) L. *IV.* Instit. P. *I.* c. 5. p. m. 450. u) L. *II.* cons. 10. p. 162. vv) in Pharmac. rest. c. 9. p. 176.

§. 4. Elegantissimus qvoqve *sirupus stomachicus*, seu de *absinthio compositus Zwelferi*, x) & *sirupus* de *mentha* ejusdem. y) *Spiritum vini* stomachicum *Mynsichti* specialiter commendo cochleatim sumendum, z) una cum spiritu *masticbino Döreri* apud *Birlingium*, a) spiritum *aromaticum Tilingij*, à dr. j. ad ij. seu iij. b) ac *spiritum salis armoniaci aromatic. Deckeri*, c) Nobilissimum & efficacissimum stomachicum *Elix. Vitriol. Mynsicht.*, d) de quô vix in tota Rep. Medica præstantius reperitur. Dos. à scr. sem. ad scr. j. Add. *Elixir vitæ Cratonis*, e) & aliud apud *Lentilium* paratu facilimum & *mace* clarum, f) nec non *elix. vit. stomachale* &. *capitale Zwelfer*. g) stomachale *Michaelis* & de *Spina*. g) Sirup. Spirit. elix.

§. 5. Magni etiam facienda *essentia absinth. composita* N. M. aucta, qvæ in ventriculi & hypochondriorum infirmitatibus à causa frigida egregium auxilium est. Dosis scr. j. in vino seu cerevisia. h) Stomachica etiam, uterina, & anticolica *essentia macis*, apud *Jüngken*. essent.

x) in Pharm. Reg. p. m. 814. y] p. 823. z) S. XVIII. p. 281. a) l. a. c. 6. p. 46. b) Prodr. cit. p. 618. c) in lex. Jüngken. p. 228. d) S. *XVII*. p. 269. e) L. VI. cons. 63. p. m. 363. f) P. *III*. Miscell. p. 55. seq. g) Pharm. Reg. p. m. 898. g) in lex. p. 370. Add. app. ad animadv. Zvvelf. p. m. 79. h) Tiling. prodr. cit. p. 636. Rolfinc. in Chym. p. p. 202.

ken. i) Add. *Bernitzij* mixtur. *essent.* & elix. k)

pulv. §. 6. Ad frigidam humorositatem ventriculi & putrefactionem in partibus ejus commendat *Mynsicht.* l) spec. diavitrioli: nec spec. Imperat. in Ph. A. & sp. diaxyloaloës in eadem suo defraudandæ encomio. Laudem qvoqve merentur *pulv. stomach. Bertoldi* apud *Birling.* m) & alij apud *Sennert.* n] & *Spinam.* o] Add. spec. aromat. rosat. Gabrel. o) sp. diacinam. Mesv. p) sp. diamarg. calid. q) sp. stomach. Zvvelf. & Mynsicht., r) sp. diazingib., s] pulv. stomach. Zvvelf. t] Commodè etiam aspergitur pulveribus solutivis *ol. macis*; ut tartarisat. Zvvelferi u) & aliis. Pulvis ad absorbendum acidum *Ettmülleri* hic est:

℞. Lap. cancr. præp. dr. j. & sem. unicorn. fossil. corall. r. præp. CC. ust. an. dr. sem. H. absinth. dr. j. N. M. scr. ij. f. pulv. S. Dämfend Pulver auf etlichmahl.

Contra imbecillitatem ventriculi ex acido viscido genitam hunc pulv. dat D. *Eysel:* vv]

Rec. Cubeb. unc. j. & sem. R. enul. sem. carv.

i) l. c. p. 106. k) fascic. *II.* medicam. singul. tit. 13. p. 100. seq. l) S. V. p. 109. m) l. a. p. 99. n) L. III. Pract. P. I. S. I. c. 5. p. 24. 41. seq. & 45. o] l. a. p. 996. o) Id. p. 841. & Ph. A. p) Spin. p. 847. q) Id. p. 857. r) Id. p. 864. s) Id. p. 867. t) in Ph. Reg. p. 858. u) l. a. Cl. IX. p. 853. vv. in enchirid. de form. præscrib. c. 2. p. 13.

carv.an.unc. j. N. M. unc. ſem. cinam. cardamom.an.dr. ij. caryoph.dr. j. macer.dr. ſem.coriand.præp. dr. j. & ſem. ſacch.albiſſ.q.s.ad pond.omn. M. D.S. Magen-ſtärckend Triſenet/mit Wein und Brot zunehmen/Abends über der Mahlzeit.

Alium habet *Grüling.* x) Horâ unâ ante paſtum ſumatur ſeq.

℞. Crem.tart.ſcr.viij. diaph.Jovial.ſal. abſinth.lap.cancr. præp. cinam.acut. an. ſcr.IV. Zingib.diagrid.ſulfurat.an ſcr. j. *ol.nuciſt.expr.*g.IV.ſacch.alb.unc.ſem. f. pulv. Div.in 16.p.æqv. y)

In ventriculi imbecillitate cum jonthis in facie;

Rec. Pulv.ſtomach. Birkmann. unc. ij. fl. ros.rub.diaph.Jovial.an.dr. j. *ol. nuciſt. expr.* ſcr.ſem.M.D.S. Drey Meſſerſpitzen voll in aurora,

Vel,quod melius & acceptabilius, cum poſca panis vino madidi,ſeu,vino intincti, ac pulv. poſtmodum inſperſo aſſumatur.

§. 7. D. *Sim. Paulli* a) *electuarium Lichtenij* laudat; *elect:*

Rec. R. enul. unc.j. pimpinell. dr. vi. cal. arom. N. M. an. unc. ſem. majoran. menth.

x) C. *III.* obſ. 69. y) Vid. Lentil. P. *III.* Miſcell. p.39. z) Add. Horſt. L. *IV.* obſ. I. Rolfinc. L. *II.* conſ. 10. a) Bot. quadrip. Cl. *III.* p. 328.

menth,cr,fl.ros.r.an.dr. iij. Sp. diambr. dr.j.sp.vitriol.scr.sem. c. sir. de menth. q.s.f.elect.

Elect. *diacori stomachicum Schröderi* vid. apud *Jüngken.* b) & aliud apud eund. c) & *Spinam.* c] *Mynsicht.* suum extollit, ceu omnium frigidarum ægritudinum peculiare remedium. d) Add. *Craton.* e) *Jüngken.* f) *Sennert.* g) & *Bernitz.* h)

pilul. §. 8. *Zacut. Lusitan.* i) summopere commendat *Pilulas* suas *mace* auctas: adde *Sennertianas.* k) Mihi arrident *Zwelferianæ*: l)

Rec. Pulv. mastich,el. dr. iij. oliban. myrrh. an. dr. ij. gumm. anim. resin. styr. calam. an. dr. j. & sem. extr. ling. aloës resinos. pulv. caryoph. macis, piper. long. an. dr. iij. croc. austr. dr. ij. ambr. gr. dr. j. Solut. in ol. stillat. cinamom. caryoph. an. scr. j. & *nucist. expr.* dr. j. M. & c. melle rorismar. efficiatur massa, ex qua pilulæ, quotiescunque usus postulat, formandæ, ventriculum totum.

b) in leg. p. 75. c) p. 77. c) l. c. p. 281. sq. d) S. *XIII.* p. 232. e) L. *VI.* consl. 63. p. 360. f) Med. elect. fundam. P. V. S. 5. c. 4. p. 808. g) L. *III.* P. *I.* S. I. c. 5. p. 23. h) fascic. *II.* medicament. singular. tit. *XIII.* p. 99. Add. Spin. l. c. p. 354. P. A. R. 470. & 882. & p. 854. i) L. *II.* Prax. hist. c. 12. obs. 2. k) l. c. p. 40. l) app. ad Ph. Reg. Cl. *VI.* p. m. 127.

tumque genus nervosum insigniter roborantes. m]

§. 9. Morsulos ita parat *Eyselius* noster: n) *morsul.*
Rec. Cinamom. unc. sem. Zingib. dr. ij piper. nigr. scr. ij. cal. aromat. *N.* M. an. scr. ij. cubeb. cardamom. min. an. gr. XV. caryoph. galang. flaved. citr. recent. cort. aurant. rec. an. dr. sem. Incis. & grosso modo cont. M. c. amygd. de excort. unc. V. cort. citri condit. unc. j. M. & c. s. g. sacch. inaq. menth. cr. solut. f. Morsul. S. Magen-stärckende Morsellen Morgens uñ Abends um Schlafzeit davon zunehmen à dr. j. ad unc. sem.

Mulieri imbecillitate ventriculi & uteri laboranti tales ordinabat *Grüling.* o)
Rec. Margarit. præp. magist. corall. spodii an. scr. j. sp. diamarg. fr. dr. sem. extr. cal. arom. g. viij. conf. fl. rorismar. scr. ij. fl. salv. scr. j. fl. citr. condit. dr. ij. & sem. *ol. N. M. expr.* scr. j. mastich. g. vj. sacch. alb. in aq. ros. dissol. f. s. a. Morsul. add. ol. citri, cinamom, caryoph. aurant. an. g. ij. S. Magen-und Mutter-Morsellen.

Mynsichtiani stomachum frigidum summoperè confortant, cibumque in eo continent;

m) add. p. 125. n) de form. remed. c. 7. p. 36. o) C. VII. obs. 53.

Membra nutritionis collapsa & debilia roborant ac stipticant: appetitum gustumque potenter excitant, flatus discutiunt & ventositates resolvunt. Summa: illis, qui frigida viscera habent, mirè conferunt. Dosis à dr. j. ad ij. Sunt autem hi; p)

℞. Diacydon. simpl. unc. ij. Zingib. de China condit. unc. j. calam. arom. virid. condit. unc. sem. *N. M.* Cassiæ ligneæ veræ, galang. min. *macis*, sem. coriand. præp. ameos, an. dr. sem. ol. caryoph. cinam. an. scr. j. facch. albiss. in aq. stomach. nostr. dissol. unc. XVI. M. f. morsul.

Morsulos Imperat. in hunc modum concinnat *Timæus*: q)

Rec. Spec. pro morsul. Imp. unc. j. cond. Zingib. Chinens. cort. citr. *nuc. Ind.* an. unc. sem. cardamom. dr. j. & sem. cubeb. dr. ij. ol. dest. cinam. g. V. macer. g. vij. caryoph. g. IV. citr. g. iij. facch. alb. in aq. sassafr. cum cinam. dest. sol. libr. I. f. s. a. morsul.

Rolfincciani tales; r)

Rec. Margarit. præp. dr. j. corall. r. caryoph. an. scr. ij. cubeb. *macis* an. scr. j. *ol. N. M. dest.* g. X. expr. dr. sem. extr. R. pœon. scr j. cal. arom. g. XV. conf. fl. pœon. dr. ij. cich. dr. j. facch. in

p) S. *VIII*, p. 173. q) L. *III*, cas. 4. r) L. *II*, cons. 6.

in aq. cichor. q. s. sol. unc. vij. f. l. a. morsul.

Vel: Rec. Cinam. Zingib. caryoph. *N. M.* an. unc. j. mac. cubeb. sem. eruc. gran. paradis. cardamom. min. an. unc. sem. santal. rub. unc. j. & sem. sacch. alb. in aq. ros. q. s. sol. libr. IV. f. conf. in morsul. add. ol. caryoph. g. XV. Dosis santal. rubr. nimia est. s)

Adde nobilissimos *Zwelferianos*, t) *Jüngkenianos*, u) & alios. Succurrit etiam frigido ventriculo: *confectio Zingib.* cocti, ejusque dissolutionem langvidam restaurat: *acorus conditus*, & *tryphera sarracenic*. Mesv. ap. Augustan. Elegans etiam *Zingiber purgans Mynsicht*. vv) à dr. ij. ad iij. & sexenta alia.

§. 10. *Rotulæ Sennertianæ* ita fiunt: x) *Rotul.*

Rec. Extract. aromat. rosat. g. XV. extr. cal. aromat. scr. sem. ext. lign. aloës g. vj. sacch. alb. in aq. ros. sol. unc. IV. ol. cinam. g. iij. *macis* g. ij. caryophill. g. j. f. rotulæ.

Timæanæ sic; y]

Rec. Rotul. man. Christ. simpl. libr. ½ sem.

 ol.

s) Lentil. Miscell. P. iij. p. 50. t) in app. ad Ph. Reg. p. m. 150. seq. u) in Med. præs. secul. accommod. P. II. S. I. c. 13. p. 618. & in fund. Med. eclect. p. 824. vv) S. XIV. p. 41. x) l. c. p. 23. y) in descript. medicam. p. 428.

ol. still. cinam. g. xj. caryoph. N. M. an. g. ix. ol. citr. g. vij. M. f. rotul.

Grülingiana hæ: z)

Rec. *Ol.* N. M. *expr.* dr. j. cinam. & citr. an. g. iij. fœnic. aurant. caryoph. an. g. ij. extr. cal. aromat. scr. j. sacch. albiss. in aq. ros. & meliss. dissol. unc. iij. f. rotul. a)

Sal bals. §. 11. Nec damnabimus *Sal Mynsichti*, b) aut Philosophorum *Schröderi.* c) *Balsamum* offert *Mynsicht* d) stomachicum, aromaticum & absinthiacum, cuncta autem scopo nostro egregiè inservientia.

Vel: Rec. Ol. dest. junip. dr. j. menth. dr. sem. *macis*, caryoph. an. scr. sem. cinam. g. v. c. s. q. *ol. nucist.* expr. f. balsam.

Vel: Rec. *Ol. N.* M. *expr.* dr. j. ol. anis. cumin. fœnic. absinth. menth. an. g. v. balsam. Peruvian. dr. sem. D. inung. eo scrobiculus cordis.

Vel: Rec. *Ol. N. M. expr.* unc. ij. & sem. menth. crisp. unc. sem. aurant. caryoph. *macis*, an. dr. j. rorismar. lavend. absinth. carv. aneth. an. dr. sem. cer. alb. q. s. f. balsam.

Vel: Rec. *Ol. N. M. expr.* unc. sem. mastich. menth. an. dr. ij. cal. arom. dr. sem. carv.

z) C. VII. obs. 55. a) conf. obs. 56. & Rolfinc. L. *II.* conf. 6. b] S. XI. p. 197. c) l. c. p. 273. d) S. XXXIV. p. 474. seq.

carv. cinam. an. g. X. *macis* g. V. bals. peruv. dr. ij. M. pro balsam.

Vel: ℞. *Ol. N. M. expr.* dr. ij. still. *macis*, anis. an. dr. sem. caryoph. cinam. an. scr. sem. M. f. B. e)

Eyselianus hic est: f)

Rec. *Ol. nucist.* dr. j. caryoph. g. iij. dest. menth. absint. cal. aromat. an. g. IV. M. D. S. magenstärckender Balsam/

Plura vide apud *Jüngken.* g) *Lentilium* h) *Rolfinc.* i) *Spinam* k) & alios. *Balsamus fœniculi*, juxta descriptionem *Horstianam*, maximopere commendandus. Primaria quædam femina præ omnibus aliis eum sibi contulisse prædicabat. l) Recipiebat autem balf. fœnic. dr. j. *ol. macis* g. iij. M. quo de sumebat pisi magnitud. é jusculo calido. Correcta descriptio hæc est:

Rec. *Ol. N. M. expr.* unc. j. ol. dest. fœnic. unc. sem. M. add. tinct. fœnic. c. Spirit. vini fact. unc. IV. M. sensim. & add. sal. fœnic. scr. sem.

§. 12. Diversa *ungventa* exhibet *Crato.* m) *Oleum* verò *stomach.*, cujus ipse meminit, ex- *ungvent.*

 tat

e) Spin. l. c. p. 182. seq. f) l. c. p. 198. g) Med. præs. sec. accommod. P. *II.* S. *I.* c. 13. p. m. 619. h) P. *III.* Miscell. p. 72. i) *L.* VI. consf. 2. k) p. 158. & 162. l) Thoner. L. *III.* obs. p. 175. m) L. V. consf. 13. p. 55. L. VI. consf. 63. p. 361. & consf. 64. p. 382. ac. L. VI. epist. 7. p. 27. & L. *VII.* consil. p. 54.

tat alibi. n) Add. *Birling.* o) & *ungvent.*sto-mach. *Zwelfer.* p)

Rec. *Ol. N. M. expr.* unc. ij. & sem. pulv. gummi mastich. el. unc. sem. tacama-hac. anim. an. unc. iij. Omnib. lenis-simo calore liquat. & simul colat. super add. ol. still. menth. majoran. caryoph. an. dr. j. cinam. absint. cal. arom. carv. an. dr. sem. & cum omnia veluti refri-xerint bals. indic. de Peru dr. vj. ad-misc. extr. croc. dr. j. vel dr. j. & sem. f. s. a. ungvent. stomach.

liniment §. 13. *Linimentum* vide sis apud *Grüling.* q) & *Sennert.* r) Principi cuidam *Crato* hoc ordinabat: s)

Rec. Ol. nostri stomach. unc. iij. mastich. pulv. scr. ij. ladan. puriss. dr. *ol. nuc. condit.* dr. j. cer. parum M. f. linim.

empl. Si *emplastra* desideras, adi vel *Sennert.*, t) aut *Jüngken.* u) seu *Craton.* vv) *Spinamve*, x) qui varia dabunt, adde *Zwelfer*: y)

ol. §. 14. *Oleum* stomachale florentinum o-

ptimè

n) L. V. cons. 13, p. 55. o] l. c. c. 23. p. 132. p] Vid. Spin. l. c. p. 1047. q) C. VII. obs. 56. r) l. c. p. 25. s) L. II. cons. 8. p. 49. t) l. c. p. 25. & p. 42. u) lex. pharmacevt. p. 99. Med. præs. sec. accommod. p. 620. fund. Med. ec-lect. p. 853. vv) L. V. cons. 13. p. 56. x) p. 434. seq. y] app. ad Ph. Reg. p. m. 192. Add. Spin. l. c. p. 444. seq.

timè calefacit & roborat ventriculum, fla-
usqve discutit. Dabit istud *Jüngken.* z) Ma-
næ etiam virtutis *Sennertianum*: a]

Rec. *Ol. N.M. expr.* scr. j. ol. dest. absinth.
caryoph. menth. cinam. an. g. vj. gal-
liæ mosch. scr. sem. M.

ɩdd. P. A. R. b] *Spin.* c) *Ph. Reg.* d) *Fotum*
abit Idem *Sennert.* e] *Sacculos* fecêre *Horst.*
) *Sennert.*, g) *Grüling*, h) *Crato*, i] & *Jüng-*
en. k) Epithema pete à *Zwelfero.* l)

CAP. II.

DE USU N. M. IN ANOREXIA.

§. 1.

APpetitus vel aboletur ut in ἀνορε-
ξία & ἀποσιτία, vel imminuitur ut
n δυσορεξία, vel augetur ut in βουλίμω,
eu κυνώδης ὄρεξις, aut depravatur ut in
ιττα. Quando humoris fermentalis sal-
edo & acrimonia à vitiosis humoribus adul-
eratur, aliove modo degenerat, appetitus
el extingvitur seu imminuitur. Si verò ma-
orem acrimoniam acquirit, molesta erit vel
ρεξις ista, vel βούλιμος. Perinde mihi

 est,

z) in lex. cit. p. 153. a) l. c p. 42. b) p. m. 572.
) p. 650. 642. & 670. d) p. 901. e) l. a. f)
. *IV.* obs. 1. p. 193. g] l. c. p. 25. h] C. *VII.*
bs. 56. seq. i) L. *VI.* cons. 63. p. 362. k]
Ied. eclect. p. 848. l] app. ad Ph. Reg. p.
77.

est, seu pro synonymis habeas, vel cum *Galeno* m) & *P. Ægineta* n) ita distingvas, ut illa sit, quæ crebriùs cum vomitu fit, hæc verò cum lipothymia sine vomitu. Gloriabimur potiùs, quòd omnibus istis, DEI gratiâ animosè opponere queamus *Nucem saluberrimam*.

aqv. §. 2. Si ab acida & viscida saburra malum dependeat, optimè conducent acria, tùm amara & aromatica, spirituosa, oleosa, balsamica &c. Bona ergò aqua stomachalis *Jüngkeniana* o) minoris quidem pretii, sed magni effectûs, & alia, vulgò *balsam. ventriculi* dicta, quam ex *Instit. Sennert.* profert *Dorncreil.* p) Add. *Tilemanni aq. stomachic.* q] cochleatim sumendam. Juveni flatulentia & murmuribus in corpore cum distensionibus evaporationibusque in caput, torminibus ventris, nonnunquam cardialgia & anorexia, vertigine, adqve melancholiam propensione laboranti *vinum* præscripsit *Grüling.* r) *mace* nobilitatum. Aliud sutori præscriptum vid. alibi. s)

vinum,

mixtur. §. 3. *Mixtura* habet *Bruel,* t] vel

Rec. Aq. menth. fœnic. an. unc. j. & sem. vir. Matthiol. (se alterius cujusvis aromat

m] l. de caus. Sympt. c. 7. n] L. I. c. 5. o] Vad. mec. p. 24. p] P. II. c. 10. p. 44. q] de mat. med. p. 88. r) C. *VII.* obs. 70. s] C. VI. obs. 91. t] l. c. p. 285.

mat.) dr.vi.*ol.macis dest:*g.iij.sir.menth. unc.j.M.D.cochleatim. u]

§. 3. *Pulveres* vilioris & carioris pretii ſrunt seqventes; *pulv.*

Rec. Rad.aron.rec.sicc.& pulv.unc. ij.sal. armoniac.puriss.unc.sem. pulv. calam. arom.cinamom.*macis* an.dr.ij.caryoph. scr.j.M.Dos.dr.j. vv)

D. *Brucæi* Prof.Rostoch.pulverat hic:

Rec.Sp.arom.ros.scr.ij.diambr.diamosch. d. an. dr. sem. diagalang. dr. j. cinam. unc.sem.piper. long. dr. iij. schœnant. *macis* an.dr.ij. N.M. dr.iij. Zingib. caryoph.gran.paradis.an.dr.iij.sacch.alb. unc.xii.M. x]

ſtum auctiorem dabit *Grüliug.* y] Nobiles quoque *species stomachicæ* Mynsicht. z) mane & vesperi à dr.sem.ad integram ex vino malvat. seu alio generoso sumtæ. Sutor utebatur hoc bono cum successu:

Rec. Panis sacch. unc sem. carn. cydon. siccat. dr. ij. N. M.corall. r. præp. coriand.præp.an. dr. j. ros rubr. dr. sem. confect.anis.fœnic.coriand.an. dr. j. & sem.sacch.ros.tabulit.unc.j.M.a)

Vel: Rec.Cinamom. glyzirrhiz.an.dr. j. ga-

Dd 5 lang.

u) Sylv. L. I. Prax. c. 2. p. 12. vv) Jüngken. Vad. mec. p. 26. & in prax. med. p. 56. x) Dorncreil. dispensat. P. II. c. 10. p. 44. y) C. VI. obs. 86. z) S. V. p. 126. a) Grüling. C. VI. obs. 91.

lang.dr. sem. coriand. præp. dr j.N.M. cubeb.an.scr. j. Rad. pœon.irid. an.dr.j. summit. hyssop.origan. an. P. iv. sem. anis.fœnic.an.dr.ij. croci scr. sem. Zingib. scr. j. sacch. opt. unc. j. M. f. pulv. subtiliss. S. Triesenet im Anfang der Mahlzeit.

electuar. §. 4. *Electuarium Bruelis* hoc:b)

Rec. Spec. aromat. ros. dr. ij. diagalang. dr. j. Zingib.condit.dr.j. & sem. zedoar.N.M. an.scr. ij. sir. cort.citr. q. s. ad consist. mollis elect.

Riverianum sic paratur c)

Rec. Conserv.anth.menth. cort.citr. condit. N. M. *condit.* an. unc. sem. myrob. condit.num.j.conf.alcherm.dr.iij.tunic. interior.ventric. gallin. præp. dr. ij. cinamom.pulv.arom.ros.an. dr.j. c. sirup. de menth.f.opiat., vel c. sacch. ros. f. conditum mane usurpandum, superbibendo parùm vini generosi.

Jüngkenianum tale :d)

Rec. Rob. iuniper. unc iij. nuc.indic. (seu N. M.) condt.unc.sem. zinzib. condit. dr.iij. acori veri,*macis* an. dr. ij. cubeb. cardamom.an.dr j. c. brodii nuc. indic. condit. f. elect., quod post pastum detur sœpiùs ad nuc.castan. quantitat.

Adde *Grülingianum.* e)

§. 5.

b) l. c. p. 285. c) L. IV. Prax. c. 1. p. 99. d) Vad. mec. l. c. e) C. VI. obs. 76.

§. 5. Vin' *morsulos*? ecce,

Rec. Spec. diagalang. dr. sem. dianis. scrup. ij. diambr. dr. j. *macis N. M.* an. dr j. extract. Xyloaloës, zedoar. an. scr. j. corall. r. præp. dr. sem. ol. succin. scrup. j. cinamom. caryoph. an. gutt. X. ol. anis. g. X. sacch. in aq. ros. sol. unc. V. conserv. menth. nasturt. aquat. an. unc. sem. f. morsul. pond. unc. j.

D. *Schenck*, Prof. Jenensis, hos habet: f]

Rec. Gran. junip. contus. unc. iij. rad. acor. ver. unc. j. coq. in aq. menth. & absinth. per 2. hor. in colat. dissolv. sacch. unc. VI. add. zingib. alb., cinam. cal. arom. an. dr. ij. cubeb. *macis* an. dr. j. f. morsul. pendeant singuli unc. sem.

Aut cape *Bruelianos*: g)

Rec. Spec. aromat. ros. Gabriel. dr. sem. diagalang. zinzib. condit. an. scr. iij. mastich. cinam. an. dr. sem. caryoph. N. M. an. scr. j. sacch. albiss. in aq. absinth. & menth. an. q. s. sol. f. tabul.

Sumantur una horâ unâ ante cibum, superbibendo haustum vini optimi.

balsam.

§. 6. Bonus *balsamus Dorncreilianus*: h)

Rec. *Ol.* N. M. *expr.* dr. ij. dest. absinth. menth. cr. cal. aromat. cort. aurant. carv. an. g. V. M.

Melior *Jüngkenianus*: i)

Rec.

f) S. IV. Syntagm. præscrib. med. c. 2. g] l. a. p. 285. h] l. a. p. 45. i) in Prax. med. p. 57.

Rec. Ol. dest. junip. dr. j. menth. absinth
an. dr. sem. *macis* caryoph. an. scr. sem
cinam. g. V. bals. peruv. scr. j. *ol. macis*
q. s. f. balsam., regioni ventriculi &
scrobiculo cardis probè infricandus.

Optimus *Rolfincianus* k]

Rec. *Ol.* N. M. dr. iij. junip. destill. scrup
sem. caryoph. fœnic. an. g. xvj. cinam
g. v. cumin. g. v. M. super igne, add
bals. de Peru dr. j.

Vel: Rec. *Ol.* N. M. *expr.* dr. ij. anis. fœnic
an. g. vij. absinth. caryoph. an. g. v
ol. menth. mastich. an. scr. sem. bals
peruv. dr. sem. M.

liniment

§. 7. *Linimenta* sic parari possunt:

Rec. Ol. absinth. menth. nardin. an. unc
sem. *ol. N. M.* dr. ij. lign. aloës, *macis*
cinam. an. scr. j. cer. parum, f. lini-
ment.

Qvod præstantius erit, si addideris ol. caryoph
g. vj. mosch. & ambr. gris. an. g. viij. vel
fac linimentum ex *ol. N. M.* & bals. peru-
vian.

Vel: Rec. *Ol. N. M. expr.* dr. j. cumin. anis.
fœnic. absinth. an. g. v. bals. peruv.
dr. sem. M.

§. 8. Quotidie bis, mane scilicet jejuno ventriculo, & vesperi, finitâ coctione, un-
ge

k) Med. Spec. comment. L. IX. S. I. c. 10. p. 749. & L. IV. Chym. S. V. c. 13.

;e ventriculum vel *ungvento Dorncreil.*, seu, *ungvent.*
uod magis mihi placet, hôc: l)

Rec. Ol. absinth. mastich. nardin. an. unc. ij. fl. ros. r. corall. r. s. *N. M.* caryoph. cinam. lign. aloës mastich. menth. schænant. an. dr. ij. cer. q. s. f. ungvent,

Vel: Rec. *Ol. N. M. expr.* unc. sem mastich. menth. an. dr. ij. calam. arom. dr. sem. ol. carv. cinam. an. g. X. *macis* g. v. bals. peruv. dr. ij. cer. alb. q. s. M.

§. 9. *Hartmann* hoc *oleum* proponit: m) *ol.*

Rec, Ol. absinth. unc. sem. castor. dr. ij. menth. unc. sem. mastich. dr. vj. junip. *N. M.* an. dr. j. caryoph. dr. sem. Zedoar. g. viij. M.

'el: Rec. Ol. mastich. coct. dr. ij. *N. M.* caryoph. *macis* an. g. X. σχοινάνθους e. toto, lign. aloës an. dr. j. mastich. dr. ij. Terantur terenda & M.

,audanda etiam *mixtura balsamatica Dolæi* x succolada &c. n) Adde *Jüngken. lexic. harmaceutic.* o)

§. 10. *Dolæo* nostro sequens in usu esse so- ;t *emplastrum*: p) *emplastr.*

Rec. Mastich. el. unc. j. & sem. tacamahac. unc. j. resin. storac. calam. unc. sem. *ol. nucist.* unc. iij. ol. dest. absinth. unc. j. bals. peruv, dr. ij, cer. q. s. f. empl.

Vel:

l) l. c. p. 41, & p. 45. m) in Praxi chymi- itr. p. m. 173. n) L. III. Encyclop. med. c. I. p. 446. o) p. 153. seq. p) l. a, p. 440.

Vel: Rec. gummi tacamahac, storac. calam. mastich. an. unc. sem. salv. in terebinth. clar. dr. ij. add. ol. dest. absinth. *nucist.* caryoph. an. scrup. sem. myrrh. pulverisat. dr. ij. bals. peruvian. dr. dr. j. f. s. a. empl. q)

Emplastrum Renodaei tale erat: r)

Rec. Ansinth. menth. majoran. rosar. balaust. nuc. crupress. an. dr. iij. N. M. caryophyll. sem. aneth. dauci an. dr. ij. benzoin. styr. calam. an. unc. sem. ol. mastich. cydon. an. unc. iij. cer. libr. sem. f. emplast.

Adde *Brueliana*, s] Vel:

Rec. Mass. empl. de mastich. unc. j. pulv. aromat. ros. dr. j. *ol.* N. M. q. s. f. empl. scutiforme.

Ὁ κράτιστος *Crato* seq. ceratum miris laudibus effert:

℞ Rec. ladan. puriss. unc. ij. cer. unc. ij. *ol.* N. M. *expr.* dr. sem. ol. stomach. Crat. q. s. f. cerat.

Riverius in dosi variat. t) Meo atque aliorum exemplo didici, sunt verba *Cratoniana*, u) nihil esse convenientius, nihil concoction. accommodatius &c. vv) Emplastr. *de bacci lauri* stomachic., aliudque pretiosius vid. apud *Zwelferum* x) §. II

q] Jüngken Prax. med. p. 58. r) Dorncreil. l. c. p. 45. s) l. a. p. 286. t) L. IV. Prax. c. 1. p. 103. u) consil. 299. p. 877. vv] Conf. Dorncreil. l. a. p. 46. x) in Pharm. Reg. p. m. 908.

§. 11. Si *cataplasma* expetis, suppeditabit *catapl.*
Jüngken. hoc calidè ventriculo applicandum: y)

Rec. Crust. panis tosti unc. ij. in acet. macerat. add. pulv. menth. cr. mastich. an. dr. ij. *macis* dr. j. caryoph. dr. sem. fermenti unc. j. f. catapl.

Sacculus Riverianus perpetuo gestandus suprà regionem stomachi hic est: z) *saccul.*

Rec. Rad. galang. calam. aromat. an. dr. iij. mastich. caryoph. an. dr. ij. N. M. num. j. cort. citr. sicc. unc. sem., sem. anis. dr. j. & sem. Ex his contus. f. saccul. interpunctus c. sindon. rubr. & cotone moschato.

...lium habet *Rolfinccius.* a)

§. 12. Audiverat in concione plebejus & ...mplex homuncio à Monacho Dominicano ...stitatem & abstinentiam à Venereis actibus ...aximè commendatam. Ille subitò vovet ...am Domino, omnem congressum conjugalem seriò fugiens. Incidit verò in tantum delirium, cum pertinacissima ἀνορεξία conjunctum, ut frustra usurpatis remediis, vix religiosissimi Viri persvadere potuerint homini, quò antiqvum sum licitè repeteret. b) *obs.*

§. 13.

y) Vad. mec. p. 28. z) l. a. a) Med. spec. Comment. L. IX. S. I. c. 10. p. 748 b) Dec. II. Eph. ...nn. IX. obs. 189. conf. Galen. L. VI. c. 5. de loc. ...fect. & Hildesheim. Spicil. 2. p. m. 231.

alia, §. 13. Scriniarius à spectro aliquoties agitatus omnem cibum potumque fastidire cœpit, solâ aquâ fontanâ contentus. Ita puellam vidit *Helmontius*, c) quæ à tonitru primum insigniter terrefacta edere cessaverat neque enim à triennio prorsus comederat nisi quod fortè per octiduum aut amplius biberet quatuor circiter cochlearia aquæ puræ obstupefactis penitus, nec defectum manifestantibus Spiritibus.

CAP. III.

DE USU N. M. IN BULIMO.

§. I.

OPtimus Pater & architriclinus, alimenti promus condus, Ventriculus, uti salutis microcosmicæ œconomiæ origo est & sanitatis limes: Ita etiam malè affectus limes fit morborum, origo interitûs, pallor corporis, viscerum langvor, membrorum tremor, & omnium partium tristis observatur succubitus, omniumque confusio, ut hinc *pessimum corporis vas* à Plinio vocetur: Exempla nobis dabit βύλιμος. Gloria tamen DEO, qui, mediante *nuce* nostrâ, salutare langventi offert manus.

§. 2. *Franciscus de le Boë*, Med. Pract. Prof. Lugduni Batavorum, Doctor quondam meus honoratissimus, seqvens prædicat: d)

Rec.

c] Vid. Jus duum Vir. §. 25. d) L. I. Prax. c. 2. p. m. 11.

Rec. *Ol. macis stillat.* & granor. junip. an. scr. j. M.D. gutt. ij. vel iij. aliquoties in die ex vino malvatico, aliové convenienti vehiculo. *ol.*

§. 3. Rustica mulier Anglicana tertiùm gravida, doloribus colicis afflicta, pulverem ex *intestino lupi* cum aqua chamomillæ præsentissimo cum levamine sumit, & restituta eôdem remedio, præservationis gratiâ, crebriùs utitur; cùmqve id non amplius superesset, ad partes vocat *stercus & hepar lupinum* maximè sibi commendatum. Ab his tranquillè vixit, appetitu immensum aucto. Parit tandem puellam summè famelicam, cui cum binæ genitricis mammæ lacte distentæ nequaquàm sufficerent, substituta adhuc alia in eodem pago nutrix, cujus infans decesserat, verùm ne sic quidem satiari poterat pusio. Demum dato ei vino; parciùs egit rariusque suxit. Equidem *intestinum lupi*, elogiô *Avicennæ* e) ac *Rondeletij*, f) & admirandis experimentis *Amat. Lusitani* g) *Lazari Riverij* h) ac *Petri Pacheqvi*, Medici Lunellensis, i) atrocissimos dolores colicos faustè pepulit, ad drachmam unam cum vino generoso calidè sumtum. Idem spondet *obs.*

Ee *ster-*

e) fen. 16. L. III. canon. 14. tr. 4. f) L. III. meth. cur. c. 27. g) C. III. curat. 12. h) C. I. obs. 59. & 86. i) in obs. River. communic. 2. p. m. 288.

stercus lupi, teste *Galeno*, k) at selectum, i. e. albidius, nec in terram delapsum, sed spinis, fruticibus, vepribus, herbisque altioribus adhærens, interprete scholiaste *Foresti*. l) Audacter itaque *Panarolus*: m] in omnibus colicis, à calida & frigida causa ortis, scrupulus unus stercoris lupini divinum remedium est. Quàm cautè autem nostra cum aqua *chamomillæ* sumsit, quæ sola ex vino cocta incantamenti instar dolores hosce sedat. n) Cur demum *hepate* usa fuerit, nescio. Epilepticis id speciosè commendat *Borellus*, o] & carnem in epilepsia hysterica *Riverius*, p) in corrupto & obstructo jecinore autem vix præstantius quid hepate lupino. q) Cumque vinum pepulerit famem, haud ineptè mihi dixisse videtur Cous: r) λιμὸν δώρηξις λύει.

alia, §. 4. Adolescens non ita pridem fame caninâ afflictus à Medico in vicinia obtinebat pulverem, cujus dr. j. mane seroque c. decocto chamomillæ sumebat:

Rec. Matr. perlar. CC. ust. præp. lap. cancr. crud. an. dr. ij. N. M. dr. j. *ol. dest.* menth. & N. M. an. gutt. iij. M.

Cumque cerevisia domestica paulatim acesce-

k) L. X. de simpl. medicam. facult. l) ad L. XXI. obs. 15. m) Pentecost. III. obs. 36. n) S. Paulli Botan. quadrip. Cl. III. p. 254. o) C. II. obs. 95. p) C. II. obs. 31. q) Schröder L. V. Pharmacop. Cl. I. p. m. 301. Joël L. V. Prax. S. I. p. m. 361. r) II. aph. 21.

cesceret, jussi, ut cretam ei injiceret, quò imbiberentur particulæ acres, seu acidæ. Et sanè brevî in integrum restituebatur modestus ac eruditus adolescens.

CAP. IV.

DE USU N. M. IN PICA.

§. 1.

INordinatus appetitus unius mulieris totum perdidit orbem. Cum enim justò curiosior diu pulcritudinem vetiti fructus aspexisset, variasque ideas de eo irregulares concepisset; accedentibus diaboli insidiis, propriâ culpâ in damnosam hanc escam pessimo appetitu irruit, Deoque parere recusavit. Ideò adhuc pœnas luimus miseri, præsertim sequior sexus, ob maternum hocce crimen, sexcentis modis plectitur. Exemplum habemus in pica; seu appetitu prorsus phantastico, quem nonnunquam corrigit *nucula* nostra.

§. 2. De hoc *electuario* si ter quaterve dè die ad magnitudinem nucis castaneæ sumatur; gravidis valde proficuum erit. s) *elect*:

Rec. Conserv. menth. anth. an. unc. j. & sem. cort. aurant. & limon. condit. an. unc. sem. pulv. cardamom. cubeb. an. dr. iij. *ol. macis* g. ij. f. Elect:

§. 3. Cum humoris peccantis naturam & qualitatem peculiarem planè occultam cen-

s) Dolæus l. c. p. 299.

seat *Sennertus*, t) ita præparat medicamenta, ut omni fere humorum generi accommoda sint. Qvem in finem exhibet bolum sequentem:

bolus

Rec. Elect. diacatholic. dr. iij. conf. hamech. dr. ij. agaric. trochisc. rhabarb. el. an. scr. j. cinam., *macis*, schænanth. an. gr. vj. f. c. sacch. bolus.

obs.

§. 4. *Picam* morbum ideò ab ave denominari, quòd hæc consimili affectu laborare deprensa fuerit, jamdudum *Paul Ægineta* u) prodidit, cui tamen *Sennertus* contradicit, vv) quia nulli picæ appetitus cognitus est, quod jam in medio relinqvimus, dicentes tantum, quid in Regia & Eqvestri Academia. *Sorana* olim notaverimus. Pharmacopoeus istius loci, Dn. *Burserus*, cicurem alebat *picam* femellam, quæ non tantum araneis, minutis pisciculis, quos fundulos dicimus, caseo, sed etiam majusculis aliquando lapillis, friabilibus tamen, imô cicutæ semine, citra noxam, cupidè vescebatur; vorato tandem foliolo (quod domestici viderant,) *asari*, faustè purgabatur, inordinato isto appetitu ad duos fere menses cessante, queîs verò elapsis, rediit. Confer, quæ de *pica canum porcorumque* in *Actis Anglicis* consignata sunt. x)

alia;

§. 5. Vidi *Hassfordij* ad Mœnum in Dioecesi

t) L. III. Prax. P. I. S. 2. c. 5. p. 112. u) L. I. c. 1. vv) l. a. x) Volum. I. p. 742.

cesi Herbi potensi rusticam quandam mulierem gravidam, quæ cum marito ad nundinas anniversarias properans, de vario suo appetitu mira referebat. Qvorum colonus pertæsus, dixit fortè: Ey Aenle friß einen Dreck. Paulò post hic, solutis braccis, cumulum in gramine fumantem fecit & dissessit. Mulier idem simulans sordidissimas Viri feces adhuc calidas (de exsiccatis exemplum habet *Borellus*, y] summo cum delectamento ingerit Virumque insequitur. Qui tandem retrospiciens, odoremque planè stercoreum ad mirans, reliquias jentaculi adhuc aliquas in facie conjugis deprendit, dicens: Aenle was ist das? fatetur: increpat ille fœtidum appetitum. Placatus demum à muliere conticuit. Adde saltem *Abrah. de Kreckwitz Sylvulam historico politicam*, z) ut multos alios taceam.

§. 6. Ceterum varia recentiora *picæ* exempla congessit Dn. de *Franckenau*, a) quibus adjungo puellam duodecennem, sordes tibialibus interius adhærentes sedulò conquirentem, & magno cum appetitu avidè deglutientem, quam tamen à D. *Olfers* feliciter curatam novi. *alia;*

y) Cl. IV. obs. 2. z) P. I. p. 520. & P. II. p. 850. a) Dec. II. Eph. ann. VIII. obs. 234.

CAP. V.

DE USU N. M. IN. SINGULTU.

§. 1.

VIdit D. D. *Josephus Lanzonus*, Medicus & Professor Ferrariensis, Collega Curiosus, b) juvenem pertinaci *singultu* laborantem ab alio juvene solâ *alapâ* feliciter curatum, uti *Valleriola* c) à subitaneo terrore, à mentis perturbatione *Ephemerides* nostræ, d) Novit *Metius* noster quendam, qui quoties singultu ex crapula corripitur, vittam coriaceam coccineo panno subtextam in terram projicit, pedibusque calcat, & quàm primum eam inversam denuò capiti imponit, illicò singultus cessat. e) De periculoso singultu, ex odore, seu effluvio sulfuris corpusculari candelæ extinctæ copiosius hausto, in momento sedato *D. Staudigel.* f) Nos *nucem moschatam* in subsidium vocabimus nostrum.

mixtura §. 2. *Doleus* g) *Timæanum* istud comendat:

Rec. Theriac. Androm. scr. ij. extr. ligu. aloes scr. sem. *ol. macis dest.* g. ij. laud. op. gr. j. M. pro dosi.

Gabriel Bruel dat hanc *mixturam*: h).

Rec.

b) Dec. III. ann. I. obs. 44. c) L. II. obs. 4. d) Dec. II. ann. VI. obs. 15. e) Dec. III. ano. V. & VI. obs. 165. f) l. a. obs. 288. g) L. III. Encyclop. Med. c. 2. p. 449. h) l. c. p. 266.

℞. Rec. Galang. Zedoar. an. dr. ij. & sem. sem. aneth. dr. ij. *N. M.* dr. j. & sem. mithridat. dr. iij. M. Dos. dr. j. in vino generoso.

Vel: Rec. Aq. menth. unc. ij. *Tinct. macis* unc. sem. sp. sal. armon. g. vj. M.

Seu: Rec. caryoph. vel cinam. *seu macis* unc. j. sp. roris rectif. unc. ij. Vin. Hispan. rectif. unc. j. sp. sal. armoniac. rectif. unc. sem. M. Diger. in phiala hermeticè clausa per sex dies.

Vel: Rec. *Ol. macis stillat.* unc. j. Sp. roris rectif., Sp. Sal. armon. rectif. an. unc. iij. Sp. sal. dulc. aurei dr. vj. Diger. hermeticè, sigillet. in arena vel M. B. per XIV. dies. i)

§. 3. *Pulvis Ettmüllerianus* pro infantibus singultientibus hic est: *pilul.*

Rec. *N. M.* dr. j. corall. caryoph. an. dr. sem. M. D. parum per vices.

Studiosus à Medico quodam contra ructum acceperat hunc:

Rec. Pulv. absorb. Willis. dr. j. conch. præp. *N. M.* an. dr. sem. mag. corall. scrup. j. then. coel. Hanov. g. iij. M. pro 3. dosib.

Pulvis *absorbens Willisianus* fortè iste erit, quem *Dolæus* habet. k) Pulvis *Rivarianus* hic: l)

i] Dolæus l. c. k] l. c. p. 431. l) L. IV. Pract. c. 6. p. 108.

Rec. Sem. aneth. unc. sem. Zedoar. lign. aloës, *N. M.* caryophyll. Sp. diambr. an. dr. j. cap. manè scrup. ij. c pauco vino odorifero, vel adde Sal. commun. unc. iij. & utere pro condimento ciborum ordinariorum.

Seqventem pulv. sœpè cum effectu exhibuit in ructu & singultu *Dolæus* cum aqva menthæ, qvæ specifica erat *Sylvij*. m)

Rec. pulv. *N. M.* dr. sem. oc. cancr. præp. scrup. j. castor. scrup. sem. corall. r. præp. caryoph. an. scrup. j. ol. dest. menth. g. ij. ther. coel. g. iij. M. f. pulv. subtil. Dos. infanti scrup. sem.

balsam. §. 4. Insignis *Rolfinccius* hoc nobis *balsamum* suppeditat: n]

Rec. *Ol. N. M. expr.* unc. sem., ol. anis. fœnic. junip. dest. an. dr. j. rut. laur. expr. an. dr ij. M. pro bals. stomachico.

Post inunctionem Rec. vin. malvat., seu Spirit. vini, in quo macerata per noct. coma absinth. pontic., ruta, puleg. castor. Spongiâ calida omnia imbibita applic. stomacho pro fomento. *Sim. Andr. Becker.* o] hunc habet *bals.*

Rec. *Ol. N. M. expr.* dr. j. angelic. junip. citr. succin. aneth. anis. an. g. iij. cinam. caryoph. an. g. ij. camph. g. j. bals. peruv. scrup. j. M.

§. 5.

m) l. a. p. 388. n) epit. part. corp. affect. L. III. c. 1. p. 431. o) disp. de singultu ex febri maligna.

§. 5. Si opus sit *cataplasmate*, fac. sequens: p) *catapl.*

Rec. ferment. acerrim. unc. j. theriae. dr. iij. *N.* M. num. j. ol. menth. dr. j. M.

Vel: Rec. Ferment. acerrim. unc. iv. pulv. H. absinth., menth., ros. r. an. unc. j. mastich. unc. sem. N. M. num. j. Zedoar. P. dr. ij. c. s. q. acet. ros. f. catapl. q)

§. 6. Nec in efficax *sacculus* apud *Dolœum*. *saccul*

r) Pauperioribus satisfaciet talis:

℞. H. menth. absinth. bacc. junip. an. M. j. *macis*, sem. anis. carv. *N. M.* an. dr. j. irrorent. acet. & vin., ac applic. ventriculo.

Fotus siccus pro iisdem potest esse talis: *fotus.*

℞. H. absinth. menth. cr., bacc. junip. an. Mj. macer. sem. anis. carv. *N. M.* an. dr. j. M. D.

§. 7. Testatur *Epiphan. Ferdin.* s] per DEUM, singultum in febribus malignis, ceu characterem summè exitialem, sibi semper observatum, & talis etiam est. Cessit tamen non semel remediis domi passim obviis. Testem sisto *Melch. Süthof*, coqvum aulicum Gvelferbyti, qui in adulto autumno febri maligna, cum gravissimis symptomatibus, lethaliter fere correptus, svasu mulierum, ad extingvendum æstum, hauserat è fol. sempervi. major. succ. expressum, à quo continuus postea singultus ultrà quinque dies, nullis re- *obs.*

p) Jüngken Vad. med. p. 257. q) Id. in fund. Med. electic. p. 840. r] l. c. p. 451. s) hist. 27.

mediis parens. Misturam *Schultzianam,* t) aliaque experta & probata propinabam, at nullo cum levamine, aliquali tamen, quoties dictæ misturæ unam alteramvé guttulam *olei stillat. macis* admiscebam. Ne igitur cum rustico isto *Lanzoniano* u) extingveretur, implevi sacculum fol. card. bened., menth. cr., absinth. fl. centaur. min. salv., bacc. junip. *N. M.* & sem. carv. coctaque in aqua imposui ventriculo calidè optato cum successu. *Susanna* Völckerin/ ante portam Georgianam habitans, quæ ad funus sibi parârat omnia, eôdem remedio, DEI gratiâ feliciter servata, ut ipsa adhuc fatebitur.

alia, §. 8. Parochus paganus, notante *L. Schmär.* molestissimo *singultu* vexatus, solo terore, ab inopinato in vicinia incendio, incusso, subitò liberatus. Scilicet terror singultus averruncus est, cujus incussu finiri eundem, testatur *Galen.,* vv) intrò vocatis spiritibus, & disploso incarcerato flatu. Adde *Valeriolam.* x)

CAP. VI.

DE USU N. M. IN VOMITU.

§. 1.

Duo inter alia sunt, inqvit Excell. D. *Waldschmied*, y) quæ abstrusissimis morborum causis lucem fœnerantur, & tum futu-

t) Dec. I. Eph. ann. VI. & VII. obs. 149. u) Dec. III. ann. I. obs. 48. vv) L. de med. parat. facil. c. 31. x) L. II. obs. p. 162. y) disput. medic. 20. in præloq.

uturo , tum multorum annorum Practico scitu perquam sunt necessaria : Quorum unum est accurata *curandi febres methodus*; alterum doctrina de *morbis ventriculi*. Utrumque si negligatur, vel alterutrum saltem oscitantiùs tractetur, dici vix potest, quàm fœcunda errorum fiat genitrix ambulatoria, & intra sphœram se continere nescia, atque elasticâ suâ, quâ pollet, vi, ipsum intellectum in non satis cognita abripiens, hominis voluntas. Cum ergò vomitus nil aliud sit, quàm ipsius fundi ventriculi versùs superius orificium & januam contractio, variique generis humorum per gulam expulsio, fas erit, sobriè de eodem hîc fari.

§. 2. Si causa vellicans profundiùs in poris partium membranosarum stomachi hæreat, & vomendi saltem conatum inanem inducat, anodyna cum aromaticis maritata in usum veniat, ut:

Rec. Aq. menth. crisp. unc. IV. vit. Matth. unc. sem. mastich. unc. ij. Tinct. bez. dr. j. anodyn. scr. ij. *ess. macis* dr. j. & sem. sir. cinamom. unc. sem. D. sœpiùs coch. *Potio.*

Vel: ℞. Theriac. dr. ij. *ol. macis dest.* g. ij. extr. opii s. gr. j. D. pro dosi c. vin. calid. seu aq. menth. z)

Bonus etiam *haustulus Mynsichtianus*: a)

Rec. Laud. op. q. s. sirup. de menth. aq. sto-

z) Jüngken. Vad. mec. p. 277. & in Prax. med. p. 1011. a] S. III. p. 77.

stomach, nostr. an. dr. iij. extr. calam. arom. sal. stomach. nostr. an g. iv. *ol*. N. M. mastich. an. g. j. elix. vitriol. nostr. q. s. ad grat. F. haust. pro una dosi.

Paupercula pituitosa evomebat admixta bile, sumtâ verò hâc mixturâ, & adhibito emplastro, integrè restituebatur:

Rec. Sirup. absinth. mastichin. an. unc. j. succ cydon. cinamom. an. unc sem. extr. absint. dr. j. corall. r. præp. scr. ij. lign. aloës *N. M.* an. scr. j. ol. caryoph. g. iij. M. Sumsit frequenter cochl. j.

Emplastrum parabatur ex fermento acerrimo, pulv. caryoph. & menth. c. adspersione ol. dest. menth. Aqua *mastichina* Augustanorum insignis est in confortando stomacho, profligat namqve ciborum fastidium, nauseam, vomitum &c. cochleatim crebriùs sumta.

pulv. §. 3. Quidnam ultra qvadriennium ciborum vomitu molestatus, sumtis prius *pilul.* purgantibus, usus est tragéa & oleo:

Rec. Spec. aromat. caryoph. diaxyl. an. dr. j. *N. M.* dr. sem. *macis* caryoph. cinam. an. scr. j. sacch. alb. unc. iv. f. tragéa. D. c. crust. panis tost. vino madid.

Oleum erat hoc:

℞. Ol. absinth. unc. j. nard. mastich. menth. an. unc. sem. *N. M. expr.* scr. iv. M. b)

Si-

b) Toner. L. III. obs. p. m. 137.

i vomitu gravidarum simul ardor adsit, ute-
e hôc:

Rec. Ocul. cancr. præp. cretæ an. scr. j. N. M. scr. sem. CC. præp. scr. j. ther. cœl. gr. j. F. pulv. divid. in 2. p. æqv. c)

i bilis æruginosa ansam dederit:

Rec. Pulv. bez. Sennert. crystall. præp. an. scr. j. ther. cœl. g iij. *ol. dest. macis* g. ij. f. pulv. pro 1. dosi. d)

uella longo tempore ventriculi debilitate c cruditate cibum nec coquebat, nec per-
iutabat supra modum pallida, accepit hunc ulv. à *Grülingio:* e

Rec. Ungvent. Spasmat. Mynsi. dr. vj. axung. cati sylv. dr. sem. sapon. venet. dr. ij. *ol.* N. M. *expr.* dr. sem. sp. vin. camphorat. q. s. f. linim.

Lentilianum hoc: o)

Rec. Ungvent. alth. dr. vj. ol. chamom. hyosciam expr. an. dr. iij. antim. diaph. dr.

k) Lentil. l. c. p. 525. l) epist. med. S. XIV. p. m. 470. m) disp. de colica lit. C. n) V. opp. ej. p. 166. o] l. c.

dr. j. & sem. *ol. nucist. expr.* scr. ij. ol. dest. carv. scrup. sem. M. unge abdomen eô calidè.

§. 11. *Sacculus* ejusdem talis; p) *saccul.*

Rec. Rad. angelic. valerian. imperat. helen. aristol. rot. an. unc. sem. cort. aurant. dr. iij. H. menth. origan. serpill. summit. aneth. fl. chamom. melilot. an. M. ij. sem. anis. carv. an. dr. iij. bacc. junip. laur. an. dr. ij. N. M. num. j. Incis. & conqvass. insuant. duob. saccul. interpassat., qui vino madidi, seu sicci calidiqve alternatim imponantur.

Clysteribus tutò semper admiscebis benedict. solutiv. Nicolai.

§. 12. De *aurea colica* rarius exemplum habet illustris Acad. Imperialis Leopoldinæ Præses *D. D. Fehr*, Fautor olim meus singularis, cujus molliter ossa quiescant, q) & curiosus *Borellus.* r) quorum tamen nulli mortem intulit. Sic impunè devorârunt Solem. Plebeja mulier in Stormaria, svasû barbitonsoris, dederat filio suo XXI. annorum globulum plumbeum mercurio illitum, ad deturbandos & enecandos vermes, sed infausto successu. Lapsus enim ille in sœvissimam & funestam colicam, cum magna phrenitide conjunctam, sicque vitam cum gemitu & *obs.*

 sum-

p) P. III. p. 85. q) C. *III.* epist. Bartholin. 59. r] C. IV. obs. 25. Add. Scholion Schröckian. ad obs. Helvvig. 62.

ſummo cruciatu miſit ad umbras. Felicior iſta femina apud D.*van der Wiel*.s)

alia, §. 13. Varias eorum hiſtorias, qui ſolo purgantium auditu, viſu, guſtu, odoratu, retentione in manibus, inunctione &c. feliciter evacuati fuêre, è diverſis Autoribus collegit Curioſiſſimus noſter *Argus*, Amicus & Fautor Venerandus, t) Vidit pater meus Herschfeldiæ Eqvitum Magiſtrum, qui ex pertinaci alvi ſuppresſione, quâ crebrius vexabatur, terribiles dolores colicos ſuſtinens, omnia prorſus medicamenta, etiam clysmata fugiebat. Asſidebat lecto ejus conjux, ulnis geſtans puellam unius anni, quæ fortè in ſinum genitricis ſordes rejiciens, ingratum (ſaluberrimum verò) nauſeanti Patri afflavit odorem. Ociùs ille ſurgens ἄνω καὶ κάτω purgabatur, exploſis ſimul multis flatibus, omni dolore eôpſe die ſublato.

alia, §. 14. CL. *Heurnius*, quoties piper, ſeu raphanum comedebat, patiebatur dolores colicos. u) Novi ſtudioſum, qvi ſumto, imò vix deguſtato *ſpiritu vini aduſti* ſubitò idem ſenſit tormentum. Nobilis puella ſimile patitur ſumtâ *carne ſuillâ*, qvâ impensè delectatur. De colica à *butyro* comeſto vide me alibi. vv) Ita honeſta femina ſemper ab eſu *juſculi gallinæ* cordis palpitatione infeſtatur, omnia

s) Cent. poſt. P. I. obſ. 18. t) Sat. med. continuat. 2. u) ad I. aph. I. vv) tr. de angvilla S. II. c. 3. §. 1.

omnia alia liqvida, frigida & calida, citra noxam ingerens. Ab esu freqventiori *cinamomi* eundem affectum notavit in nobile qvodam Exc. *Mœbius*, x) ab esu *malorum* in seipso D. *Sim. Paulli.* y) *Jacobus Petz*, Amicus meus, tunc annorum LXVII. ab assumto, etiam exiguo, potu cujuscunqve *vini*, vel *aceto*, ociùs patiebatur ἰσχουρίαν. Stranguriam notavit *Dodonæus* z) à solo *vino Rhenano*. *Petzium* verò nostrum qvodlibet in hanc detrudebat scyllam, & qvò fortiùs, eò citiùs. Colicam ex esu *corticum aurantior.* dedit D. *Albrecht.* a]

§. 15. Industrius Artis nostræ cultor, Venatoris filius, in Regio Prussorum monte qvàmplurimos colicos pulvisculo vel in aqva veronicæ, seu cum spiritu vini dato faustè curârat. Rescivi tandem, fuisse *pudendum cati Sylvestris*, ipso æstûs tempore exsectum, & à scr. j. ad dr. sem. seu dr. j. propinatum. De priapo taurino vide sîs *Zac. Lusitan.*, b) de cervino *Th. Bartholin.* c) & *Grabam*, d) quidnî eâdem vi polleat catus, animal libidinosissimum ?] nervosè Celeberrimus Danus: *Certo tempore*, infit, *animalibus œstro percitis magnus æstuansq; fervor membro ge-* *alia*,

x) L. *II.* Inst. Med. P. *II.* c. 4. p. 157. y) Botan. quadrip. Cl. *II.* p. 81. z) obs. 48. a) Dec. *II.* Eph. Curios. ann. *VIII.* obs. 169. b] L. *II.* Prax. admir. obs. 24. c) C. *VI.* h. 50. d] S. *III.* c. 20. p. 249.

genitali imprimitur, quo calore affectus dicti à flatibus & frigida intemperie orti, sedantur.

alia, §. 16. Qvæstor in Silesia perpetuò vexatus *colicâ*. rustici consilio, nudus circumvolvebatur *fimô caballinô* adhuc calido, & statim remisêre dolores. De usu stercoris eqvini interni vid. *CL. Schröder.* e) Præstabit autem ex eqvo avena benè nutrito & non castrato. Dn. *Michaël Ritthaler* ex largiori potu *Cerevisiæ Numburgensis* sibi contraxerat colicam, qvam fomentis, & *ol. destillato maci.* ipse curabat. Numburgenses in conservanda cerevisia bona curiosissimi, cellas, in quibus cerevisia per æstatem conservatur, rarissimè aperiunt, eas nunqvàm temerè intrant, & post ingressum valvulas post se subitò claudunt, quâ ratione etiam *nectar illud hypchondriorum* Numburgense celeberrimum plerumqve non acescens, & frigidissimum conservare solent. f) Sœvissimum dolorem *nive* circumposita curatum recenset *Zacutus* g) & *Bartholinus*. h)

alia, §. 17. Ludimoderator nuper formulam mihi exhibebat, qvâ in seipso feliciter usus erat, à Medico non incelebri sibi datam.

Rec. Pulv. sterc. murium domesticor. dr. sem. N. M. gr. IX. elæosacch. anis. scr. sem.

e) L. V. Pharmacop. Cl. *I.* c. 21. f) V. Ern. Christoph. Wolfii disp. inaug. de potu frigido, g) L. *II.* Pr. obs. 23. h) de Nive c. 24.

sem.aqv.cinam.menth. an. unc.j.sir. cinam.dr.ij.M.pro 1.dosi.

Rectè igitur *Winckelmannus* noster: i) Gedörrte und zu Pulver klein gestoßene Mäuse-Drecker 50 Gran schwer in 2. Löffel voll Zimmet-Wasser und ein wenig Zucker eingegeben / stillt die Colic so geschwind / daß man es kaum glauben solte.

§. 18. Rusticus cum nullibi reqviem vel auxilium reperiret, quæsivit in *upupa*. Quam exenteratam cum semine fœniculi & bacc. junip. coxit, decoctumqve summo cum levamine bibit. *Colicos* juvare spurcissimam hanc avem, ex *Avicenna* etiam meminit CL. *Schröder* k) & *Maccasius*. l) Nihil tàm objectum vel sordidum, qvod non usui famuletur hominum! *alia*.

CAP. IV.

DE USU N.M. IN DIARRHOEA.

§. 1.

VArios canales diversasqve cisternas ducendis excrementis corporis exstruxit solentissima Natura, qvarum una vel altera si lædatur, obstruatur, vel nimis prosiliat, morbi præ foribus cubant; ita si bilis haud ritè evacuatur, fit *icterus*, si humor pancrea-

ticus

i) in seiner Hauß-Apotheck c.5. p. 119. k] l.a.L.V. Cl.2. c. 70.p. 324. l) in Prompt.mat. med.Lib.post.S.*XIV*. c.12. p. 773. Add. Dec. *I*. Eph. ann. *IX*. obs. 191.

ticus non fluat, fiunt *febres*, *tumores*, &c. al
segnities *calorem*, *deliria*, *tormina* &c. produ
cit, suppressio mensium ác hæmorrhoidu
cachexiam cordisq; palpitationem, seminis re
tentio *gonorrhœam* seu *melancholiam*, sudor
febres, urinæ *hydropem* &c. Exemplo sit no
bis alvi fluxus; Nihil dico de *dysenteria*, o
mnium periculosissima, nihil de *lienteria*, *cœ*
liaca diuturniori, nihil de *fluxu epatico* ma
gis rebelli, aspice saltem *diarrhœam*, qu
licèt mitior tibi videatur, non minùs tame
molestabit, & quám facilè in reliqvas spe
cies transire potest.

Aqva §. 2. Aqva mastichina Augustanorum ma
ximè hîc conducit. Ceterùm si ex appetit
prostrato, ructibus, nausea &c. saburram i
stomacho ansam dedisse hariolare, merit
præferendum erit emeticum. Tunc acidu
rude lympham incrassans corrige, obstru
ctosque intestinorum poros resera, & qv
dem, si nulla adsit malignitas,

℞. Aqv. cinamom. cydoniat. unc. iij. ma
stichin. unc. ij. *ol*. N. M. *dest*. & *mac*
an. scr. j. tinct. anodyn. dr. sem. sp. nit
dulc. dr. j. sacch. alb. dr. iij. M.

Olea terenda cum saccharo, & tùm reliqv
addenda Dos. cochl. aliquot sœpiùs. m] Be
nus etiam haustus *Mynsichti* pro una dosi: n]

Rec. Laud. opiat. q. s. aq. tormentill. un
sen

m) Jüngken. vad. mec. p. 111. n) S. *II*.
p. 84.

sem. sirup. stiptic. Mynſ. dr. ij. eſſ. fl. rub. urtic. mort. ſcrup. ſem. extr. rad. biſtort. *elæosacch.* N. M. an. ſcr. ſem. M.

[U]rgente necesſitate *decoct. adſtringens Myn[s]chti* adhiberi poteſt. o) Si verò κάτω la[x]are velis, commodisſimum tibi erit *decoct. [R]habarbar.* p) Præſtantes etiam in *diarrhœa* [i]nmoderata *ſpec. decoct. fl. & fruct. pectoral. [Z]welferi.* ex qvibus vel juscula ſeu decocta [p]arari qveunt. q)

§. 3. In periculoſa diarrhœa cum imbecil[li]tate ventriculi *ſirupum* conſtringentem ſœ[p]iùs cochleatim dabat *Gr. Horſt.* r) ſuperad[d]ito ſeq. aqvæ corroborantis hauſtu : *ſirup.*

Rec. Aqv. fol. querc. unc. iij. aq. borrag. & bugloſſ. an. unc. j. & ſem. vin. cydon. unc. IV. *aq.* N. M. aurant. an. unc. ſem.. cinam. dr. ij. CC. uſt. præp. dr. j. conf. man. Chriſt. perlat. unc. ſem. M.

[P]ro refectione erat brodium confortans :

Rec. Capon. exenterat , vino lot. & in partes parvas inſtar caſtanearum inciſ., add. pulv. macis unc. ſem., N. M. dr. j. cinam. dr. ſem. f. ſtratum ſ. ſ. in vaſe ſtanneo , qvod optimè claudat. f. decoct. in diplomate , donec omninò caro ab oſſibus abſcedat , ſub fin. coctionis adde aq. aurantior. & N. M. an. unc. j. aq.

o) S. XXV. p. 393. p) Sect. cit. p. 308. q) Spin. l. c. p. 248. r) L. *IV.* obſ. 14. p. 216.

j. aq. cinam. unc. sem., pòst cum expressione separetur brodium, cujus usus pro virium refectione stomacho vacuo frequens sit. In diarrhœa autem biliosa, dysenteriæ matre, pro temperandis acribus humoribus febrisque correctione, hanc dabat potionem, quam suprà citavi §. 3. Nec temnendus *sirup. stipticus* Mynsicht. s) ab uncia j. ad ij., præmissis tamen universalibus.

pulv. §. 4. Species *diasuccini* Mynsichti t] viscosos & tartareos sales, intestina erodentes, alviqve fluorem sollicitantes, compescunt & obtundunt. Caveas autem in curationis initio ab adstringentibus, ne lympham corruptam studiosè detineas malumqve augeas, potiùs bene aliqvod purgans præmittendum erit, el. g.

Rec. Rhabarb. el. dr. j. seu dr. j. & sem., N. M. scr. sem. *ol. macis* g. ij. F. pulv.

Vel: Rec. Rhabarb. el. dr. j. vel dr. j. & sem., CC. sine igne scr. j. N. M. scr. sem. *ol. macis* g. ij. M. pro dosi.

Si fluxus alvi sit serosus, tunc, exhibitis priùs leniter evacuantibus hydragogis, absorbentia, confortantia, & leviter adstringentia propina, ut:

Rec. Rhabarb. tosti scr. ij. N. M. scr. sem. laud. opiat. gr. j. M.

Vel:

s) S. *XVI.* p. 263. t) S. V, p. 113.

Vel: Rec. N.M. num. 1. pulv. tormentill. dr.ij.ſacch.alb.unc.ſem.M.

eqvens pulvis puerilis probatus eſt in tor-ɪinibus cum alvi fluxu. u)

Rec. Unicorn. foſſil. corall. r. præp. CC. uſt. præp an. ſcr. j. terr. ſigill. ſcr. ſem. theriac.g.iv.extr.caſtor.g.iij.*ol.macis* g. ij.f.pulv.

rülingianus hic: vv)

Rec. Maſtich. ſcr. ij. corall. r. præp. CC. philoſ.præp.bol.armen.an. dr. ſem., ci-nam.*macis* an.ſcr j.M.f. pulv., qui pulti infantis inſpergatur.

t pulv. N. M. cum ovo frixus & manduca-ıs convenit *Höfer* x) in diuturna diarrhœa ım tenesmo Matronæ dabat hunc:

Rec. Rhabarb. parùm toſt.dr. ij.pulv.lign. aloës dr.ſem. *ol.deſt. macis* g. V.M. pro 2.doſib.

Vel: Rec. Rhei toſt. ſcr. ij. N.M. ſcr. ſem. f. pulv.

[œbius laudat N.M. cum rhabarb.dr.j. Vi-) tusſi.gravedine,inappetentia, alviqve flu-ılaboranti commendabatur uſus panis bis ɔcti, ſuper qvo ſparſum erat ſeqvens *ϛάγημα*:

Rec. Panis alb. toſti unc. iij. coriand.unc. ſem. N. M. maſtich.an.dr.iij.ſacch. roſ. tabu-

u) Dolæus L. *VI.* Encyclop. med. c. 5. p. 93. vv) C. V. obſ. 99. x) Med. famil. p. 265.

tabulat. ad pond. omnium f. tragema
Magen-Pulver nach dem Essen.

J. Martin Floribus in diarrhœa cum tormi-
nibus dedit: y)

Rec. Pulv. CC. philos. pulv. epilept. March
terr. sigill. alb. præp. an. scr. sem. *o*
N.M. *expr.* ther. cœl. an. gr. j. D. pro 3
seu 4. dosib.

Sartor XLIV. annorum jam duorum mensi-
um permolestâ diarrhœâ correptus à dysen-
teria, quâ laborârat, per adstringentia ma-
turius cohibita, accepit pulv. seq. horâ ant
qvemvis pastum unà ex jure sumendum, a
duos cultri cuspides:

Rec. Gummi arab. tragacanth. corall. r
præp. CC. ust. j. laud. op. gr. V. N. M. dr. j
sacch. alb. dr. vi. F. pulv. z)

Post pastum utebatur tragemate N.M. auct
cum pane tosto, superinfuso, si haberi qve-
at, vino rubro. Si diarhœa epidemico cha-
ractere sit contracta, tùm paulò magis urgea-
tur diaphoresis:

Rec. Unicorn. fossil. CC. sine igne ar
dr. j. theriac. opt. dr. j. & sem. salis vola
CC. scr. sem., *ol. macis* g. vi, f. pulv. pr
4. seu 5. dosib. a)

Adde *marmeladam stegnoticam Mynsicht.* b

tinctur. §. 5. *Tinctura* cui placet, seligat *Jüngke-
nianam*: c) Rec

y) disp. de variol. p. 23. z) Lentil. l. c. p
140. a) S. *XII*. p. 212. b) Jüngken. Prax. p. 33
c) Vad. mecum p. III.

Rec. Cinamom opt. unc. iv. N. M. unc. j. *ol. macis dest.* scr. j. spirit. vini opt. libr. j. & sem. F. ex his tinctura, qva de sœpius D. cochlear.

Magnæ qvoqve efficaciæ *tinctum stiptica Mynsicht.* d) cujus dosis unc. iv. Infantibus dare potes gutt. xv. de hac mixtura cum calido jusculo:

Rec. Essent. myrrhæ balsamic. theriacal. an. dr. sem. tinct. terr. Japon. scr. sem. anodyn. g. iv. D.

§. 6. *Bolum* habes in *Jalapa* mea; e) Vel: *Bolus.*

Rec. Conserv. ros. rubr. dr. j. pulv. rhabarb. jalap. an. dr. sem. sal absinth. scr. sem. *ol.* N. M. g. ij. conf. alcherm. incompl. scr. j. M. f. bolus.

§. 7. Si diarrhœa ob virium lapsum sistenda videatur, tunc non inconveniens erit seq. *electuarium:* *Elect.*

Rec. Conserv. ros. rubr. antiq. rad. tormentill. an. unc. j. rob. junip. dr. vi. sp. diarrhod. Abb. dr. j. croc. mart. adstring. dr. ij. & sem. terr. sigill. bol. armen. corall. rub. præp. an. scr. ij. N. M. dr. j. sirup. myrtin. q. s. M. f. elect. S. Anhaltender stärck Zucker. f)

Vel: ℞. Conserv. ros. antiq. unc. j. & sem. diacydon. simpl. unc. j. N. M. *condit.* dr. j. spec. diarrh. Abb. dr. sem. sir. acetos.

d) S. II. p. 54. e) L. II. P. III. c. 8. p. 246. a] Scharf. de Juniper. c. 17. p. 239.

citr. q. s. f. conditum Dos. qvantitas nucis castaneæ. g)

Adde *Gockeliana* h] & *confection. stiptic. Mynsichti,* i] nec non *diacydonium solutivum Zwelferi.* k)

pilul. §. 8. *Pilulæ* stomachum roborantes apud *Riedlinum* tales ; l)

Rec. Extract. calam. aromat. scr. j. extr. Xyloaloës scr. sem. ol. cinam. g. iij. *ol. dest. macis* & caryoph. an. g. ij. incorporent. c. spec. diambr. compl. & f. pilul. pisi commun. magnitud., consperg. eod. pulv. D. Dos. num. iij.

rotul. Rotulæ possunt esse tales :

Rec. *Ol.* N. M. *expr.* dr. ij. sacch. in aq. ros. solut. unc. IV. f. rotul.

balsam. §. 9. *Balsamus* ad tormina compescenda *Rolfinccij* hic ; m)

Rec. *Ol. N. M. expr.* unc. sem. gumm. asphall. nigr. minutiss. pulveris, q. s. ad colorem nigrum.

Vel: Rec. Ol. stomach. Craton. dr. ij. *N. M. expr.* dr. j. menth. destillat. cort. aurant. dest. an. g. vj. caryoph. g. iij. bals. peruv. scrup. j. M. n)

Seu: Rec. Ol. myrtin. mastich. an. unc. sem. bals. peruv. *ol. N. M. expr.* an. dr. sem. ol.

g) Horst. L. IV. obs. 15. p. 219. h] consil. VIII. p. 70. i) S. XIII. p. 227. k) Pharm. Reg. p. 842. l) C. III. obs. 78. p. 426. m) L. VII. cons. 1. n] Riedlin. l. c. p. 421.

ol. carminat. Myns., dest. menth. an. g. vj. M.

§. 10. Infanti continuò per alvum & vomitum viridia excernenti torminibusque cruciato *Lentilius* o) tres guttas sp. Sal. armon. aromatisat. c. lact. materno bis in die dedit, abdomen verò inunxit seq. linimento; *liniment.*

Rec. Ungvent. alth. unc. sem. ol. amygd. d. dr. ij. ol. hyosciam. expr. dr. j *N. M. expr.* dr. sem. dest. carv. g. iij. M.

Dolæanum hoc: p)

Rec. Ol. mastich. cydon. an. unc. j. N. M. *expr.* dr. iij. M.

Vel: Rec. *Ol. nucist.* scrup. sem. caryoph. dest. g. iv. c. pauc. cer. f. liniment.

Vel: Rec. *Ol. nucist.* mastich. cydon. an. dr. j. absinth. dest scrup. sem. M.

Vel: Rec. *Ol. N. M. expr.* dr. j carv. absinth. an. scrup. j. Zibeth. g. v. M.

Vel: Rec. *Ol. N. M. expr.* dr. ij. menth. nardin. an. dr. iij. cer. q. s. f. liniment. tepidè usurpandum.

Vel: Rec. Ol. cydon. menth. omphacin an. unc. sem. *ol. N. M. expr.* dr. sem. ol. mastich. macer. caryoph. dest. an. g. iij. sumach. balaust. an. scrup. sem. c. s. q. cer. f. liniment. q]

Adolescenti phtisico contra diarrhœam nimiam viriumqve langvorem alia inter hoc *linimentum* Idem dabat *Lotichius*. r)

o) l. c. p. 133. p) l. a. p. 467. q] Lotich. L. IV. c. 7. obs. 1. r) L. IV. c. 4. obs. 6.

Rec. Ol. menth. cydon. costin. an. unc. sem. *N.M. expr.* scr. j. c. cer. f. linim. superimposito emplastrô de crust. pan. & cerat. stomach.

ungvent. §. 11. Pro puella trienni *Grüling.* s) hoc ordinabat ungventum:

Rec. Ol. absinth. unc. j. cydon. dr. vj. stillat. mastich. g. vj. dest. menth. caryoph. an. g. iij. *pulv. N.M.* corall. an. scrup. j. c. s. q. cer. f. ungvent.

Alii hoc: t)

Rec. Ol. cydon. mastich. an. unc. j. corall. præp. *pulv. N.M.* an. dr. j. ol. destill. mastich. g. x. menth. g. viij. M. pro ungvento molli.

Vel: Rec. Ol. mastich. cr. absinth. an. dr. iij. cydon. unc. j. *nucist. rec. express.* dr. j. cer. parum, f. ungvent. add. *ol. stillat. macis.* cinam. caryoph. an. g. iij. M. u)

Vel; Rec. Ol. nardin. mastich. menth. an. unc. sem. pulv. corall. dr. sem. *ol. N. M. expr.* scrup. j. cer. q. s. M.

pulticula §. 12. Vel Rec. *Ol. N.M. expr.* dr. ij. D. ad fabæ magnitud. hor. 1. ante cibum cum brodiolo. *Lotich.* vv) Capitaneo *pulticulam* dabat:

Rec. farin. tritic. unc. j. vitell. ovor. num. iij. pulv. cinam. N. M. an. dr. j. coq. omni-

s) C. III. obs. 57. t) Id. l. c. obs. 62. u) Gockel l. c. p. 71. vv) l. c. p. 414.

mnia c. vin. [inprimis rubelli, si haberi potest,) rhenan. unc. iij. s. q. s. ad pult. consistent. add. sacch. finiss. q. s. ad gratiam.

Cataplasma habet *Jüngken*, x) *sacculum Riverius*. y) *Emplastra* dabit *Grüling* z) & *Mynsicht*. a) *catapl.* *empl.*

Vel: Rec. Theriac. c. terra. sigillat. *pulv*. N. M. & acet. bezoard. in emplastr. form. redact., & uncto prius ventriculo ol. mastich. cydon. an. unc. sem., bals. peruv. dr. j. *ol nucist. dest. macis* an, scrup. j. desuper impon. b)

§. 13. Vir XLVI. annorum, modestus, eruditus & sincerus, verum excellens hypochondriacus, post usum acidularum *Pyrmontanarum*, tertio statim die circa vesperum *diarrhœâ*, licèt saluberrimâ, correptus, materiam planè *atram & liqvidam*, picis instar, per alvum excrevit citra molestiam, quolibet fere die octies, ut acidulis, svasû aliorum, abstinuerit. Verum pejus inde habens, me monente, ad easdem regressus, piceâ istâ materiâ semper excretâ. Usus interim aliis deoppilantibus, tandem visceribus robur addidit, qs. modò genitus postea pancraticè vixit. De secessu & vomitu *piceo* Dn. *van der Wiel*. c) *obs.*

x) fundam. Medicin. elect. p. 840. seq. y) L. V. Prax. c. 4. p. 137. z) C. V. obs. 99. a). S. XXXVI. p. 504. b) Jüngken. Vad. mec. p. 113. c) Cent. post. obs. rarior. Part. prior. num. 16.

CAP. V.

DE USU N. M. IN HYPERCATHARSI.

§. I.

PUrgantia resinosa non rarò præcipitantur in intestinis, illorumque tunicis firmiter adhærentia continuam irritationem ad egerendum causantur, quod odiosum spectaculum est. Præsentanea tamen inter remedia refert *Waldschmiedius* noster *aquam N. M.* d)

linim. §. 2. Plebejum, efficax tamen remedium calidus haustulus vini cum adjecto pulvere *macis*, ventriculo bene contecto. *Höfer* hoc maximè commendat:

Rec. Ol. laurin. unc. sem. *N. M. dr.* iij carv. scrup. IV. cer. parum f. linim.

cataplasm. Sequens *cataplasma* multoties hoc in casu feliciter expertum fuit:

Rec. Ferment. acris unc. iij. pulv. menth. cr. *N. M. pulv.* mastich. an. dr. ij. & sem. caryoph. scrup. sem. acet. parum M. & impon. ventric. calid.

obs. §. 3. De *hypercatharsi* ex esu turionum sambuci, memorabilem historiam recenset D. *Sommer*, Archiater Arnstadiensis, Amicus noster, e) de alia à purgante improvidè sumto D. *Schelhas.*, Archiater Wetzlariensis, Fautor no-

d) L. II. Opp. p. 518. e) Dec. II. Eph. Curios. obs. 17.

noſter ſingularis. f) Rectè *Ulpianus* : g) *affectare nemo debet id, in quo vel intelligit, vel intelligere debet infirmitatem ſuam.*

CAP. VI.
DE USU N. M. IN OBSTRUCTIONE ALVI.

§. 1.

E Tripode Celeberrimus *Wedelius* noſter: h) non levis, ait, res eſt movere alvum. Tonſor, agyrtranus fortisſimum purgans exhibere nôrunt, ſed *qvomodo, quando, qvibus*, hoc opus, hic labor eſt. Unde *Veronæ* olim in publico foro ſuſpenſa fuit tabula, elenchum Medicorum iſtorum continens, quibus ſolis autoritate Magiſtratûs liceret purgans præſcribere,

§. 2. Jucundum electuarium lenitivum, quod olim in Pharmacopœa *Soltqvellenſi* frequenter cum fructu præſcribebatur, paululum à *Greg. Horſtio* correctum, quodque tutò *Auguſt. Thoner.* gravidis & puerperis ad alvum reſerandam non ſolum, ſed & in morboſa diſpoſitione, ſi opus evacuatione, benignè citra ullam virium offenſionem, exhibuit, præſertim ſi biliosi exorbitârint humores. Mihi ſanè frequentisſimo in uſu eſt tam in adultis, quàm parvulis. Hæc autem genuina deſcriptio eſt elect: detamarind. c. fol. ſen. correction. Horſtian.

f) Dec. II. ann. III. obſ. 160. g) l. 8. ff. ad L. Aqv. h) diſp. de purgantib. c. 1.

Rec. Fol. senæ s. st. unc. V. cinam. opt. dr. vi. sem. fœnic. dr. j. Vini malvat. opt. libr. iij. semel ebulliant, postea in loc. calid. diger. per 3. dies, vase clauso. Col. c. express., quâ extrahebat. pulp. passul. min. & major. an. unc. iv. & sem. Extractæ massæ per setaceum add. pulp. tamarind. elect. diaprun. simpl. lenit. an. unc. iij. crem. tartar. dr. ij. *ol. dest.* N. M. scr. j. & anis. scr. sem. M. f. elect. i)

obs. §. 3. *Hermann. Avenarius* qvoties alvum habeat occlusam, esitabat *cydonia*. *Ludovicus ab Hegern* qvoties ventrem purgare vult, *ova ad duritiem cocta* ad saturitatem comedit, & ita sibi medetur. Similem historiam vide apud *Alex. Bened.* k) planè tamen contrariam, morte etiam subsecuta, ex *Brasavola* notat CL. *Mœbius*. l) Alvum à *pomis austeris* lubricam meminit *Galen.*, m] abs *uvis crispis* D. Mich. *Lyser*. n)

alia, §. 4. De *mustela sylvestri*, seu viverra, asserunt Autores, eam ad iram provocatam feces alvinas (odoratas) rejicere. Novi honestum Virum, qvi, qvamprimùm à domesticis irritatur, subitò excrementi alvi egerit. Scilicet bilis in ventriculo & intestinis perpetuò

i) V. Horst. L IV. obs. in append. p. m. 294. & Thoner. append. ad obs. p. 366. k) L. XIX. c. 33. l] L. IV. Inst. medic. P. II. c. 5. p. 496. m) L. II. de aliment. c. 22. n) obs. Bartholin. transmiss. num. 12.

ꝑetuò ſtagnans, animi excandeſcentiâ commota, magis magisqve ebullit, & ſcybalis ſtimulum addit, ut ociſſimè egerantur. Solo *purgantium odore* quosdam largiter evacuatos fuiſſe, *Schenck.* o) *Panarol.* p) & *Salmuth.* r) exemplis confirmant. Rationem addidit *Fr. Hofmann.* ſ] *Iſaacus Boldermann*, fidus *Pſahlij* mei in Angliam comes, ex ſolo *florum tunicarum odore*, ſi recentes erant, pro lubitu ſibi alvum turbabat.

§. 5. Miles, cum lubricam vellet efficere alvum, duas uncias *ſpiritûs vini* optimi ſumſit, optimo cum ſucceſſu. t] Pueri utuntur *aniſo*, ſeu *zingibere* laxativo, parciùs tamen, exempla ſiquidem mihi nota, cum odioſa ſint, prætereo. *alia*,

CAP. VII.

DE USU N. M. IN LIENTERIA.

§. 1.

CAuſa primaria ſunt ipſa aſſumta, viſciditate & duritie peccantia, fibrarum ἀτονία, & fermenti tùm gaſtrici, tùm duodenalis inertia. Remotiores ſunt potus nimius, morbi tùm chronici tùm acuti, ſangvinis compagem usque adeò turbantes, ut nec acidum, nec amarum fermentum ampliùs

 gene-

o) L.III.S.I.obſ.284. p] Pentecoſt.IV.obſ. 28. r) C.III.obſ.8. s) L.I.M.M.c. 8. p. 74. t] Dec. III. Eph.ann.I. obſ. 47.

generari possit. Præsidium tamen nostrum in *N. M.*

decoct. §. 2. *Decoctum* ad *lienteriam* & dysenteriam *mace* auctum habet *Quercetanus.* u) Miva cydoniorum aromatica dextrè præparata ventriculum humidum & frigidum à pituitosis humoribus laxum constringit, ob id diarrhœam inde causatam refrenat, præcipuè verò lienteriam cohibet, concoctricis facultatis vires plurimùm auget, omnemqve ventriculi vim, à frigore sopitam exsuscitat, stomachiqve exsolutiones avertit.

pilul. §. 3. Saluberrimum etiam medicamentum sunt *pilulæ balsamicæ* & *stomachicæ Zwelferi.*

Rec. Pulv. succin. alb. præp. dr. j. oliban. mastich. myrrh. gumm. anim. lign. aloës pond. N. M. an. scrup. ij. croc. austr. dr. sem. R. doronic. ver. dr. j. & sem. resin. storac. calamit. dr. j. bals. indic. de peru, *ol. N. M. expr:* an. scrup. ij. opobalsam. ver. orient. q.s. pro massa just. consistent. efformanda, add. ultimò ol. stillat. cinamom. scrup. j. f. massa. Dos. qvinqve vel sex pilulæ just. magnitudin. instar pisorum, ante, vel post cœnam sumendæ.

CAP.

u) Pharmac. restit. c. 8. p. 153.

CAP. IIX.

DE USU N. M. IN DYSENTERIA,

§. I.

SI à confluxu malorum morborum æstimes, vix graviorem offenderis *dysenteriâ*. Quæ enim in aliis seorsim satis crudeliter torqvent, ea omnia hîc vides conjuncta & cumulata. Qvid gravius febri? at hæc comitatur *dysenteriam*: qvid molestius siti? & hæc affligit *dysentericos*: qvid immanius dolore? & iste carnifex hîc est præstò. Quid mirâre igitur tot mortalium stragem, hoc malo, pestilentiæ instar furiente, longè latèqve grassante? Qvid fœdius enim misturâ sangvinis & stercorum, purpuræ vitalis & sordidissimis excrementis? Benè tamen, qvòd divina benignitas & huic torturæ lenimentum medelamqve fecerit *nucem* nostram.

§. 2. *Aqvam antidysentericam* talem nobis dedit *Schröderus*: vv) *aqva*,

Rec. *Nucistæ*, sem. plantag. sangvinar. burs. past. sangvisorb. an. unc sem. gallar. dr. vi. cydon. exsiccat. unc. j. mespilor. exsiccat. sorbor. exsiccat. an. unc. sem. (hæc duo *Spina* neglexit, x)) boli, terr. sigillat. an. unc. j. fl. balaust. M. j. rad. acor. unc. sem. fruct. acac. exsicc. unc. j. panis tosti c. crusta M. iij. inf. in aq. plantagin. tormen-

vv] l. c. p. 141. x) in lexic. p. 57.

mentill.& burs.past.an. q.s. stent in infusion. per octo dies & noctes, postea destilla ex M.B. Dosis cochl.j.seu ij.

Aliam *P.H.D.* vid.apud *Spinam* y) & *Quercetan.* z) nec non *Lentil.* a] &c.

Vel: ℞. Panis secalin. nigr.libr.iij, *N. M. gross. contus.* num. viij. aff. vin. rub. stiptic. ut emineat, tunc stent paulisper & dest. postea, ac serv. aqva, qvæ sœpiùs D.ab unc.ij.ad iij. b)

Vel: ℞. Panis secal.rec.libr.ij.affund. vin. rubr.mens. ij. add. N.M. pulv.unc, j. & sem. tormentill. unc. iij. Macer. per noct.in loco calente,mane dest.& Serv. Dos.ab unc.j.ad ij.seu iij.c)

Waldschmied ita proponit in disp.de *Dysenteria maligna.* d)

Rec. Panis calid. ex furno c. tota substantia confract., inf. in aq. plantag. tormentill burs.past.an.q. s. add. CC. ust. unc. ij Spodii unc, j.*nucist.* dr. vij. galang.dr.vj.sem.anthor. & plantag. an. dr. ij.myrtillor.dr.vij.cydon.mespil.an. unc.j.Infusis per triduum add.fl.balaust. dr. j. succ. acac. dr. ij. rad. acor. unc. sem. dest. in M. B. Vel:

Rec. Micæ panis secalin. calent. libr. iij.

N. M.

y] l. a. z) Pharmac. restit. L. I. c. 7. a) l.c. p. 95. b) Jüngken. Vad.mec. p. 115. c] in lexic. pharmacevt. p. 31. d) c. 7.

N.M. *ras.* num. viij. succ. pyror.sylv.P. ij. vin.rubr. P. j.infusa per 24. hor.dest. ex vasis vitreis.

Aqva dysenterica Dorncreil, e) usualis erat in dysenteria maligna, contagiosa & pestilentiali, quæ anno 1599. ferè totam Europam invasit, & quàm plurimis exitio fuit. Propinabatur evacuato corpore, per sirup. dysenteric., vel per se, vel c. sirup.myrtin.comp., seu miv. cydon. simpl. unc. sem.

Vel: Rec. vitell. ovor.coct.num. XX. N. M. unc. ij. vini rubri stiptic. q.s. inf. s.a. F. destillatio per Baln. Dos. unc. ij. f]

Vel; Rec. Lact.recent. Mens. j. N. M. *incis.* num.ij. gran. piper. num. xviij. caryophill.num.xv.cinam.unc.j. cort. querc. annos. inter.unc. iij.Incis. & cont.coq., donec una qvarta pars decocta sit,tunc col.,Colat. in IV. part. dividit,, unam. propina manè, alteram hora 10. tertiam à meridie horâ 4tâ, quartam horâ somni. Et si hoc per aliqvot dies recenti confecto lacte reiteretur,nulla nec diarrhœa,seu dysenteria perstabit,si dolor maximam partem ablatus est., non admodum calidè hoc lac. propinandum. f]

Nec

e) P.II.dispensat.c.17.p. m. 58. f) Müller. in mirac.& myst.Med.Chym.p.m. 86. & Petræus diss.harmon.*XXVIII*.p.m.107. f] Jüngken.Med.præs. secul.accommod.P. II. S. I. c. 17. p. 673.

Rec. *N. M. condit.* num. ij. vin. malvat unc. iv. contund. in mortar. lapid. in pul tis formam, postea expressum coq. a consist. sirupi. Dorncreilianus datur a unc. ij. c. aq. acetos. endiv. f. querc. an unc. j. n)

extract. §. 6. *Extractum* & *aqvam Döringianam* vide sîs apud *Sennertum.* o) Affert *Tilingiu* duas laudani opiati descriptiones ex Eodem p) quarum altera *oleo* N. M. aucta. q)

bolus §. 7. Juvenis in dysenteria epidemia cum tenesmo, sinceri sangvinis excretione, magna cordis anxietate, siti, vigiliis, & atrocissimi alvi doloribus, hunc *bolum* magni semper fa ciebat: r)

Rec. Extract. theriac. & tormentill. an. scr sem. *ol. nucist. dest.* g. iij. antim. diapho ret. scrup. sem. c. conserv. ros. f. bolus

Regi Poloniæ *Joanni Casimiro* hic erat fami liaris, qvô semel sumtô, statim melius habuit.

Rec. Conserv. ros. antiqv. dr. j. & sem laud. opiat. g. j. theriac. pulv. pannon. an scr. j. M. f. bolus.

Ego nonnunquam addidi guttam unam *ole destillati macis.* s)

§. 8

n) l. a. c. 17. p. 52. o) L. *III.* Prax. P. *II.* S. 2. c 7. 368. p) L. *VI.* Prax. Pr. VI. c. 1. p. 209. seq. q) Vid. tr. de opio P. *II.* c. 2. p. 131. r) disp. cit. c ult. s) Bernitz. fascic. ij. medicam. sing. tit XIV. p. 104.

§. 8. *Pulveres* prostant varii. *Thonerianus* pro plebejis hic est : t]

℞. Rad. zedoar. scr. IV. tormentill. angelic. enul. an. dr. sem. flaved. cort. citr. scr. j. *ol. stillat.* N. M. g. IV. sacch. fin. dr. iij. F. pulv. D. mane ac vesperi Fug. j. vel ij.

Spec. diasuccini Mynsicht. vid. apud Autorem, u) *Pulvis* autem ejus *dysentericus* hic est : vv)

Rec. CC. spagyr. calcin. unc. j. & sem., sem. sangvinar. plantag. an. unc. j. cret. alb. præp. N. M. visci qvercin. nitr. præp. an. unc. sem. f. pul. Dos. dr. j. in vehiculo appropriato & specifico.

Jüngkeniani tales : x)

Rec. Pulv. rad. tormentill. unc. sem. zedoar. dr. ij. terr. sigillat. dr. iij. CC. ust. N. M. an. dr. ij. & scr. ij. camphor. scr. ij. extr. op. s. scr. sem. F. pulv. qvi sœpiùs detur ad dr. j. Vel :

Rec. Rad. tormentill. pulv. dr. ij. terr. sigill. bol. armen. an. dr. j. N. M. tost. mastich. sem. acetos. & plantagin. an. dr. sem. extr. op. s. gr. V. M. f. pulv. D. sœpiùs ad dr. j. c. aq. tormentill.

Riverianus hic : y)

Rec. Pulv. tragacanth. dr. j. N. M. corall.

t) L. III. obs. 10. p. 170. u) S. V. p. m. 113. vv) l. c. q. 124. x] Vad. mecum p. 116. y) L. V. Prax. c. 6. p. 150.

præp. an. dr. ſem. M. pro 2. ſeu 3. doſib. D. c. ovo ſorbili, ſeu jusculo.

Sennertianus ita fit: z)

Rec. Tragacanth. unc. ſem. N. M. dr. ſem. R. tormentill. dr. j. f. pulv.

Grülingiani ſic: a)

Rec. Corall. r. præp. dr. j. CC. uſt. præp. R. tormentill. troch. de carabe, ſem. plantag. *N. M.* an. dr. ſem. terr. ſigill. croc. mart. adſtring. an. dr. j. f. pulv. Dos. à dr. ſem. ad integram in vehiculo convenienti.

Vel: Rec. Corall. r. ptæp. gr. xxIv. CC. uſt. & philoſ. præp. gr. xviij. croc. mart. adſtr. dr. ſem. terr. ſigill. R. biſtort. gumm. tragacanth. N. M. an. dr. ſem. f. pulv. pro 3. doſib. in ovo. ſorbili. b)

Apud *Höferum* talis extat: c)

Rec. Rhabarb. opt. unc. j. & ſem. fol. ſenæ unc. ſem *N. M.* num. j. CC. uſt. & præp. dr. ij. M. F. pulv. pro uſu in communi.

Caſſellanorum hic: d)

Rec. Pan. ſamb. R. torment. an. unc. ij. bol. armen. terr. ſig. lap. ſmaragd. præp. an. unc. ſem. *N. M.* dr. iij. CC. s. igne dr. ij. f. pulv.

Zwel-

z) l. a. p. 362. a) C. I. obſ. 65. b) ead. Cent. obſ. præced. Add. C. VI. obſ. 70. & 72. Jalapp. m. L. II. P. *III*. c. 9. & Theriac. m. coel. S. II. P. *III*. membr. 2. c. 6. p. 226. ſeqq. c) medicat. famil. p. 510. d) Spin. l. c. p. 755.

Zwelferianus iſte: e)

Rec. Oc. cancr. præp. corall. r. præp. croc. mart. adſtring. an. unc. ſem. ſangv. dracon. thur. alumin. crud. an. dr. ij. *N. M.* cinam. an. dr. iij. ſacch. alb. unc. j. *ol nuciſt. expr.* dr. ij. M. f. pulv. ſubtil. f)

ulvis *dyſentericus Crollij* apud *Schröderum* *uciſt.* exaltatur. g) *Brandenburg.* vid. apud *pinam.* h) Adde *Lentil.* i) F. *Hofmann.* k] Sp. iamantis *Mynſicht.* l) *Cratonianus* hic: m)

Rec. Pulv. tormentill. dr. j. N. M. unc. ſem., ſem. plantag. dr. ſem. f. pulv. D. mane & veſperi dr. j. repurgatis tamen prius excrementis per clyſter. &c.

ylvius in praxi ſœpius laudat hunc:

Rec. N. M. ſcrup. ſem. rhabarb. toſt. ſcrup. ij. f. pulv. Sumat. ex cochl. vin ſeu juſcul.

oſt purgationem prodeſt loco confortan's *tragéa* illa apud *Schultzium* deſcripta. n) ec non omittendus ſeq. pane toſto, parumer acet. vin. calido conſperſo, infimo veni corroborationis gratiâ ſœpius appoſitus:

Rec. Pulv. menth. ſicc. abſinth. an. dr. j. *N. M.* acac. an. dr. ſem. maſtich. ros. rub. an. ſcrup. j. camphor. gr. iij. f. pulv. o)

e) Pharm. Reg. p. m. 857. f) Add. Spin. l. p. 757. g) l. a. p. m. 269. h) l. a. p. 757. i) c. p. 63. k] in theſaur. pharmacevt. p. 97. S. V. p. 102. m) L. I. cons. 12. p. 92. n) diſp. e dyſenter. c. 19. o) Horſt. L. IV. obs. 16. p. 221.

Nonnemo seq. feliciter utebatur:

Rec. Stercor. leporin. N. M. CC. ust. an. dr. ij. laud. opiat. gr. V. M. D. dr. j. pro dosi in aq. plantag., sir. dysenteric. Zvvelfer., s stiptic. Mynsicht. edulc. Uterque autem *mace & N.M.* coruscat.

Alius nonnunquam adjecit *hepar viperinum*, laudatum à D. *Wedelio*. p)

elect: §. 9. Recipit qvidem *Electuarium antidysentericum D. Philippi Höchstetteri nucis moschatæ* scrup. IV., sed rectè nominatur à *Zwelfero* q) *irrationabilis ex tanta compositorum congerie consarcinata mixtura*. Ingreditur etiam *N. M. elect. antidysentericum* Argentoratense, quod sîs vide in *Thesauro pharmaceutico Hofmanni Clavi Schröderi* annexo, r) quod mira præstitit.

Rec. Conserv. ros. vet. diacydon. simpl. an. unc. vi. rob. cynosbat. prunor. sylv. an. unc. iij. d. cornis unc. vi. cons. symphit. maj. unc. iv. N. M. unc sem. rad. tormentill. unc. iv. & sem. bistort unc. ij. sangv. dracon. dr. ij. & sem. bol armen. præp. dr. ij. lap. hæmatit. præp dr. ij. croc. mart. adstr. dr. iij. succ. cy don. unc. iij. sirup. myrob. de ros. sicc an. q. s. f. electuar.

Femina quadragenaria post purgantis usur pationem (ex rhabarb. tost. scrup. ij. N. M scrup

p] Dec. I. Eph. ann. II. obs. 127. q) in animadvers. p. 455. r) p. 57.

crup. ſem.) de ſeq. condito ad N. M. magnitudinem ſumſit;

Rec. Diaſcord. Fracaſt. dr. iij. conf. hiacynth. dr. j. & ſem. CC. uſt. ſcr. j. cinamom. acut. N. M. an. ſcrup. ſem. ſirup. myrtin. q. s. f. conditum.

Uſurpabat quoque lac bubulum c. cort. quercin. & cinam. acut. coct. & percolat., in quo vitellum ovi unum alterumve erat diſſolutum, & brevi fuit curata. s)

Elect. Bernitzianum hoc : t)

Rec. Succ. acac. ſeu prunor ſylv. inſpiſſat. libr. ſem. & unc. iij. cons. ros. vet. fl. papav. errat. cond. cydon. an. unc. IV. mellis ad ſpiſſitudin. coct. libr. ſem. R. tormentill. ſubtiliſſ. pulv. gland. immatur., *pulv.* N. M. an. unc. iij. c. s. q. miv. cydon. f. elect. mediæ conſiſtent. Dos. à dr. ad dr. ij. ſuperbibendo hauſt. aq. ſpermat. ranar. deſtillat.

Tilingius mirabilis operationis *elect.* affert, cujus felicem effectum ſœpius expertus eſt: u)

Rec. Conſerv. fl. papav. rhæad. ros. antiq. an. unc. j. & ſem. laud. op. dr. ſem. theriac. venet. rec. unc. j. tinctur. corall., lap. hæmatit. eſſent croci martis an. dr. j. troch. de carabe ac terr. ſigill. & ſpodio an. dr. ſem. *ol.* N. M. ac caryoph. an. ſcrup.

s) Decker ad Prax. Barbett. L. IV. c. 6. p. 184. t) faſc. II. medic. ſing. tit. XIV. p. 104. u) de opio P. IV. c. 18. p. 462.

ſcrup. ſem.M. & c.ſirup. papav. errat. q. s. f. elect.dos. à dr. j. ad dr. ij. mane & veſperi in vehiculo appropriato.

Efficax etiam *electuarium*, ſeu antidotus theriacalis, dyſerteriis malignis accommodata apud *Zwelferum*, vv) *elect. ſeu confectio ſtiptica* Mynſichti, x) elect: *diacod. dyſent. Zwelferi* & aliud ejusd., nec non *elect. ex bolo armen. Hofmann.* y)

pilul. §. 10. *Pilulæ Jüngckenianæ* tales: z)

Rec. Extract. calam.arom.& tormentill.an ſcrup. ſem. extr. opii s.gr.iij. *ol. maci deſt.* g.ij.M.f.pilul. xviii. Dent. ſcrup.j pro ſingul. ſex horis.

Proficuæ etiam *pilul.de cynogloſſa Zwelferi* a) & *pilulæ ſtipticæ Mynſichti*, b] quæ hæ:

Rec. Succ. glycirrhiz. ext. unc.ſem.ſp.dia plantagin.& diamartis an. dr. iij. laud opiat. dr. ij. fung. betulin. coag. lepor camph.an.dr.ſem.ung. eqvi uſt. ſanda rac.oliban.an.ſcr.j.ſolvat.ſucc.glycirrhi in vino granator. & f.l.a.maſſ.pilul. e qua poſtea cum *ol.*N. M. & caryophyl f. pilul.inſtar cicerum,quæ deaurent.

rotul. §. 11. *Rotulas* præſervantes ſic deſcribi *Grüling.* c)

Rec. Diaſcord.Fracaſt. dr. vi. extr.Zedoar g

vv) in Pharmac.Reg.p.m.880. & p.886. x S.XIII.p.m.227. y) Spin. l. c. p. 296. z) Vac mec.p.115.ſeqq. a) Pharm. Reg. p. 844. b] S VI. p. 152. c) C. VI. obſ. 63.

gr. xvj. succin.alb.præp. dr. ij. CC. ust. præp.corall.r. præp.an.dr.j. R. tormentill. scrup.ij. *liqvor.* N.M. g.xij. margarit præp.scrup.sem.cons.citr.ex toto dr. ij.sacch.in aq.tormentill.& borrag. q. s. dissolut.libr.sem.f.rotul add.ol. Zedoar. g.ij.ol.citr.g.iij,aurant. g.ij.D.in scatul.

§.12. *Linimenta* varia sunt: potiora seqventa; *Tilingianum* hoc: d) *linim.*

Rec. Ol.cydonior.unc.j. N.M. *expr.*dr. ij. *stillat. macis* g. vi. ungvent. Comitiss. unc.sem.ther.Androm. scr. ij. laud. op. gr.v.f.liniment., quô totum abdomen calidè inungat., super impositis linteaminibus calidis.

arbettianum hoc: e]

Rec. *Ol. nucist. expr.* dr. j. & sem. *macis dest.* scr. j.ol.sem.papav.hyosciam.myrtill.an. unc. sem. f. liniment. epigastrio inungvend.

orstiana talia: f)

Rec. Ol. absinth menth.an. unc. j. N.M. *expr.* dr.j.empl.de bacc.laur.dr.j.& sem. pulv.caryoph.scrup.j.M. f. liniment.

el; Rec. Ol.chamom.ros.mastich. an. nnc. j. fl. chamomill.summit.aneth. fl. ros.r. an.P.j.mastich. N.M.an.dr.sem.,menth. sicc. Pug. sem., vin.adstringent.parum. f.dococt.lento igne ad vin.consumtion.

d] de opio P.IV.c.26.p.552, e) L.IV.c. 5.p. 31. f) L. IV.obs.17. & 18.

&c. pauca cer. post colat. expreff. f. liniment.

Waldschmiedianum hoc: g)

Rec. *Ol.* N.M. *expr.* dr. ij. theriac. rec. dr. j. & sem. sev. cervin. unc. sem. ol. cydon. q. s. f. liniment.

Cratonianum h) tale:

Rec. Ol. rosat. complet. cydon. an. unc. j. sevi hircin. dr. iij. *ol.* N. M. dr. j. corall. præp. mastich. an. scrup. j. f. liniment.

Vel: Rec. Ol. menth. mastich. hyosciam. an. dr. j. *macis* g. XVI. anis. aneth. chamom. dest. an. scrup. sem.

Vel: Rec. *Ol. nucist. expr. macis* expr. an. dr. j. carv. anis. aneth. an. g. viij. bals. sulfur. anisat. g. IV. peruvian. scrup. j. M.

Vel: Rec. Ol. hyosciam dr. j. ceræ carminat. Mynf. an. g. x. lign. rhod. g. IV. *macis* scr. sem. bals. stomach. dr. sem. M. illin. circa umbilic. abdomini, & superimpon. saccul. calefact. Vel:

Rec. *Ol. N. M. expr.* dr. ij. dest. menth. aneth. an. g. VI. balf. peruv. scr. ij. M.

Vel. ℞. Ol. myrtin. mastich. an unc. sem. baf. peruv. *ol. N. M. expr.* an. dr. sem. ol. carminat. dest. menth. an. g. VI. M.

Vel: ℞. *Ol.* N.M. *expr.* dr. ij. dest. menth. absint. mastich. an. g. VI. *macis* g. IV. balf. peruvian. dr. sem. M. i)

§. 13

g] cit. disp. c. 7. h) L. V. conf. 22. p. 117. i) Add. Sennert. l. c. p. 372. & jalap. m. L. II. P. *III.* c. 9. p. 256.

§. 13. *Ungventum* vid.apud *Sennertum*. k] Omnium instar est *oleum hyosciami* c. ol. menth. destillato remixtum, & calidè toti ventri applicatum. *Emplastra* talia erunt, Si vomitus jungatur, *ungvent.* *ol.* *empl.*

Rec. Theriac.unc.sem. ol.carv.dr.semi.caryoph. scr. sem. *macis* scr. j. M. & impon.ventriculo.

Rec. Bol.armen. cort. mali citr. fl. ros. r. sicc.an.dr. v. myrob.citrin. mastich. oliban.an.dr.ij. & sem. caryoph.dr. j. & g. v. *ol.* N. M. *expr.* unc.ij. & sem. ol. mastich.coct. unc. v. cer.unc.ij. & sem. f.l.a.cerat. Seu utere *Empl.de bolo.*

Vel: Rec. Empl.de bacc. laur. & crust. pan. an. unc. sem. pulv. R. bistort. tormentill.an.scr.j.ther.Androm. dr. j. & sem. bol.armen.sangv.dracon. an. scr. sem. *ol. nucist. expr.* scr.iv. cer.carv. chamomill.dest.an.g.vi. hyosciam. q. s. f. l. a. magdaleon. l)

§. 14. *Cataplasma* externè ventri applicandum tale parat *Jüngken.* m) *catapl.*

Rec. Crust. panis tost. zedoar. galang. H. menth.& absinth.fl.verbasc.ros.balaust. N. M. mastich. sem. cumin. pulverisat. omnia coq.c.acet.in form.cataplasmat.

 Vel:

k) l. a. p. 373. l) Add. Solenandri S. IV. consil.9.Sennert.l.a.p.373.Tiling. de opio p. 453. seq.Craton.L.VII.cons.94. p. 635. m) Vad.mec.p. 117.

Vel: Rec. Pulv. rad. zedoar. galang. bistort. an. dr. j. fol. menth. dr. ij. cort. citr. dr. j. & sem. mastich. N. M. caryoph. arom. *mac.* an. dr. sem. panis biscoct. unc. sem. Vin. malvatic. q. s. f. catapl.

Adde *Sennertum.* n) *Sacculum* vid apud *Rolfinc.* o) *Fotum* dabit *Riverius* p) & *Sennert.* q)

Obs. §. 15. De usu *stercoris humani* in re Medica latè *Beckerus* r) egoqve alibi. s) Rusticus ad Visurgim à grassante *dysenteria* suos præservaturus, *anserinam* in butyro tostam cum pane butyraceo aliqvot diebus dedit, pro potu autem ordinario decoctum florum acaciæ Sylvestris. Interim filioli sui sexennis feces κάτω rejectas studiosè collegit, easqve in Sole siccatas in pulverem redegit; qvo de mane seroqve singulis in jusculo propinavit dr. ij. Qvô remedio (expulsis anteà humoribus corruptis) omnes, & plures alios in vicinia servavit. Rogatus à me, unde hauserit secretum hoc? à sene quodam Venatore Westfalo respondit. Est adhuc in Hassia Chirurgus, qvi simili remedio multos dysentericos faustè curavit. Puellus trium annorum ad extremam devenerat maciem, omni medicamento incassùm dato. Tandem, consilio obstetricis, mater aliqvot in auroris missel-

n) l. a. o) L. VII. cons. 1. p] Prax. l. c. p. 153. q] l. a. p. 374. r) L. I. Med. Microcosmic. c. 10. p. 62. seq. s) in Pharmacopœa m. stercoraria.

ſello nonnihil ſui ſtercoris propinat, & ecce! puſio ſenſim convaluit, obeſus, ſanus & hilaris nunc. t)

alia,

§. 16. Dyſenterica in Palatinatu, cum omnia fruſtrà tentâſſet, præ ſummo cruciatu in præterlabentem amnem ſe præcipitabat, mox verò à domeſticis extracta integrè convaluit, referente Dn. *Frid. Lucæ*, Aulæ Caſſellanæ quondam Eccleſiaſte facundiſſimo, nunc Decano *Rotenburgenſi* ad Fuldam, Amico meo ſingulari. De febri ſimili modo pulſa vid. *Eph. curioſ.* u) Scilicet civis *tertianâ* laborans poſt frigus ſenſit calorem p. n. usqve ad delirium. Jubet ſe deferri ad transfluentem fluvium, in quem usque ad collum ſe demiſit, & eò usque in aqua iſta continuavit, donec omnis calor p.n. deſiit. Sœpiùs reiteravit, & perfectè ſanatus eſt. Decubuerat Scriba aliquis diuturnâ febri, cui alius ſuppetias laturus, inſtante paroxysmo, caput faciemque frigidiſſimâ aquâ largiter perfudit, & ecce! labore hoc bis repetito, inſultus quidem cohibitus eſt, patiens autem poſtea hydrope deceſſit. vv)

CAP.

t) Add. Dec. *II.* Eph. Curios. ann. *IX.* obs. 105. u) Dec. *I.* ann. *III.* obſ. 211. vv) Conf. Dec. *II.* ann. *VII.* obſ. 69.

CAP. IX.

DE USU N. M. IN IMMODICO HÆMORRHOIDUM FLUXU, EORUMVE SUPPRESSIONE, ac DOLORE.

§. 1.

Rellè corpus noſtrum comparetur machinæ *hydraulico-pnevmaticæ*, ſi cuncta probè expendas. Sangvine & Spiritibus omnia peraguntur, uti in mechanicis plurima aquâ & aëre. Et ſicut motus hydraulico-pnevmatici ſœpiùs turbantur ſecundùm varietatem tubulorum & diſpoſitionem, ut inde vel obſtructiones ſeu reſerationes oriantur: Ita ſangvis & ſpiritus in corpore modò ſtagnant, modò impetuosè profluunt, unde ἴλιας κακῶν. Quod utrumque vel, in *hæmorrhoidibus* apertè videmus. Queîs malis tamen *Nux* noſtra medicam opem pollicetur.

elect: §. 2. *Electuarium*, dictum *Tryphera minor*, ventriculum, hepar, veſicam & renes roborat, ob id fluorem alvi, hæmorrhoidum & menſium immodicum cohibet, ſangvinis corruptionem, nec non cruditates emendat, bonumque colorem reddit.

linim. §. 3. In *dolore hæmorrhoidum* proderit ſeq. *linimentum Dolaanum.* x]

Rec.

x) L. *III.* Encyclop. cit. c. 10. p. 601.

Rec. Ol aſellor.coct., ſept.fl.Mynſ.an.dr. iij.verbaſci dr.ij.N.M.*expr*.dr.j.M.

§. 4. Uxor *Gregorij* Rautenbachs mi- *obſ.*
itis, annorum XXVIIII., intra novi-& plenilunium tres quatuorve diebus *fluxum* habebat *menſtruum* ordinariè & ſatis copiosè. Intra plenilunium poſtea usque ad novilunium continuò ferè, omni putâ die fluxêre *hæmorrhoides*, & ſic alternatim ad ſeptimum usque menſem, viribus adhuc robuſtis. Lapſa deinde in Viſurgim, ex terrore *menſes* ſenſit ſuppreſſos, fluxu *hæmorrhoidum* verò largiori ſequente. Qui tandem ſponte ſuâ ſubſtitit. Similem ferè hiſtoriam ex *Kentmanni* literis referet *Schenkius*. y)

§. 5. Primarius Vir, inque eminentiori di- *alia*,
gnitate conſtitutus Lovanii dixit *Iſibordo* noſtro, ſe toties, quoties conjux ejus *fluxum menſtruum* ordinariè habebat, pati *fluxum hæmorrhoidum*, eâdem qs. horâ & die cum fluxu muliebri incipientem, at non deſinentem. Lucem hiſtoriæ afflat obſervatio *Bartholiniana* z) de marito pro uxore puerpera dolente & decumbente; & ſingularis iſta *Romeliana*. a)

§. 6. Si puelli puellæque annô ætatis o- *alia*,
ctavô & decimo quarto Veneris uſum *carnifices* habuêre *pedes* (ut *Martialis* ait b)) teſti-

y) L.IV.obſ.273. z) C. V. hiſt.79. a) Dec. II.Eph.ann.VII.num.215. b) L.XII.epigr.48.

ſtibus *Salmuth*, c) & D. *Schulzio*, d) quod contra *Hippocrat.* e) rectè aſſeruit *Laurentius*. f) ſi menſtrua puellæ quadrimæ, g) imò ipſo nativitatis die h) fluxerunt: Si lac in pueris ac puellis, i] imò vix recens natis. k) ſi denique fluor albus in puella ſexenni eſſe potuit, notante D. *Kölichen*, Amico noſtro, l) & *Neſtero*, m) aut octenni n) quidnî etiam *hæmorrhoides* aliquando in tenella hac ætate manent? de puero *octenni* fidem nobis fecit D. *Schulz* p] de novenni alius, q] egoque eosdem in alio vix ſeptenni, ex jure hereditario, valde ſplenetico, annotavi. Præmisſis lancinantibus doloribus ventris primùm profluxêre creſcente Lunâ, nunc verò citra dolorem, modò in prima, modò in ultima quadra, interdum etiam in plenilunio, ſingulis tn. menſibus, ultra XX. ſeptimanas, per unum aut alterum diem, cum εὐφορία manârunt, puero rem ſuam hilariter agente, notante *M.C.W.*

§. 7.

c) C.III, obſ. 53. & 74. d) Dec. I. Eph. ann. VIII, obſ. 12. e) VI. aph. 30. f] exercit. IX. p.m. 137. g) Tulp. L. III. obſ. 36. h) Kerckring. obſ. 87. p. 169. i) Bartholin. Anat. reform. L. II. c. I. p.m. 215. k) Cardan. L. XII. de ſubtil. Schmied. Dec. I. Eph. ann. VIII. obſ. 86. Schenk. L. II. obſ. 291. l) Vol. I. act. Hafniens. obſ. 83. m) Dec. I. Eph. ann. VIII. obſ. 25. n) Schenk. L. IV. obſ. 245. p) in cit. Dec. & ann. obſ. 22. q) Dec. II. Eph. ann. IX. obſ. 124.

§. 7. Fluxum immoderatum ex nimio usu *alia*, *pilularum Francofurtensium* in se notavit, Amicus vicinus. Sic *Joannes Calvinus* partim ex vocis contentione, partim, quòd serò nimis animadversum, ex immodico aloës usu, primùm in hæmorrhoidas, easque tandem ulcerosas, deinde idem quinque ante mortem annis in sangvinis exscreationem incidit, post quartanâ extinctus. r)

MEMBRUM TERTIUM.

DE

AFFECTIBUS HEPATIS.

CAP. I.

DE USU N. M. IN OBSTRUCTIONE HEPATIS.

§. 1.

HEpar seculis superioribus, quibus sangvificandi principatum ambiebat, cum omnibus partibus venarum ratione consentire, quod venosum sangvinem pro nutritione singulis partibus conficeret & distribueret, fuit creditum. At jam regio sangvificationis throno lacteis chyliferis ad cor tendentibus, à *Pecqveto* & *Bartholino*, ab hoc & *Rudbeckio* lymphaticis vasis inventis, velut machinis qvibusdam depulsum, hanc consensûs lau-

r) Vid. Rolfinc. Med. Comment. special. L. *II*. S. *III*. c. 92. p. 144.

laudem cordi dicari, & veteris amicitiæ vinculum rumpi experitur. Non ideò tamen dissensum fovet, sed jam novum consensû fœdus, aliis tamen conditionibus, pangit. Confectum enim in corde sangvinem dum ulterius coquit, bilis alimentaris partem ita, ut in bilem naturalem veram mutari queat, disponit, velut cribrum depurat, depuratum demum sangvinem ad cor remittit, ecqvid aliud, quàm salutem totius, licèt ignobiliori modo, jam operatur, suiqve cum partibus, ad qvas postea ex corde sangvis propellitur, consensum testatur? Et hunc hepatis morbi obstructio, cachexia, anasarca, febres, inflammationes, erysipelata, aliiqve sangvinem cacochymicum arguentes affectus produnt, qui, corde & reliqvis etiam partibus optimè constitutis, corpus infestant, hepar si suo non ritè fungatur munere. s) Deo tamen gratias, qui ex abysso gratiæ suæ, ut reliquis affectibus, sic obstructioni huic *nucem* opposuit nostram, ceu clavem.

potio, §. 2. *Höfer* t] nobili cuidam hac obstructione ab intemperie frigida laboranti dedit *potionem* & sacculum, queîs admista *macis*. *Horst* feminæ XX. annorum obstructione mesenterii, cum incipiente jecoris inflamma-

vinum, tione, seq. *vinum laxativum* ordinabat; u)

Rec.

s) D. Fromman. de consens. part. corp. hum. §. 41. t) l. c. p. 234. seq. u] L. IV. obs. 22.

Rec. Fol. ſenæ unc. j. paſſul. min. unc. ij. rad. petroſelin. aſparag. an. unc. ſem. cichor. dr. vi. ſem. cartham. ponderoſ. dr. j. & ſem. fœnic. anis. an. dr. ſem. cinam. ſcr. j. Inciſ. & cont. inf. in vin. oligophor. libr. iij. aq. endiv. acetoſ. an. libr. ſem. ſtent 24 hor. dein jejuno ſtomacho poſt aliqvot cochlear. brodii carnis ſumat. hauſt. plenus per aliquot dies, addit aliqvot guttul. *ol. deſt. macis.*)

Alius in eâdem obſtructione hepatis, cum gravitate circa pectus, dolore capitis &c. aliud accipiebat à *Grülingio.* vv) Pro dolore capitis autem tempora & nucham hôc inungebat linimentô:

Rec. Ungvent. popul. unc. ſem. *liqvor. N. M.* dr. ſem. opii diſſol. in aq. cinam. ſcrup. ſem. ol. nymph. dr. ij. deſt. majoran. g. ij. M.

Si purgatione opus ſit, inſerviet vel *ſirup. panchymag. Timæi*, vel *Mynſichti*, uterque *mace* nobilitatus.

§. 3. *Extractum chalybeatum* magnum magnas obtinet Vires in aperiendis obſtructionibus præſertim epatis, lienis, &c. adeoque morbis inde natis ſubvenit. x) *Species hepaticæ Zwelferi* y] inſigniter etiam roborant hepar. *Extract.* *Pulv.*

Rec. Sacch. albiſſ. unc. vi. diſſolv. in aq. abſinth.

vv) C. VII. obſ. 68. x) V. Schröd. l. a L. II. c. 57. p. 213. y) Pharm. Reg. Cl. XI. p. m. 866.

absinth. iterumque ad consist. tabulat. percoq., cui ab igne remoto addant. Succor. inspissat. agrimon., eupator. Mesv. hepat. nobil. an. dr. iij. absinth. dr. ij. pulv. fl. ros. rub. dr. vi. croc. austr. dr. iij. R. pimpinell. & cal. aromat. an. unc. sem. Vitriol. mart. dr. vi. galang. N. M. an. dr. iij. ol. still. cinam. & caryoph. an. dr. sem. M. f. pulv.

Elect: §. 4. Ad reliquas obstructionum auferendas partisqve robur instaurandum sequens convenit *Opiata Riveriana:* z)

Rec. Conserv. fol. absinth. capill. Vener. & fl. tamarisc. an. unc. j. conf. rad. enul. camp. & cort. citr. condit. an. unc. sem. myrobal. condit. num. j. N. M. *condit.* dr. iij. conf. alcherm. dr. ij pulv. el. diarrhod. Abb. dr. j. sal. absinth. & tamarisc. an. scr. ij. croc. scr. j. ambr. gris. scr. sem. c. sirup. conditur. citr. f. opiata, qua de cape magnitud. castan. singulis diebus mane, duab. hor. ante pastum, superbibend. Vini Hippocrati parùm.

Electuar. chalybeatum le *Mort* hoc est; a]

Rec. Croc. mart. aper. unc. ij. crem. tart. unc. iv. cinam. *macis.* an. dr. vi. rhabarb. cort. aurant. cyper. rot. an. dr. ij. mell. despum. unc. viij. sacch. albiss. unc. xiv. F. elect.

Hart-

z] L. VI. Prax. c. 3. p. 190. a) Spin. l. a. p. 299.

Hartmannianum tale :

Rac. Limat. chalyb. vel croc. mart. aper. unc. sem. *nuc. myrist. cond.* dr. iij. Sp. arom. ros. dr. j. & sem. cort. tamar. dr. j. cinam. sabin. an. unc. sem. mell. ros. vel anthosat. unc. j. & sem. sacch. unc. ij. f. elect :

Brandeburgense istud ; b)

Rec. Limat. chalyb. unc. viij. terant. c. aceto super porphyr. subtil. deinde sicc. in sole aut super igne, idque septies.

Rec. Limat. sic præp. unc. vij. cinam. N. M. an. dr. vj. rhab. dr. ij. Sp. arom. ros. dr. vj. mell. desp. sacch. alb. an. unc. xiij. f. s. a. elect.

Optima inter præsidia, quæ pro roborando hepate frigidaque intemperie illius tollenda reperiuntur. hoc præcipuum judicat *Zacut. Lusitan.* c)

Rec. Theriac. Androm. mithridat. an. unc. ij. cons. fl. salv. anth. an. unc. j. & sem., Sp. diamarg. calid. Nic. c. triplicato rhabarb., aromat. ros., dialacc, diacurcum., diagalang. diazingiber. diaxyloaloës, diacost. diacymin. diacalaminth. an. scrup. ij. troch. ex ligno aloës, de absinth. rhabarb., eupator., alipt. moschat. diarrh. Abb. myrrh. lacc. an. scrup. ij. & sem., hepat. lupi unc. sem. cinam. el. dr. ij. & sem. ventric. gallin.

 sicc.

b] Id. l. a. c) L. II. Prax. admir. obs. 58.

ſicc. dr. ij. carn. paſſul. pingv. unc. j. & ſem. piper. alb. long. cubeb. *macis*, maſtich. an. dr. iij. ſem. anis. fœnic. an. dr. ij. pulv. lign. ſmilac. aſper. dr. iij. lign. ſanct. ſaſſafr. Rad. chin. an. dr. ij. & ſem. Pulveriſanda pulveris, & omnia c. ſirup. de eupat. excip. ac. F. confectio. dos. unc. j. ſuperbitis vini malvatic. unc. iij.

morſul. §. 5. *Morſulos hepaticos* hoſce habet *Tilingius*: d)

Rec. Piſtacior. virid. dr. ij. ſem. melon. ex. cort. dr. j. & ſem. Sp. diarrhod. Abb. ſcrup. iv. cinam. dr. j. & ſcrup. ſem. calam. arom. *macis* an. dr. ſem. Rad. aſari lacc. præp. ſantal. citr. rhab. el. an. ſcrup. j. ſqvinanth. ſem. anis. dauc. an. ſcrup. ſem. ſacch. unc. v. aq. eupator. cuſcut. an. q. s. f. morſul.

Ad roborandum ventriculum, hepar & lienem hos *morſulos* ordinat *Rolfinc.* e]

Rec. Margarit. præp. dr. j. corall. r. caryoph. an. ſcrup. ij. cubeb. *macis* an. ſcrup. j. *ol. N. M. deſt.* g. x. *ol. N. M. expr.* ſcr. ſem. extr. R. pœon. ſcrup. j. calam. aromat. g. xv. cons. fl. pœon. dr. ij. cich. dr. j. ſacch. in aq. ros. q. s. ſolut. unc. vij. f. l. a. morſul.

Vel: Rec. cort. citr. condit. & aurant. *N. M. in Ind. condit.* an. dr. ij. cinam. el. N. M. caryoph.

d) P. IV. Rhabarbarolog. c. 11, p. 617. e) L. II, conſil. 6.

caryoph. an.ſcrup.j.macis, lign. aloës, ſantal. citr.an. ſcrup. ſem., ſp. diambr. diarrh.abb. an.ſcrup.j. troch. de eupat. abſinth. an. ſcrup. ſem. cons. anthos unc. j. ſacch. alb.in aq. ros. & cinam. ſol. q. s. libr.j.ol.caryoph. g.ij. F.Morſuli, ſtomacho, epati & lieni dicati.

Adde eximios *morſellos hepaticos Zwelferi*. f)

§. 6. *Ambroſius Bierwirth* de doloribus ſiniſtri hypochondrii & æſtu qs. inflammatorio cum tuſſi ſicca diu conqueſtus erat, ſubſequente extrema macie, & ſumma virium imbecillitate. Alii pro phtiſico, aliij pro ſplenetico, ſed fruſtra, hactenus habuerant. Vocatus D. *Kelnerus*, Amicus noſter, ratus primò ille, ſubeſſe apoſtema. Ad extingvendum æſtum, dedit pulv. epatic. rubr. Dresdens. cum nitro antimon. in juſculo eôpſe die ſumendum. A meridie ἄνω καὶ κάτω rejecit multa fuſca fruſtula, (wie ein Lungenmuß aus ſehende) aucto æſtû, cum majori virium langvore & tusſi cum ſtertore. Dedit Medicus porrò pectoralia cum antifebrilibus mixta, à quibus iſto die ad veſperam usque bellè quievit & melius habuit, ut omninò convaluiſſe ſibi videretur. Finitâ cœnâ ſuborti demum dolores & anxietates cum vomitu viſcidæ pituitæ, mox ſequebatur purpureus cruor, & tandem integræ hepatis particulæ excretæ, unà cum filamentis ſuis, mul- *obſerv.*

f) in Pharmac. Reg. append. p. m. 147.

multâ nodosâ & albicante materiâ inspersa distinctæ, noduloque purulento exsiccato, magnitudine ovi columbini, colorem vitelli ovi indurati repræsentante, cum exiguis venulis intertextis, dolore in sinistro hypochondrio cessante. Hujusmodi excretio sangvinis frustulorumque hepatis per os & alvum intra octiduum quater repetita, non sine variis gravissimisque symptomatibus. Datæ porrò, unà cum confortantibus, variæ potiones vulnerariæ & remedia balsamica, nec sine aliquali successu, licèt mirabilia symptomata crebrius supervenerint. Mense exacto, cum jamjam in portu navigare videretur, magna abdominis inflatio cum insigni duritie orta, quam tamen essentiâ carminativâ *D. Michaël.* cum Spirit. nitr. dulc. extract. feliciter pepulit. Tandem accessit tumor pedum & abdominis, seqvente mox perfecto hydrope. Adhibita quidem methodicè generosa remedia; at semel erat calcanda via lethi. Lis inde nata: utrum rejecta materia *hepatis* particulæ, seu *sangvis coagulatus*, vel frustula *pulmonis* fuerint? verum aperto cadavere à *Joanne* Scheibern/Chirurgo Gothano, Idem *Kelnerus* hepar multis inspersis hujusmodi duris, & partim lapideis, albicantibus nodulis (fast wie Schweins-Finnen) tam internè quàm externè refertum vidit, quales etiam in materia rejecta notaverat. Vesicula fellea inusitatæ erat magnitudinis,

dinis, densiori quadam materiâ, succi instar inspissati, ex atro viridi repleta. Intestina cum ventriculo gracilia & pellucida, membranæ instar. Per quas autem vias excretæ hepatis particulæ in & per ventriculum descenderint, investigari haud potuit. Tam artificiosè à Natura erant occlusæ, & hepar in parte læsa subtili quadam membranula obductum. Cetera viscera, cor, pulmones, renes, integra quidem, sed admodum gracilia & flaccida erant, præter lienem, qui valde crassus, ater, & tenacissimâ membranâ vestitus. Sufficit scîsse, quòd rejecta corpuscula hepatis, non alterius visceris, seu congrumati sangvinis, frustula fuerint. Sed ecce aliam observationem Kelnerianam asterisco dignam. Vidua Dn. *Wenckii*, Poligraphi Gothani, sub hipochondrio dextro sensit dolorem *alia*, primò obtusum, mox acutiorem, tandem acutissimum, cum insigni corporis æstu viriumque langvore. Seqvebatur vomitus sangvineo-purulentus, denique integræ hepatis particulæ, unà cum venulis suis, quas vidit & palpavit *L. Rose*, Physicus tunc Gothæ ordinarius. Succesſêre bini vomitus cruenti simplices. Ipsa demum restituta feliciter, ultrà XXVI. annos ἀρθοστάδια vixit. Similem ferè casum idem notavit Mosbacchii, *alia*. ubi Pastor loci Dn. *J. Andr.* Müller/ ascite cum ictero laborans, proximâ ante excessum nocte, ipsam hepatis substantiam evo-

muit. Et *Philipp. Salmuth* g) *hepar* vomitu, ejusqve abcessum per urinam & alvum excretum meminit, sed morte subseqvente. De pure *jecinoris* per os & alvum rejecto *Tulpius* videatur. h) De *hepate* frustillatim κάτω expulso *Donat.* i) Sistit *Saxo Grammaticus* qvendam, k) qui pelvi excepisse dicitur partes rupti epatis, quas *Arnfastus* frustatim egestas vomitu protulerat; sed ridet *Bartholinus.* l) CL. *Mœbius* m) dubium hoc: an *abscessus hepatis* κάτω *secerni qveat?* ventilaturus, exposita *Sennerti* opinione, tandem subdit: *Natura in statu p. n. ab interitu se liberatura sæpè mirabiles qværit vias ac meatus, & abutitur vijs ordinarijs.* At quàm multæ viæ in corpore sunt adhuc, nulli, præter *Naturam*, notæ, ipso fatente *Bartholino.* n) Conf. *observation. m. Med. Physic. selectas & curios.* o) De *hepate* librar. XXVII. medicar. pondus excedente vide D. *Eggerdes*, Profess. Trevirens., observationem. p]

alia,

§. 7. De raro & deplorato morbo sartoris

g) C.I.obs.27.seq. h) L.II.obs.27. i) L.IV. H. M. c. 20. k) L. XI.H.D. l) dissert. IX. de Medic.Danor.domest.p.416. m) Fund.Med. Physiolog. c.14.p.m.347. n] C.IV. epist.57. p.365. conf.Dec. III. Eph.curios.ann. I. obs. 165. p. 307.seq. o) fascic. I. num.73. p) Dec. II,ann. VI. obs. 203. q) C. II. curat. 81.

is Bononiensis latius agit *Poterius*, q) alia nter hoc adhibebat *electuar.*)

Rec. Mithridat. opt. dr. sem. cons. rosar. unc. j. & sem. croc. martis unc. iij. *macis* dr. j. M. Dos. dr. ij. manè.

Sub vesperum dedit specificum stomachicum, & facillimè curatus est.

CAP. II.

DE USU N. M. IN CACHEXIA,

§. I.

QVando Oeconomia humana officio suo debito modo non fungitur, sed vel in excessu seu defectu depravatur nutritionis opus, & quidem successivè, ob varios in diæta comissos errores, viscera lædens principaliora, floridus vividusq; corporis color sensim perit. Si ergò *τὸ χρῶμα τῶν χυμῶν*, *color humorum* est, dicente *Coo*, r] i. e, qualis color, talis sangvis, & contrà qualis sangvis, talis color, illustre sanè hujus rei exemplum suppeditat nobis cachexia, seu *φλέγμα λευκὸν*; ut *Hippocr.* vocat, sic tamen, ut à leucophlegmatia perfecta, seu specie hydropis, anasarca scilicet, probè distingvatur. Adesto igitur ô præsidium & dulce decus meum!

Vinum. §. 2. D. *Vitus Riedlin.* s) pro aperiendis primis viis Pharmacopœo cachectico hoc præscripsit vinum;

Rec. Rad. scorzoner. polyp. q. an. unc. sem.,

r) L. de humorib. c. p. s) C. II. obs. 57.

ſem., bryon. rhabarb. an. dr. ij. H. ſalv. ſcolopendr. chamædr. fl. acaciar. viol. prim. ver. an. P. I. fol. ſen. alex. unc. j. ſem. cartham. dr. iij. paſſul. min. dr. vi. cort. rad. cappar., aurant. ſicc. an. dr. j. & ſem. *macis* cinam. an. dr. j. Inciſ. & cont. q. o. M. ad mod. pro menſ. dimid. vin. alb.

Spiritus §. 3. *Spiritus ſalis armoniaci* aromaticus *Deckeri* multùm præſtat in morbis chronicis, & antecellit ſpiritum aromatici ſimplicem gratiâ & viribus. Deſcriptionem ejus habet

elix. *Jüngken* in *Lexico Pharmacevtico.* t) *Elixir vitæ minus* Qvercetani ſpecificum eſt remedium ad omnes cachexias. u) Laudabilis et-

tinctur. iam *Tinctura vitæ Mynſichti*, vv) quæ odoris ſui eximiâ gratiâ cor & ſpiritus reficit, cerebrum ſtomachumqve confortat, calorem ventriculi auget, flatus disſipat, concoctionem jùvat, tormina ventris ſedat, nec non ad omnia frigida thoracis, epatis lienisqve vitia valde utilis eſt cochleatim ſumta.

Sirup. §. 4. Siſtit Idem x) *ſirupum* hydragogum, ceu glorioſum catharticum & divinum adjumentum in cachexia, omnique hydropis ſpecie, ab unc. j. & ſem. ad ij. plùs minusve datus, prout æger fuerit conſtipatus, bis ſeu ter in ſeptimana. Talis autem eſt:

Rec.

t] p. 228. u] Schröder. l. a. p. m. 192. vv) S. II. p. 50. x) S. XVI. p. m. 268.

℞. Rad. ireos nostr., mundat. à cortice exteriori, pistentur & exprimant.; succusque express. ponat. in vitro, donec per se residentiam faciat.

Rec. Hujus succi clari unc. xvi. aq. cinam. unc. iv. magist. gummi de Peru unc. j. macerent. vitro bene clauso hor. xxiv. postea transcola miscendo sacch. albiss. unc. xvi. sp. diarrhod. Abb. rhabarb. opt. an. unc. sem. santal. rub. rad. anchus. an. dr. ij. Mixta in nodulo ligent. & decoq. in diplomate ad perfection. Et sirupus summo studio sic paratus in caryoph., cinam acut. *macis* an. dr. j. gall. mosch. scr. j. aromatiset. s. a.

§. 5. In cachexia virgunculæ D. *J. Georg Gmelin.*, Archiat. Würtenberg., hanc *tractam* dedit: *pulv.*

Rec. Sp. diarrh. dr. ij. oc. cancr. præp. corall. r. præp. N. M. sem. anis. an. dr. ij. sacch. ros. tabulat unc. ij. & sem. [si perferre posset,] add. pulv. cachect. Qverc. dr. j. M. D. Dos. 2. Messerspitzen voll.

Gockel hosce dat: y)

Rec. Spec. diacurc. dialacc. diarrh. Abb. an. dr. sem. cinam. opt. dr. j. & sem. corall. r. præp. dr. j. *macis* caryophill. an. scr. sem. sacch. alb. unc. iij. fol. ☉. i. M. f. tragéa.

Rec. Spec. diarrh. Abb. diatroisant. an. scr. j. corall.

y] consil. med. XII. p. 157.

j. corall.r. præp.dr.ſem. margarit.præp. ſcr.ſem.*macis N. M.* caryoph. an. gr. v. ſacch. albiſſ. unc. ij. fol. ☉ j.F. tragéa. Qua de poſt aſſumtum cibum cochlear unum ſumatur.

Formula pulveris, quem V. CL. Magni *Felicis* ex fratre nepos, *Felix Platerus*, contra cachexiam infantum,à qualicunque cauſa ortam,feliciter præſcripſit,hæc erat:

Rec. Rad. & ſem. pœon.excort. an. dr. j fl. ros.r. dr. ſem. *N. M. parùm toſt.* ſcr ij. bacc.laur. parùm toſt. dr. ſem. ſpic. ſchænanth. croc.or.an. ſcr.j. ventric. & inteſtin.gallinar. præp. dr. j. croc. mart aper.dr.j.& ſem.cinam.elect.ſcr.j.f.pulv. ſubtiliſs. z)

Theodorus Mauritius,M.L., in ſua inaugural hanc addidit: a]

Rec. Pulv. ſtomach. Quercet. unc. ſem., ſem.coriand.præp.,anis., fœnic. an. dr. iii. zingib. galang.an.dr.iij.cinam. acerrim. dr. ij.caryoph.dr.j.& ſem N.M. dr. ſem.ol.anis. menth. an. g. vi. rot. man. Chriſt. perlat.ad pond. omnium F. tragéa.

elect: §. 6. Elegans *electuarium*,ſeu *confectio hepatica calida Zwelferi*, b) quæ cachecticis ad hydropem inclinantibus, opitulatur: (præmiſſis tamen univerſalibus,) Obſtructiones enim

z) Verzach. obſ.44. a) de h. m. c.7.c.f. b) append. ad Pharmac. Reg. p. m. 163.

enim viſcerum reſerat, & ad urinam proliciendam apta eſt. Doſis mane ac veſperi unc.ſem.circiter vel integra.

Rec. Rad. pimpinell. enul. camp. apii an. recent. unc. iv. mundent. & conſcindant. crasſiusculè quadratè,lignosâ parte abjectâ, coq. poſtea in Succi agrimon.chamædr. hepatic.nobil.an.depurat.libr. j. abſinth.depurat. libr. ſem. pomor.reddolent. depurat.libr.ij.& ſem., qvousqúe molleſcant, ac ſi condiri deberent, quib. ſufficienter coct. interimqúe aſſervat., accipe ſuccos reſiduos à decoct. radic.,& additis ſacch. alb. libr. ij. porrò coq. ad ſirup. crasſior. conſiſtent. immittendo ultimò ſuperiores coct. conſciſſasqúe radic., parûmqve adhuc ebulliant junctim ad debit. conſiſt., quib. ſuperinjice *N. M. condit.* & craſſ. conciſ. unc.iij. zinzib. Ind.& conciſ. unc. ij. & ſem. carnis citr. cond. & conciſ.unc. iv. conſerv.cochlear.hepat. nob. naſturt. hortenſ. an. ex analica quantit. herb. & ſacch. parat. unc.iij. pulv. cardamom.min.N. M. an. unc. j. ſem.eruc. unc. j. & ſem.naſturt. unc. j. magiſt. n. ſolubil.corall.r.unc. j. & ſem. elæoſacch. cinamom. unc. j. ſpirit. ſalis dr.ij.vel q. s. pro grato ſapore. M. & f. elect.juſt.conſiſtent.

§. 7. *Salis volatilis oleoſi le Mortiani* vires in- *Sal.*

insignes sunt ad obstructiones auferendas sangvinisque circulum conservandum, Vide sîs istud apud *Jüngkenium.* c] Laudatus Riedlinus cachectico suo contra vomitum dabat hoc cataplasma : d)

catapl.

Rec. Gelat. cydon. q.s. pulv. ros. rub. N.M. mastich. an. dr. ij. c. vin. alb. & acet. an. q.s.f. cataplasma,

Regionem stomachi & scrobiculi cordis unge balsamo *Lentiliano* : e)

balsam.

Rec. Ungvent. pomad. dr. ij. bals. peruv. g. xv. *ol. N.M. expr.* dr. sem. absinth. menth. an. dest. g. iv. M.

CAP. III.

DE USU N. M. IN HYDROPE ASCITE.

§. 1.

QVemadmodum vita nostra continuus quidam motus est spirituum, hinc sangvinis, & reliqvorum humorum : Ita sanitas, vitæ integritas, ab eodem partium fluidarum, secundùm naturam sese habentium, motu effectivè dependet. Hinc est, qvòd tanti momenti sit ad conservandam sanitatem motus freqventior corporis, qvatenus ex crebriori plurium plùs minùs musculorum contractione, sangvinis in vasa venarum capil-

c) in lexic. pharmacevt. p. 203. d) l. a. e] l. c. p. 464. seq.

pillarium transitus multùm adjuvatur, qui, repetito per cor & reliquas partes fluxu ac refluxu, incalescit magis & rarescit, ac non solùm ad extrudendas è sinu suo particulas excrementitias aptior sic redditus, copiosiùs eas in partibus colatoriis deponit, sed spirituum quoque animalium in corticalibus cerebri glandulis secretionem, & motum suo modo, per medullares ejusdem productiones, accelerat. Motu hoc fluidarum partium corporis nostri, seu spirituosarum, vel humorosarum, qvomodocunque vitiato, varia in nos redundant incommoda, vitaque tandem ipsa periclitatur. Exemplo nobis esse potest lymphæ in *hydrope ascite* motus læsus, cui tamen correctorium Dominus dedit *nucem* nostram.

§. 2. Proprium *hydropicorum* remedium est *aqua* *aqva Mynsichtiana.* f] Frigidum enim epar calefacit & confortat, ejusque obstructiones liberat, facultatesque auget, flatus crassos dissipat, materiam cachexiæ & hydropis absumit, viquè suâ diaphoreticâ expellit. Dos. à unc. j. ad ij. seu iij. Pro potu ordinario aliqui dedit *Lotichius* g) hunc potum:

℞c. H. fumar. eupator. an. M. j. Rad. asari, ireos, hirundinar. an. unc. j. bacc. junip. unc. j. cort. med. ebul. sambuc. an. dr. x. N. M.

f) S. XIX. p. 313. g] L. IV. c. 3. obs. 5. p. 32.

N. M. santal. citr. an.unc. sem. macerent.per hor. 24. in aqq.fl. sambuc. genist. vin. alb. an. q. s. f. decoct. Colat libr.j,& sem.aromatiset.sp.diarrh. Abb Juleb.cinam.q.s.ad gratiam. S. Ordina Tranck auf etliche Tage.

Apozema hydragogum in *hydrope* ad modum conveniens vid. apud *Tiling.* h) Nobili podagrico, adqve hydropem inclinanti dedit *Höfer* i] potionem, N. M. auctam. Duc

vin. *vina chalybeata* in cachexia, hydrope & melancholia hypochondriaca prostant apud *Qvercetanum.* k)

sirup. §. 3. De *sirupo* suo *hydragogo* asserit *Mynsicht.*, l) hydropem, aliàs incurabilem, eô curari. Laude dignus etiam *Sirupus de absinthio hydragogus Zwelferi*, m) qvi sanè, ritè ad hibitus, mira præstabit. Hoc certe dico, Eruditum aliqvem ab incipiente hydrope se faustè eô vindicâsse. Augustan

extract. commendant *extractum phlegmagogum Quercetani.* n]

elect. §. 4. *Deckeri electuarium* corroborans, simulque diureticum, subinde ad N. M. quantitatem sumtum, hoc est: o)

Rec. Conserv. absinth. menth. an. unc.j.

cort

h) P.IV.Rhabarbarolog.p.650. i) l.a.p.98 k] Pharm.dogmat.rest.c.9. p. 182. seq. l) S XV.p. 268. m) append. ad animadv. p. 112 n] Cl.VII.p. 257. o) in not.ad Barbett.Prax. L.IV, c. 4. p. 171.

cort. citr. condit. unc. j. & ſem. Spec. diacalaminth. dr. ij. ſal. ſambuc. dr. j. ſp. nitri ſcr. ſem. ol. ſtillat. cinam. macis an. g. v. f. elect.

Omnem. etiam complet paginam *elect. hydragogum Zwelferi :* p]

Rec. Rad. ebul. cort. median. ſambuc. an. unc. iij. R. aſari unc. j. cucum. aſinin. unc. ij. fol. helleb nigr. H. grat. dei an. unc. j. ſem. ebul. unc. j. & ſem. Incis. & cont. coq. in aq. ſ. s. q. ad libr. ij. circiter. Factâ colaturâ & expresſione, decoct. clarificet., cui admiſc. ſacc. alb. meli, deſpum. an. unc. x coq. rurſus ad ſatis craſſ. conſiſtent. Infin. add. elaterii, ſeu ſucci cucum. aſinin inſpiſſat. unc. ſem. pulv. jalap. unc. iij. gumm. gamandr. unc. ſem. cinam. opt. dr. vj. caryoph. N. M. an. unc. ſem. M. f. elect.

Doſis à dr. I. ad II. vel III. in forma boli, potiunculæ aut c. ſirup diluenda. *Brueli anum* hoc q)

℞. Dialacc diacurcum an. dr. iij. N. M. ſem. petroſelin. an. ſcr. ij. glycirrhitz. ras. ſcr. j. ſir. de abſinth. & eupat. an. q. ſ. ad elect. moll. conſiſt.

Catharticum Peruvianum liqvidum Mynſ. r) ad dr. ij. ad iij. etiam haud ſpernendum, ut

Mm

p) Pharm. Reg. p. 839. q) l. c. p. 373. r) S. XIV. p. m. 245.

ut *solidum commune* per tenuioris fortunæ hominibus. s] Adde *electuarium chalybeatum Barzonij.* t)

pilul. §. 5. *Pilulæ hydropicæ Zacuti Lusitani* hæ sunt: u]

Rec. Hier. simpl. c. agaric. unc. sem. rhabarb. dr. ij. *nuc. myristic.* caryoph. an. scr. sem. troch. alhand. scr. j. hepat. lupi dr. j. eupator. scrup. j. succ. rad. ireos dr. iij. f. massa pilular. c. succ. rad. sambuc.

Roborant hepar, serosos humores expurgant & flatus discutiunt, *Deckerus* has dat; vv)

Rec. Extract. elater. gr. viij. mag. gumm. gott. resin. jalap. an. gr. V. fecul. R. ireos nostr. gr. vj. *ol. stillat. macis* g. ij. f. pilul. vij. deaurandæ & c. pulv. cinam. conspergendæ.

Pilulas hydropicas P.A.V., *Mynsichti* & *Zwelferi* dabit *Spina* conjunctim. x]

Sal. §. 6. *Sal hydropicum Mynsichti* efficacissimum quoque in omni hydropis specie, à scr. j. ad dr. j. in vehiculo appropriato sumtum.

Rec. Junip. totius substant. concis. libr. ij. R. ireos nostr. sambuc. artemis. rubr. ebul. an. libr. j. Vincetoxic. acor. ver. curcum. an. libr. sem. H. absinth. pont., centaur. min. agrimon. card. bened. soldanell. an. unc. vj. fl. hepatic. alb. sambuc. ge-

s) p. seq. t) Pharm. Aug. p. 253. seq. u) Pharmacop. distinct. V. c. 4. vv) in not. ad Prax. Barbett. p. 167. x) l. a. p. 722. seq.

genist. an. unc. iv. sem. fraxin. eruc. cymin. an. unc. iij. Mixta calcinent. in reverberio, quoad satis est, postea adde ciner sarsæparill. unc. ij. ciner. cubeb., rhabarb. N. M. *macis* an. unc. j. M. & c. aq. sambuc. f. sal. crystallin l. a.

In ascite verò, ubi urina crassa & lixivialis apparet, potius alcalia volatilia conducunt, ut:

℞. Essent. absinth. unc. iv. *essent. macis* dr. iij. Spirit. armon. dr. ij M. D. sæpius cochlear. c. vino absinth.

§. 7 Cumque ventriculo in hydrope prospiciendum sit, eximius erit *balsamus Rolfinccianus.* y) *balsf.*

Rec. Ol. succin. citr. majoran. angelic. an. scrup. sem. junip. fœnic. an. scrup. j. cochlear. nasturt. aquat. an. g. x. N. M. *express.* unc. sem. M.

Totum vide apud *Riverium.* z)

§. 8. *Bartholomæus Kahle*, Pistor Helmstadiensis, ictero diu afflictus, tandem circa vesperum vivam tineam regioni hepatis applicat, eamque altero mane, totum nunc croceum & maximè fœtidum, omni flavedine totius corporis eâdem nocte abstersâ, in silentio & superstitione in fluvium conjicit. Seqvente verò anno pedes, crura, femora, deniqve abdomen valde intumuêre, *obs.*

y) L. VIII. consil. 9. z) L. VI. Prax. c. 6. p. 206.

& perfectus inde natus hydrops ascites. Infudit *D. Kelnerus* quatuor grana mercurii vitæ in vino, cujus liqvorem colatum manè eum jusserat bibere. Sed moras ille trahens, tertio demum die unà cum vino ipsum mercurium exhaurit, à quo ἄνω καὶ κάτω magna copia seri cum bile æruginosa excreta, non sine notabili virium langvore. Eôpse tamen die venter pedesqve adeò detumuêre, ut seqvente die ad labores suos promtè redierit, eosque in quartum usqve mensem sustinuerit. Tunc verò ex erroribus diætæ recidivam passus, omnibus frustrà tentatis, decessit

alia, §. 9. Hydropicus *Hörselgauæ* propè Waltershusium in tantam conjectus erat miseriam, ut fulcris suffultus subalaribus, ægrè gradus promovere potuerit. Cum verò consilio Celeberrimi Viri, *D. Balthas. Glassii*, Archiatri quondam Saxo-Gothani, ex *fermento, aceto* & *Sale* cataplasma fecisset, idque plantis pedum qvotidiè recens imposuisset, ac loco potus ordinarii, decoctum *seri lactis* bibisset, etiam aliqvando *crudas rapas* comedisset, inprimis verò ex *baccis cynosbati*, una cum arillis, contusis decoctum sibi parâsset, idqve freqventius usurpâsset, intra sex septimanas integrè convaluit.

alia, §. 10. D *Joann. Mich. Höber*, Concionator Aulæ Saxò-Romhildensis, sexagenarius & obesi corporis, paralyticus in sinistro latere,

tere bibebat proprio motû acidulas *Kissingenses* loco potûs ordinarii. Ortus inde singultus molestissimus & freqventissimus ad nonum diem durans, nullisqve remediis tantillum cedens, nisi fermento opii, more *Langelottiano*, cum succo cydoniorum confecto, dosiqve paulò largiori dato. Hunc, elapsis duabus septimanis, excepit sextidua totalis urinæ suppressio, ita, ut renes planè nihil seri urinosi emulgerent. Hinc sensim totum latus paralyticum intumuit, adeò prudenter & accuratè limites dimidii corporis observando, ut omnes, quotquot viderant Virum, ad admirationem raperentur. Opposita generosa remedia æqvè interna ac externa, licèt sine effectu, donec tandem cum essentia bàccarum alkekengi liqvor calcis vivæ ægroto propinaretur aliqvoties, unde unicâ nocte ad minimum XII. libras seri per vesicam excrevit, pluresque seqventi die, tumore sensim cessante, ægroqve in integrum restituto.

§. II. Pauperculæ feminæ, ætatis consistentis, qvæ hydrope ascite jam per integrum annum laboraverat svasit D. *Lebenwalt*, ut pulv. Jalappæ drachmam unam sumeret, atqve deinde per aliqvot septimanas, mane, & horâ unâ ante cœnam *rob ebuli*, quantum mediocre cochleare capit, devocaret, ac sæpè fotum ex *decocto foliorum ebuli* ventri tumido applicaret; qvô factô detumuit, &, plurimo sero per vias urinarias evacuato, in integrum *alia*

tegrum convaluit. Qvod idem in felicem curationem cessit alii mulierculæ. a)

alia, §. 12. Alia septuagenaria morbo hoc decumbens vix è lecto poterat surgere, tussis quoqve & anhelosa respiratio minabantur suffocationis periculum præscripsit D. *Dürrius* seq.

℞. Spirit. salis reficticat. dr. ij. salis absinth. dr. sem. M.

Qvo de sumsit omni mane gutt. V. aut VI. cum unc. ij. hujus aqvæ:

℞. Aq. agrimon. fragor. petroselin. raphan. cumin. an. p. æqv.

Potus erat decoctum diureticum ex rad. petroselin. sylv., glycirrhitz. & sem. cumin. confectum. Continuato per quinqve vel sex hebdomades horum usu convaluit ex voto. I. nunc sannio, & cantilla hymnum tuum: *Hydrops qvartana* &c. b)

alia, §. 13. Alii solo decocto *cyani*, ad plures dies in notabili qvantitate calidè assumto, difficilimum morbum optimo successu ita edomuêre, ut uterqve postea integerrimâ usus sit sanitate. c] Hinc aureum monitum CL. *Zwelferi* d) dicentis: *magno consilio nobis sit, prout sæpius mentionem feci, ut, simplicitate in re medica contenti, in congestione tot tantarumque rerum diversarum inutili labore super-*

a) Dec. II. Eph. ann. VIII. obs. 119. b) Dec. II. ann. VII. obs. 57. c] Dec. III. ann. V. obs. 20. d) in append. ad animadvers. p. m. 53.

superſedeamus, & parciores nos præbeamus, atqve vel uno ſimplici, *ſimpliciter ad quod à Deo conditum eſt, vel ſaltem paucioribus, inter ſe tum manifeſtè, tum occultè non contrariantibus, medicinam faciamus, prout pauperes & ruſtici, qvibus non rarò à Summo Medico, ex mera commiſeratione, remedia ſaluberrima revelantur, qvibus magna in magnis præſtant morbis, quandoq; in opprobrium Medicorum. Aſt fortè* (advertite Ἰατρῶν Παῖδες) ***ingratitudo noſtra non meretur,*** *ut tanta Naturæ miracula nobis pandantur & in aperto maneant.* (quæ ſaltem paucioribus divinitus inſpirantur,) *ſed vel invidiâ occultentur, telluri illa tandem ſepeliendo, vel incongrua aliarum rerum additione denuò obliterentur, cum nemo doctus habeatur Medicus à vulgo, qui, ubi uno aut duobus ſaltem, vel tribus rem totam bene concludere poſſet ſimplicibus, morbo cuidam ſufficienter oppoſitis, ducenta vel plura neſciat coagmentare omnis generis vegetabilia, animalia & mineralia, qvorum diſcordia tamen evidens non rarò affert nocumentum. Qvô etiam fit, ut nil certi ab effectu plurimorum compoſitorum nobis promittere posſimus, & tum patiens, tum Medicus ambo ſpe ſuâ fruſtrentur, ille inſuper qvandoque in vitæ diſcrimen ac ſanitatis diſpendium conjiciatur, hic verò ludibrio exponatur, ut etiam ipſa Medicina merè audiat* conjecturalis.

alia, §. 14. De *hydrope* ab *ovo* alibi diximus. e) De curato eo solô decoctô herb. fumar. veronic. & agrimoniæ, additis bacc. juniper. & pulv. *N. M.*, certiora mihi nuper narravit *Andreas Mängler*. Vide, quid D. *Francus* noster de alia cura solâ *veronicâ* ritè peracta retulerit. f) Rusticus adolescens *hydropicus* ferè

alia, deploratus, æstate sœpius in gramine dormiens, in ventre pedibusque ingentes mox vidit vesicas pellucidas. Quæ apertæ meram effundebant aquam, non sine levamine sui. Vide quid de alio scribat D. *Hofmannus*. g) Qui postea dysenteriâ correptus, sangvinem cum sero copioso per alvum excrevit, sicque detumescente abdomine sanitati restitutus est.

§. 15. Rectè vereqve *Casp. Hofmannus:* h)

alia, Spiritus vini, ait, nostras, sive ex fecibus factus, sive ex tritico, speltavé, sive ex baccis juniperi, tàm est infestus hepati, ut duorum triumve mensium spatio colliquatione introducta hydropem fecerit omnibus funestum. Nobilis (est observatio *Zingleriana*,) affatim & certàtim, monstroso cum excessu spiritum hunc vini ingurgitans, ut stuppa ori ejus admota sœpius adusta fuerit, quinto mense hecticus & hydropicus obiit. In cadavere totum epar ferè consumtum, torridum & quasi assa-

e) fascic. II. observ. m. 4. f) in veronic. theez p. 120. g) ad Poter. C. II. cap. 82. p. m. 345. h) præf. ad L. de Medic. officin.

assatum reperiebatur, nucem juglandem vix amplius æquans. De abusu spiritus vini latius egit *Sigismund. Closius.* i) Quòd verò stuppa ab halitu Nobilis calidissimo adusta fuerit, facilè credo. Audi terribilem historiam de paupercula Parisiensi, per totum triennium vini spiritu ita se ingurgitante, ut noluerit alio alimento corpus nutrire. Unde tantum ardorem corpus concepit, visceraqve ita incensa, ut, dum semel circa horas vespertinas in sella straminea sese reposuisset dormirura, ex ardore corporis flammam conciperet, quæ unà cum femina manè reperta est in cineres redacta. Ita misera mulier tota in fumum & cinereres abiit, excepto cranio & digitorum extremis.

CAP. IV.

DE USU N. M. IN TYMPANITE.

§. I.

OLim emperici ad unumquemqve morbum magnam remediorum silvam comparantes, quodlibet nullo delectu ad curationem ad hibebant. Id si fortè parum profuisset, continuò ad alterius opem concurrebant subinde factâ mutatione, dum morbus vel spontè, vel Naturæ beneficio, quàm remediis potius, sanesceret postremò adhibitum

i) disp. inaug. de Spirit. vini c. 3.

bitum totius curationis causam fuisse persvasi. k] Eadem tragædia adhuc luditur,& quidem ab istis, qvi nil nisi secreta, & magnam medendi methodum crepant, cum tamen circumforaneis aliqvando deteriores sint. At qvorsum ulcus hoc cacoëthicum tango? magna salutis nostræ spes in N. M.

Sirup. §. 2. Tympaniticus cum nullis auxiliis levari posset, *Sirupo Zacuti Lusitani*, *mace* nostrâ aucto, convaluit. l]

Mulier ascitico-tympanitica, præmisso emetico & clysmate, mane ac pomeridie scrupulos duos de hoc *pulvere* ex jure sumsit:

pulv.

Rec. Diapli. Jovial. dr. ij. lap. cancr. præp. corall. r. præp. CC. ph. præp. cinnab. nativ. an. dr. j. mercur. dulc. rite parat. scrup. sem. sacch. perlat. dr. ij. *ol.* N. M. *expr.* gr. viij. ol. anis. carv. an. dest. g. iv. f. pulv. subtil.

Abdomen inunxit mane & noctu hoc linimento:

Rec. Ungvent. popul. ol. hyosciam. expr. an. unc. sem. antim. diaph. unc j. *ol. nucist. expr.* anis. dest. an. scrup. j. M. m)

Utilis etiam hic pulvis, qvi simul concoctionem adjuvat:

Rec. Galang. cinam. an. dr. sem. piper. scrup. j. cort. citr. sicc. dr. j. sem. anis. carv. an.

k) D. Hofmann. ad C. III. c. 45. Poterii p. m. 331. l) L. II. Prax. admir. obs. 62. m) Lentil. l. a. p. 233.

an. dr. ij. lign. aloës N. M. an. dr. j. ſacch. ros. tabul. ad pond. omnium f. pulv. n)

Marmelada carminativa Mynſichti o) à dr. ad. ij. pro una vice flatus egregiè diſcutit, & conſeqventer in tympanite magni uſus eſſe poteſt. *marmelad.*

§. 3. Sartor XXXVI. circiter annorum, tenuisq; texturæ vir, *ventris flatu* per inferioris gutturis rimam proruptura, ſed, ob præſentiã honoratiorum hominum, ex intempeſtiva verecundia cohibito atque ſuppreſſo, primò in colicam incidit, & mox ſentit, abdomen ſuum in inſolentiorem ſenſim attolli intumeſcentiam, eamque prorſus æqualem, cum doloroſa tenſione, & virium aliqvali proſtratione. Qvid fit? intra quatuordecim dies in ingentem magnitudinem exſurgit abdomen: & cum vel nulla, vel certè inſufficientia in uſum vocarentur remedia, malum ſubinde increvit, quô factum, ut, præcipiti medendi occasſione neglectâ, omnia poſtea fruſtrà adhiberentur. Poſt obitum factâ, adacto in abdomen cultello, levi ſaltem inciſione, licet magno ſtrepitu *fœtidisſimum flamen* ipſisſimum malè olentem ventris crepitum æmulans prorupit, qvo confeſtim totum abdomen concidit; interna autem viſcera inſtituto extiſpicio ſic ſatis integra omnia deprehenſa ſunt, præterqvam quòd ventriculus, *obſ.*

n) Sennert, l. c. p. 768. o) S. XII. p. m. 211.

lus, unà cum omnibus omninò inteſtinis, immane quantum, inflatisſimi utriculi ad inſtar, diſtentus fuerit. p)

CAP. V.

DE USU N. M. IN ANASARCA.

§. 1.

QVi morborum cauſas ex falſo dogmate tradunt, non *rationales* & *canonici Medici*, ſed *larvati* & *nudi circulatores*, *empiricis longè pejores*, habendi ſunt, ait *Petrus Poterius*, Regius in Gallia olim Medicus celeberrimus. q) Ad quæ verba ſic commentatur *D. Hofmann.* r) *Si fateri licet, qvod res eſt, nil niſi* ſubtilis empiria, *veris rationibus deſtituta*, facundiâ, *ſaltem* & ingenio tecta, *hactenus inter* plures Medicos *regnavit*, *qvi* ſapientisſimi *etiam videri volebant. Nullus enim ferè* rationalis Medicus *cenſendus eſt*, *niſi qvi* Phyſicus *ſit*, & *principiorum naturalium exactam cognitionem habeat. Plurimarum in Medicina ſectarum ac errorum originem* ignorantiæ naturalis Philoſophiæ *adſcribendam eſſe*, *verisſimum eſt.* Ita ſic omninò eſt. Sed ad ſcopum noſtrum.

elect: §. 2. Præſtantisſimum *electuarium panchymagogum Zwelferi* cuncta ferè holagoga pan-

p) Dec. III. Eph. ann. III. obſ. 42. q) C. III. obſ. 25. r) p. 308.

panchymagoga, cholagoga &c. quibuscunque etiam ingredientibus ornata, seu moscho, vel ambra ditata sint, longè antecellit. Vidi id feliciter usurpatum in *anasarca*. Hoc autem est;

Rec. Rad. elleb. n. unc. j. polypod. q. unc. iij. asar. rhabarb. an. unc. j. & sem. cort. rad. esul. unc. j. agaric. alb. fol. senae el. an. unc. j. & sem. Incis. & cont. coq. in s. q. aq. repetitis vicibus affus. & colat., donec omnis virtus extracta sit. Decoctiones colatae album. ovor. optimè clarificent., & addit. libr. ij. sacch. coq. ad consist. sirupi crassioris, cui, quando parum refrixit, adde pulv. Jalapp. unc. iij. turbith. unc. ij. resin. scammon. unc. j. sem. coriandr. *N. M.* an. unc. sem. M. f. electuar. s]

§. 3. *Radicem vincetoxici* in vino albo decoctam, & pluribus diebus potam, hydropicos, si à potu statim sudor provocetur, juvare, tradit *Petrus Matthiol.* t) Maximâ nempè penetrandi vi pollet, suaque subtilitate lympham incrassatam attenuat, ut per glandulas commodè transcolari denuô possit, quâ virtute etiam scrophulis medetur. Plurimos *anasarcâ* laborantes, ait *D. Dürrius*, u) pristino vigori restitui *decocto radicis vinceto-* *Obs.*

s) Pharmacop. Reg. Cl. IV. p. m. 839. t] in comm. L. III. Dioscor. c. 90. u) Dec. II. Eph. ann. VII. obs. 58.

cetoxici, quod quidem ſapore & odore valde ingratum eſt, ita ut, donec ventriculu qs. aſſveſcat, per vomitum ſœpè rejiciat; propinavi autem in tali forma: Rec. R. vincetoxic. ab arenoſis lapillis mundat. & minut. incis. unc. Vi. inf. per noct. in vini alb. ferventis libr. ij. in olla vitreata, mane vaſe tecto coq. unicâ ebullitione. De colat. expr. bibat patiens jejun. ventric. unc. iij. calidè, expectando poſtea ſudorem aut in lecto, vel in ſudatorio, prius tamen corpore repurgato. Imitabatur hanc methodum Dürrianam *L.B.D.*, admiſto autem ſemper, vel pulvere oleovè N. M., nec ipſum pœnituit facti.

alia, §. 4. Profugus Gallus ex febri autumnali in *anaſarcam* cum *aſcite* lapſus ſolis hydragogis per vices ſœpius purgabatur, & intra ſex hebdomadas convaluit. vv) Solâ *Jalappâ*, interpoſitâ trageâ, potiſſimum ex *nuce moſchata* confectâ, incipientem anaſarcam pepulit nuper Medicus Haſſus, Amicus noſter.

CAP. VI.

DE USU N. M. IN ICTERO FLAVO.

§. 1.

MAſſæ ſangvineæ vigor calorqve inſitus à juſta ſulfurearum ſalinarumque volatilium particularum Symmetria dependet. His

vv) Dec. II. ann. IX. obſ. 4.

His bene invicem sibi respondentibus valet calor, color, vigor, & omnes omnium partium actiones, quoque magis omnia secundùm ordinem Naturæ perficiuntur, eò magis omnia firmitudinem acquirunt. Uti verò bilis succis vitalibus, sangvini & lymphæ, convenienti harmonia commixta, corporis incredibilem parat utilitatem: Ita contra ab illa vel accensa omnis generis febres nascuntur, vel fluxiliori redditâ, àque freno liberâ, varia profluvia generantur, vel spissiori factâ, aut gelatinascente, vigor Naturæ langvescit, Spiritus torpescunt, langvor partium augetur, & propter effusam in corporis habitum bilem *flavus* & *citrinus* pulcherrimo corpori inducitur color, pereunte formæ dono, quod est *naturæ privilegium, solitarium sine satellitio regnum, idemq; plùs qvàm omnes epistolæ ad commendationem valet* dicente *Symmacho*, x] uti manifestè videmus in *ictero*, quem tamen *nux* nostra emendare potest.

§. 2. Optimum erit *Vinum Jüngkenianum*: y) *vinum,*

Rec. H. chelid. maj. fragor. marrub. card. ben. M. sem. Rad. chelid. maj. cichor. rub. tinct. caryophyllat. an. dr. ij. fl. cent. m. M. sem. fol. sen. el. dr. vi. rhabarb. el. unc. sem. cinam. dr. ij. *matis* dr. j. limat. mart. unc. ij. tart. crud. unc. j. Incis. & cont.

x) L. IX. c. 33. y) infundam. Medic. eclect. p. m. 817.

cont.includ.nodul. S. Büschlein zu ei
nen Maas Wein.

Lentilianum tale: z)

Rec. Rad. gramin.chelid.min. curcum. la
path. hort. cort.tamarisc. cappar. no
exolet. an. unc.sem. H. chamædr. cu
scut. prass. card. ben. summit. cent
min. fl. genist.an. M. sem. passul. min
unc. j.rhab. el.unc.sem.cart.Winteran
cinam. an.dr.j. *macis* croci an. scrup
j. limat. chalyb. crem. tartar. an. unc
sem. M. aff. vin. vet. mens. j. & sem.
stent in infusion. per noct.

Grüling hoc *apozema* laudat, si de eo pe
sex dies mane haustus unus calidè sumatur.

potio, Rec. H. abrotan. M. j. & sem., marrub
fragar. an. M. j. rhab. dr.ij. rad. cur
cum.scr. IV. croc. or. stam. lil. alb. an
scrup. j.sem.cymin.anis.an.dr.j. & sem.
bacc. laur. dr. j. N. M. num. j. coq. in
vin. alb. odorif. libr. IV. & unc. V. ad
tertias.

decoct. §. 3. *Decoctum ant-ictericum Mynsicht.*
regium morbum penitùs tollit, si manè hau
stum unum per sex dies calide de eo bibas
Pauperes loco vini cerevisiam optimè defe
catam substituere queunt. a)

Rec. H. abrotan. unc. sem. sterc. anserin
verno tempore coll. & in petiô ligat
dr. iij. Rec. chelidon.curcum.rhab.opt.

Ze-

z) l. c. P. III, p. 76. a) S. XXV. p. m. 385.

Zedoar. an. dr. j. & sem. N. M. bacc. laur. excort. an. dr. j. croc. or. lil. alb. an. scr. sem. Vin. alb. odorif. lib. IV. coq. ad tertias, & f. potio clara.

§. 4. *Electuarium Sydenhammianum* b) *elect:* *
loc:

Rec. Conserv. absinth. rom. conserv. flaved. aurant. an. unc. j. angelic. condit. N. M. *condit*. pulv. ari comp. & chalyb. c. acet. præp. an. dr. sem. extract. centaur. min. & gentian. crem. tartar. an. dr. ij. croc. anglic. pulv. dr. sem. c. s. q. sir. de 5. radicib. f. elect. Dos. quantitas *N. M.* mane & hor. v. pomeridiana, superbibendo post matutinam dosin. aqvar. mineralium libr. IV. & post meridian. dosin apozemat. in colica hysterica descript. libr. sem.

n *ictero flavo* cum Scirrho epatis, asthmate & ascite tympanitico *Verzascha* tale ordinabat: c)

Rec. Conserv. ros. r. fl. beton. an. unc. j. cort. citr. condit. unc. sem. rob. ribium dr. iij. croc. mart. aperit. dr. ij. Sp. diatr. santal. dr. sem. ol. anis. g. IV. *macis*, cinam. an. g. ij. sir. de farfar. & alth. fernel. an. q. s. f. elect. De quo ad lubitum magnitudo *nucistæ* sumatu.

§. 5. *Tragéa Horstiana* post cibum sumenda; d) *pulv.*

b) vid. brev. ej. meth. curandi Jüngken. Vad. mec. annex. p. m. 424. c) obs. 78. d) L. IV. obs. 33.

Rec. Coriand.præp. unc.sem., sem. fœnic. anis.carv. an.dr.j.& sem. CC. ust.præp. corall. r.præp. cinam *N. M.* an.dr.sem. sacch.opt. ad. pond. omnium, f. tragéa.

§. 6. Adduxit aliqvot ab hinc annis mulier *Hamelensis* filiam suam XVII. ferè annorum ad me,rogans,ut molestum pruritum, qvem puella jam ultrà mensem *circa mammas* senserat, convenienti pharmaco tollerem. Do purgans ex solo *elect. de tamarind. c. fol. sen. Horst.* in jusculo sumendum, unà cum diaphoretico. Altero die denuò me accessit, mira referens de insigni flavedine utriusqve mammæ cum vicinia, qs. *crocô* essent consperse, ut ipsa loqvebatur, nitorem reliqvo corpore servante, imminuto tamen pruritu. Ne perturberis, dixi, sudor, qvem imperavi, colorem istum facilè absterget, uti factum. Notabile tamen materiam istam biliosam, circa mammas tantum collectam, *croceo* colore eas tinxisse ac pinxisse, reliqvô corpore intactô.

CAP. VII.

DE USU N. M. IN ATROPHIA ET RACHITIDE.

§. I.

VEra Medici theorica in *praxi* consistit; nullus enim bonus *theoreticus* est, nisi in *praxi* ille

ille bene sit versatus. Omnes enim suppositiones & hypotheses theoreticæ, nisi fluant ex sollicitis & attentis observationibus practicis, veris & perpetuis morborum circumstantiis & historiis, non in paucis, sed numerosis ægrotis, nullius momenti sunt. e] Et sic profectò est. Sed ad rem.

§. 2. De excessiva hepatis magnitudine in puella duorum annorum lentâ *atrophia* in vita laborante, legi sîs historiam *Tilingianam*. f) Asserit scholion, admodum falli illos Medicos, qvi aqud *Vesalium* g) crapulâ absumi jecur, & insignibus illis vini gurgitibus ad *nucis* duntaxat molem reduci affirmant. Hinc risu explodere posses observationem *Zinglerianam* h) suprà dictam. Uti hepar variat mole suâ, & aliqvando XL. librarum pondere reperta est: i) sic quoqve aridum, exsuccum, & corii instar corrugati in se contractum visum est, ut vix æquaret geminum pugnum, k) ut historiola ista minimè temnenda videatur.

Joachimus Küchler sinistrum brachium *atrophiâ* correptum, præmissis præmittendis, seqvente feliciter inunxit:

Rec. Axung. homin. recent. unc. j. ol-

e) D. Hofman. ad C. III. c. 21. Poter. p. 299. f) Dec. II. Eph. ann. II. obs. 71. g] L. V. de C. H. F. c. 7. h) c. 3. h) c. 3. §. 15. i) D. à Moinichen C. III. epist. Barthol. I. k] Tulp. L. II. obs. 36.

lumbric. terrestr. unc. sem. ol. hyperic. dr. ij. *ol. dest. macis* gutt. viij. M.

ungvent. §. 3. De *Rachitide* breviter, at sufficienter, delibavimus quaedam, tum in *Salvia* nostra, l) tum in *Theriaca cœlesti,* m) ut hîc actum agere nolim. *Ungventum Moywianum* suo usu comprobatum dedit Celeberrimus *Dolaeus.* n) Liceat id mihi repetere;

Rec. Fol. sambuc. lauri majoran. salv. rorismar. beton. summit. lavendul. an. M. ij. bacc. junip. & laur. an. unc. j. Incis. & cont. vasi idoneo indant. c. butyr. majal., vel recent. non salit. libr. iij. & aq. vit. libr. sem. coq. lentè ad aq. vit. consumtion., express. ad huc calidae add. *ol. nuc. myrist. per expr.* unc. sem. bals. peruvian. dr. j. M. f. ungvent.

Loco butyr. majal. substitui potest medull. bovin., vel scr. cervin. & ol. lumbric. aut vulpin. an. libr. j. & sem. In asthmate aliové infarctu pulmonis hoc dedit:

Rec. Ungvent. pectoral. unc. j. *ol. nuc. myrist. per expr.* dr. j. ol. chamom. dest. scrup. j. anis. scrup. sem. M.

obs. §. 4. *Jonas Albert* in *atrophia* pedis dextri utebatur, praemissis universalibus, hoc *ungventô*:

Rec. Ungvent. nervin. unc. j. ol. lumbric. ter-

l] S. II. P. III. membr. 1. c. 3. p. 236. seqq. m) S. II. P. III. M. 3. c. 7. p. 251. n) Encyclop. Med. L. VI. c. 13. p. 447.

terrestr. unc. sem. chamomill. dr. iij. hyperici dr. ij. *ol. dest. N. M.* scrup. I. M. Et ipse bonum successum nuper mihi commendavit prolixius.

§. 5. In universali atrophia puelli biennis parabatur balneum ex H. fumar. c. flor. chelid. maj. cent. min. cochl. agrimon. fl. verbasc. cham. rom. &c. A balneo inungebatur puſio seq. oleo. *alia*,

Rec. *Ol. N. M. dest.* dr. iij. cochlear. myrrh. sp. lumbric. volat. an. dr. ij. rutæ scrup. iv. M.

Et hodienum bellè valet. Num verò ab ista inunctione & balneo restitutus sit, nesciebant, qui narravêre, parentes.

§. 6. In alio, ubi simul viscidus mucus & acidum peccabant, mixturam *Doleanam* feliciter adhibebat Medicus in vicinia. Dabat cochleatim per vices, immutato saltem oleo: *alia*,

Rec. Aq. menth. unc. j. cort. citr. unc. sem. ♎ ammoniac. g. x. sal absinth. g. v. ol. dest. *N. M. g. j.* Syr. fœnic. dr. vj. M.



MEMBRUM QVARTUM.
DE
AFFECTIBUS LIENIS.
CAP. I.
DE USU N.M. IN OBSTRUCTIONE LIENIS.

§. 1.

Lien, νόθιν istud ἥπαρ, suum ad totius salutem confert symbolum, quatenus feculentiorem sangvinis partem, à corde communicatam, ulterius elaborat & ita disponit, ut terrestriores, salinæ & serosiores partes per arterias ad pancreaticum ductum, ad intestina vel renes deferri qveant. Idem verò hoc officio deficiens (deficit autem sæpè teste Hippocrate, o)) confœderationis violat leges, totumqve in consensum trahit corpus, id quod etiam *Traganus* scita *fisci* cum liene comparatione, qvam *Sex. Aurel. Victor* p) in vita *Constantij Galli* recitat, qvod velut hoc crescente reliqvi artus tabescant, ita illo augescente plebs depauperetur. Hoc *Tulpij* historia q) apprimè ostendit. Ejus autem peccata luere coguntur non vicinæ tantum, sed & remotissimæ, meatuum ratione,

o) L. IV. de morbis, p) Hist. August. epitom, q] L. II, obs. 3'.

ne, partes. Unicus qvidem is eſt, qvidam ſc. venæ portæ truncus, ſplenicus ramus dictus, ſangvinem purum & pro re nata impurum è liene recipiens, & ad cavam ex inde ad hepar & cor reducens: multi tamen à corde, aorta mediante, ad ſingulas excurrunt partes, ad quas ubi ſpuria lienis ſoboles ſe appulit, tyrannidem exercet. Hinc iſtæ lachrymæ! Hinc ilias in hypochondriacis & ſcorbuticis malorum! hinc reciproca malorum generatio! Deficiente, vel laborante enim unâ ex cauſis concurrentibus effectus non poteſt eſſe perfectus. Deficiente liene (id quod etiam de hepate & rene intellectum volo,] in ſangvinis depruatione nec ſangvinis poteſt eſſe perfectus: Si ſangvis autem, partium omnium animalium ultimum, imperfectus eſt, imperfecta, imò tandem nulla erit nutritio, nulla partium actio, quod affectus lienis ad oculum demonſtrant, queîs tamen & *nucem* noſtram Deus fecit Medicinam.

§. 2. *Grüling.* r] ruſtico cuidam *Salzenſi vinum* in epatis lienisqve obſtructione hoc præſcripſit *vinum :*

Rec. Polypod. q. unc. j. & ſem. cichor. unc. j. petroſelin. fœnic. aſparag. gramin. an. unc. ſem. cort. rad. tamariſc. dr. ij. & aurant. dr. vj. f. ſen. ſ. ſt. unc. ij. agaric.

r) C. VII. obſ. 73.

garic. rhapont.an.dr. ij. Zingib. *N. M.* an.dr. j. sem. fœnic. dr. iij. fl. cordial. an. P. j. Incis.& cont. D.

pulv. §. 3. *D. Hieron.* Herold *D. Joach. Camerar.*, Prof.Lips., elect. vitæ commendat, qvô non melius reperit remedium in difficilibus & antiquis tum mesaraicarum venarum, tum hepatis atqve renum obstructionibus. Descriptio hæc est:

℞. Terebinth. cypr. unc. sem. lavetur aq. absinth. & rut. an. per vices quatuor, dein adde pulv. cinam. *N. M.* an. dr. sem. ol. amygd. dulc. recent. dr. ij. M.

pulv. §. 4. *Pulvis*, seu species spleneticæ *Zwelferi* valent ad omnes lienis affectiones morbosas: Dos. eorum à dr. sem. ad integram.

Rec. Gummi ammon. in granis, myrrh. rubr. translucid., R. pimpinell. enul., galang. cinam. acut. *N. M.* an. dr. ij. sem. apii fœnic. nasturt. petroselin urtic. an. dr. j. & sem. crem. tart., tart. vitriolat. crystallisat. sal.essent. nasturt. ex succo ritè parat.magist. n. solub., ocul. cancr. an. dr. ij. & sem. F. pulv. subtil.

oxymel. §. 5. *Oxymel helleboratum* Londinense commodè etiam ad partes trahi potest: s] nec *elect.* seu *confectio splenetica Zwelferi* spernenda erit, t] cujus dosis mane ac vesperi unc. sem. vel integra.

§. 6.

s) Spin. l.c.p.672. t) Id. l. c. p. 781.

§. 6. *Pilulæ* tartareæ *Qvercetani* à CL. *Sen-nerto*, u] elegantius verò à *Zwelfero* reformatæ omnes humores crassos, salsos, & mucilaginosos radicitus à partibus profundissimis eliciunt, totam massam sangvinis purificant, humoremqve atrabilarium educunt. Notes tamen velim prudentes animadversiones *Zwelferianas.* vv] *pilul.*

§. 7. Faber ferrarius, perfectus spleneticus, continuò ferè ructus & crepitus, seu dormiens aut vigilans, stansve cubansvé, sedensvé explodebat. Tentatis variis parum effectum est, malo semper recrudescente. Ego ab inemendabili splenis turgescentia malum derivo. In qva conjectura me firmat *Zodiacus Medicus Gallicus*, x) ubi splen Viri tam insigniter tumuit, ut, si pars saltem corporis ejus tacta, seu compressa fuisset, plurimi tàm ἄνω quàm κάτω flatus prorumperent. Qvod non erat in nostro, cujus totum corpus tutò compresseris, exceptâ lienis regione, qvi ad fortiorem tactum ocius murmurat. y) Conf. suprà *S. II. P. III. M. I. c. XI. §. 12.* *obs.*

§. 8. Meminit *Isibordus* noster alicujus, qvi, quoties noctu sinistro lateri incubuit, toties insultus sensit epilepticos, aliàs ab hoc malo exemtus. *Tulpius* z] refert de juvene, *alia,*

 cujus

u) L. III. Prax. P. III. c. 2. p. 472. vv] P. A. Cl. VI. p. 225. x) ann. IV. mens. Mart. obs. 8. p. m. 90. y) conf. Borell. C. I. obs. 62. z) L. I. obs. 9.

cujus pressa vel solo digito regione lienis, contrahebantur illicò omnes nervi, & seqvebatur confestim miserabilis universi corporis distentio, lædens iteratis suis circuitibus usqve adeò mentem, & cunprimis vim ejus imaginatricem, ut crederet, se nescio quem Regem, distribueretqve non minus largiter qvaliacunqve munera, imò integras regiones, ac si revera rerum potitus foret.

alia, §. 9. De studioso, qui, quoties medicamenta splenetica internè adhibebat, certò certius fiebat epilepticus, alibi dictum est. Plura epilepsiæ spleneticæ exempla habemus apud *Schenckium*, a) *Marcellum Donatum*, b) & alios, qvos jam non vacat excutere.

CAP. II.

DE USU N. M. IN MALO HYPOCHONDRIACO.

MAlum hypochondriacum nomen sortitur à loco affecto, hypochondriis scilicet. Notant verò hypochondria idem ac sub cartilaginea, qs. dicas, sub cartilaginibus posita, & sunt partes istæ, quæ ἀπὸ τῶν χόνδρων εἰσί, h. e. quæ à mucronata cartilagine sub costis nothis ad ilia usqve protenduntur. Divisio eorum in dextrum & sinistrum. Hypochondriorum nomine partes

a] L. I. obs. 172. b] L. II. hist. med. c. 4. p. 147.

tes tam externæ, quàm internæ intelliguntur. Sumuntur enim vel pro musculis illis, qui intus peritonæo involuti extrinsecus cute conteguntur, qui in affectu nostro minimè laborant; vel sumuntur pro omnibus visceribus, quæ ab extremitatibus sterni costarum cartilaginibus interiore in parte sunt finitima, ut ventriculus cum annexis intestinis, mesenterium cum vasis suis lacteis & sangviferis, hepar, lien, pancreas cum suo ductu, omentum &c. atqve in hâc posteriori significatione ὑποχόνδριον ab epigastrio vix differre videtur. Neqve tamen ideò nomen statim mutandum esse recr, qvia alias quoqve abdominis partes infestat affectus noster, imò in reliqvos etiam duos ventres suam sœpenumero transmittit ferociam: fomes enim focusqve mali plerunqve circa regionem jam designatam latet, indeqve reliquæ partes & regiones per συμπάθειαν participant. A potiori autem semper fit denominatio. Medicorum terriculamentum vulgò dicitur hoc malum, at ego cum *Coo* nostro *in Lege. imperitia malus thesaurus est, timiditatis & audaciæ nutrix.*

§. 2. Si flatus molestias creant ex intestinalium pororum occlusione, à materia viscida, quod hypochondriacis familiarissimum est, *mixtura Jüngkniana* opem feret, sœpius cochleatim data. b) *mixtur.*

Rec.

b) Vad. mecum p. 9.

Rec. Aqv. menth. c.galang. dest. unc. iij. Zedoar. anisat.cort. aurant.an. j sp. nitri dulc. dr.j. *ol/macis* & carv. an. g. v. sir. cort.aurant.unc. iij. M.

Decoctum digestivum Rolfincij tale: c)

℞. Rad. eryng. petrosel. fœnic. cort. tamar. an. dr. ij. sem. genist. dr. j. H. spicanth. M. I. passul. unc. j. *macis*, Zedoar. galang. an. dr. sem. coq. in jure galli decrepiti, colat. unc. vj. add. sirup. byzant. scelotyrb. forest. an.unc. j. S. Tråncklein auf 4mahl.

Tunc ad materiam peccantem potentius, educendam, *apozema Riverianum* erit convenientissimum. d] *Vina* propinat *Gockel.* e)

bolus *Bolum minorativum* sic conficies:

Rec. Fl. cassiæ, el. diasenæ, catholici an. dr. ij. & sem.conf. hamech. dr. j. pulv. scolopendr. cort.rad.tamarisc.an.scrup. sem., spic. *macis* an. g. vj. f. c. sacch. bolus.

pulv. §. 3. *Species antihypochondriacæ* polychrestæ sunt: aperiunt enim, flatus discutiunt, lienem, epar,ventriculum & uterum, hypochondriacis præsertim utiles & commodæ pro vino absinth. &c. f) *Pulv.* laxantem habet *Jüngken.* g)

Rec.

c] *L.*V.S.II. c. 9. Med. Special. comment. p.487. d) L.VII.Prax. c. 5. p. 216. e) consil. med. 2.p.34.&.38. f) Vid. Dorncreil.dispensat.P.II.c.9.p.39. g) Vad.mec. p. 7.

Rec. Fol. senæ pulv. crem. tart. an. unc. sem. lap. cancr. præp. dr. ij. conf. sem. anis. dr. iij *macis* dr. j. f. pulv.

Cujus largior. cultelli cuspis sumat. c. juscul. calid. hor. j. ante prandium. h) Varias *trageas* vid. apud *Gockelium*. i) *Lentilius* Jesuitæ cuidam à causa frigida hoc malo laboranti dabat hanc: k)

Rec. Croc. mart. aper. scr. ij. sal. absinth. & aromatic. nostri an. dr. j. & sem. ligr. aloës pulv. dr. j. oc. cancr. præp. dr. vj. *macis* scrup. j. sacch. alb. dr. j. & sem. M.

De hac sumebat sindulis diebus bis, mane nempe & pomeridiana tertiâ, seu quartâ, ad dr. sem. ex cochleari mixturæ, cujus insuper cochlearia bina post assumtum pollinem hausit:

Rec. Aq. fumar. hepat. nob. an. unc. iij. sir. aperit. dr. vj. M.

A prandio verò & cœna pulv. pepticus adhibebatur pani tosto inspergendus, quantum tres cultri cuspides capiunt, superfuso vini modico, quô pane tunc medicato vesci, & vinum insuper aromate suo delibutum sorbere licuit.

Rec. Pulv. flaved. cort. aurant. g. XLV. sem. fœnic. dr. sem. *macis* scr. sem. tunic. ventric. gallin. dr. ij. sacch. alb. unc. j. M.

Sy-

h) Add. Prax. ej. p. m. 578. i) cons. med. 2. p. 21. seq. k] P. I. Miscellan. p. 19. seq.

Sydenhammianus talis; l]

Rec. Limat. chalyb. probè trit. unc. j. pulv. ari comp. dr. vj. sem. coriand. præp. anis. fœnic. dulc. an. unc. sem. cinam. acutiss. corall. r. præp. an. dr. iij. *N. M.* dr. ij. F. pulv. subtil., cui add. sacch. albiss. ad pond. omnium. Dos. dr. sem. bis. in die per qvatriduum, tum sumat dr. j. bis in die per 40. dies, superbibendo cochl. vj. julebi ibi extantis.

elect: §. 4. Seqvens *electuarium* malo aliquatenus remittenti ulterius opposuit *Scharf.* m)

Rec. Conserv. fl. anth. borrag. rad. scorzon. an. dr. j. rob. junip. unc. j. extr. centaur. min. junip. an. scr. ij. splen. bov. scrup. j. ess. castor. carminativ. an. dr. j. Salis anglici, succin. præp. an. scr. ij. croc. mart. aperit. unc. sem. sp. dianth. dr. ij. ol. cort. aurant. Zedoar. an. g. vj. cinam. caryoph. *macis* an. g. iv. S. offnender Starckzucker. Dos. unc. sem. pomeridie & antemeridie.

Brunnerianum hoc: n)

Rec. Chebul. condit. dr. v. Zinzib. chinens. condit. dr. vj. cal. aromat. cortic. aurant. & citr. condit. an. dr. iij. R. cichor. condit. eryngii, bugloss. an. dr. v. *Nuc. ind. mosch. cond.* dr. ij. conserv. absinth. bugloss. anth. ros.

l) Vid. opp. ej. p. m. 659. m) de juniper. c. 19. p. m. 263. n) consil. 59. p. 318.

ros.an.unc.sem.,cinamom.crasso modo incis,. *macis* incis.an.scrup. sem. M. c. sirup.de corticib.citr. q. s. add. ol. caryoph.g. ij. D.

Gockelianum istud : o)

Rec. Conserv. fl.euphras.unc.j.ros. dr.vi. salv.anth.an.unc.sem.succin. alb. præp. dr.j.spec.diarrh.Abb.dr.j. & sem. margarit.præp.dr.sem.ess.salv.dr.j. c. sirup. beton.f.elect.Dos. N. M. quantitas mane & vesperi.

Hildesheimianum confortans tale : p)

Rec. Conserv.ros. viol.an. unc. sem. borrag.cort.citr.an.dr.vi.spec.diarrh.Abb. dianth.an.dr.j.& sem.pulv.scolopendr. cort.rad.tamarisc.an. dr. j. cinam. mastich.*macis* an.scr.j.c.sirup. è buglossi. & scolopendr.an.q.s. f. elect.

§. 5. Nec *pilulæ* fastidiendæ *Waldschmidij*. q) Pilul.

Rec. Gumm. ammoniac. c. acet. præp. dr.sem.mastich.el. carabes albiss. limat. mart.in alchol.contrit.an. scr. j. myrrh. rub.scr.sem.troch. alh.scr.j.resin.jalap. & scammon.an.g. xv. *ol. dest. macis* g. viij.M. f.pilul. S. besondere Miltz-Pillen. Dos. 3. auf einmahl/superbibendo potum Thee largiter.

Adde *Zwelferianas* : r)

Rec.

o] consil.cit.p.27. p] Spicileg.2.p. 291. q) V. opp.ej.p.176. r) Pharm.Reg.Cl. VI. p. m. 144.

Rec. Rad. helleb. n. unc. iij. fol. ejusd. recent. unc. iv. hermodact. unc. j. croc. austr. unc. sem. ros. rub. exsiccat. unc. j. Incis. & cont. coq. in aq. simpl., repetitis vicibus affusâ, quousque vis dictarum rerum prolecta sit. Decoct. colat. clorific., quo cum solv. aloës succotrin. libr. j. (quæ si impura fit colet., iterumque leniter exsiccet., mollitie tamen ejus servatâ, cui add. mastich. myrrh. oliban. an. trit. unc. sem. succin. alb. pulveris. gumm. ammoniac. in vin. solut. an. unc. j, sal. armoniac. cum marte sublimat., Vitriol. mart. c. sp. vitriol. fact. an. dr. vi. f. mass. pilular., quæ aromatis. *ol. destill.* mastich. succin. *macis* an. dr. j. D. horis ij. seu tribus à cœna, sed in pauca quantitate, ut saltem alvum postero die bis tervé laxent.

morsul. §. 6. *Morsuli Hildesheimiani* hi: s)

Rec. *Ol. N. M. expr.* dr. sem. succin. alb. scr. ij. ambr. orient. gr. viij. mosch. gr. iv. sacch. in succo cydon. dissol. unc. iv. F. Morsuli.

Et alibi: t)

Rec. Spec. lætif. Galen., diacappar. dianth. an. scr. iv. diamosch. d. diaplir. an. dr. j. sem. citr. agni casti an. dr. sem. pulv. scolopendr. cort. R. tamarisc. polypod. bugloss. an. dr. j. cinam. spic. mastich. *macis*,

s) Spicil. cit. p. 276. t) p. 295.

macis,an.ſcr.j. ſacch.alb.unc.viij. in aq. ſcolopendr.betonic.borrag.an. q.s. disſolut.f.morſul.

§. 7. *Wolfius*, Profeſſor Helmſtadienſis, ventriculum inungi jubet ol. cydon. N. M. expr. maſtich. &c. *Rolfinc* hypochondriaco pro ſtomacho dedit: u) *balſam.*

℞. *Ol. N. M. expr.* dr. iij. anis. menth.an. ſcr. j. cinam. caryoph. an. g. v. bals. de *Peru* dr. ſem. f. balſam.

Et: Rec. *Ol. N.M.* dr. ij. deſt. fœnic. anis. an. ſcrup. j. citr. ſcrup. ſem. M.

§. 8. Contra cordis compresſionem & apparentem palpitationem cordis ſeqvens *linimentum* dabat *Horſtius* Illuſtrisſimæ Viduæ. vv) *linim.*

Rec. *Ol. N. M. expr.* dr. j. caryoph. ſcrup. ſem. ungvent. ros. unc. ſem. camphor. gr. IV. croci ſcrup. ſem. M. S. Hertʒſäl-bigen.

Apud *Hildesheimium* tale reperitur. x)

℞. Maſtich.dr.ij. galang.dr.j.Sp.arom.ros. diacymin. an.ſcrup. j.ol.caryoph. N. M. an. g. viij. cumin. g. IV. de abſinth. & menth. an.unc.ſem. cer. parum f. liniment. S. Magenſälbgen.

Et alibi hoc videbis: y)

Rec. Ol. abſinth.unc.j.& ſem.maſtich.deſt. ſcrup. IV. N. M. *expr.* dr. j. *macis expr.*dr. ſem.

u] L.VIII.conſ. 3.p.724. vv) L. IV. obſ. 25. x) Spicil.2.p.240. y) p. 281.

sem. caryoph. g. vj. mastich. dissol. in ol. nardin. an scrup. iv. ladan. purior. dr. j. & sem. vin. malvat. parum M. pro linim.

ungvent. §. 9. *Ungventa* talia sunto:

Rec. *Ol. N. M. expr.* dr. j. & sem. cydon. absinth. mastich. an dr. iij. menth. destill. scrup. sem. anis. g. v. caryoph. g. iij. pulv. mastich. sqvinanth., ladani, N. M. an. scr. j. cer. parum M. pro ungvento, quô ungat. orificium ventriculi quotidie ter. z)

Vel: Rec. succ. cardiac. citri an. unc. sem. *ol, nucist. expr.* dr. j. ol. nardin. dr. ij. ungvent. ros. unc. sem. camphor. croc. an. scrup. sem. M. f. linim. S. Hertzsälblein. a)

Sacculus videatur apud *Hildesheim.* b)

obs. §. 10. Vix morbus aliqvis rariora & mirabiliora peperit symptomata, qvàm scorbutus, infestum istud nomen! *Sputum dulcescens* licèt crebrius occurrat, rarius tamen annotatur. Bina verò hujus rei exempla consignavit Celeberrimus *Borrichius*, magna Arctôi orbis gloria. c] Qvestus mihi *Hagæ-Comitis Erasmus Hofmannus* de frequentiori & dulci prorsus sputo, circa plenilunium, qvod ipsemet notavi, cum catarrhis copiosè irruenti-

z) Id. l. c. p. 246. Add. l. c. p. 273. 266. & 299. a] Lotich. L. IV. c. 4. obs. I & 2. b) l. c. p. 240. & p. 263. c] Dec. I. Eph. Curios. ann. III, obs. 237. Add. Bonet. M. S. L. II. S. III. c. 2.

ruentibus, atrocius plerunque in festante. Summus melancholicus erat jure hereditario, & primarius scorbuti candidatus, omnium acidorum, si quisqvam alius, amantissimus. Svasi Amico civi decoctum antiscorbuticum, qvo de, præmissis universalibus, per XIV. dies ter qvotidie sumsit, *salviâ saccharinâ* parumper immutatâ. Verum, alio superveniente morbo, paulò post vitæ finem fecit Amstelodami. Similem historiam de *gustu mellito* mulieris Wismariensis extremè scorbuticæ Rostochii mihi retulit D. *Döbel*, Profess. & Poliater ibidem meritissimus. d)

§. 11. Novi hypochondriacum, qvi cum nullibi idoneum remedium reperiret, svasû barbitonsoris, ope hirudinum, tantum non in integrum restitutus est. e) Alius mihi notus, qui à superveniente *febri petechiali*, belle convaluit. Scilicet qvibus ad hypochondria dolor est sine inflammatione, sed vel ab obstructione, vel à spiritu flatulento, vel ab intemperie inæquali frigida, iis febris superveniens dolorem solvit. f) *alia*,

§. 12. Juvenis hanc misturam summoperè mihi commendavit: *alia*;

Rec. Elix. propr. sine acid. ess. cast. an. dr. j.

Oo 2 ess.

d) add. Dec. II. Eph. Curios. ann. III. obs. 172. & ann. VIII. obs. 58. nec non ann. IX. p. 460. e] conf. D. Stahls disp. de sangvisug. p. 16. f) VI. aph. 40. conf. D. Hofmann. disp. de salubritate febrium §. 33.

eſſ. Zedoar.ſcr.ſem. Sp.ſal.armon. aniſat.ſcrup.j.*ol. deſt. macis* gutt. V. M. D. gutt. XXX.

Et ſanè *caſtorina* multum eum juvabant, ut non abs re dixerit *J. Godofr. Tietzmannus:* g) *Malum hypochondriacum, qvod ſyndrome eſt diverſorum affectuum, nec à ſola dependet obſtructione lienis, ut veteres ſunt arbitrati, ſed potius ab acido, vel auſtero viſcido, flatibusque Sylveſtribus, dolorem ejusmodi gravativum & lancinantem producentibus, ſuos ducit natales, maximum* à caſtorinis *nanciſcitur ſolatium.*

alia, §. 13. Nobilem novi de B., qui malo hoc excruciatus miſer.

- - In Sylvis errabat opacis,
Per campos ſolus latos, perq; avia rura,
Ipſe ſuum cor edens, hominum veſtigia vitans.,

Hanc miſturam ſœpius expertus eſt expertam, à Caſſellano Medico ſibi datam:

Rec. Tinct.croc.dr.j.& ſem.antim. tartariſat.& mart.aper.an.dr. j. liqv. CC.ſuc. cin.dr.ſem. *ol. deſt. macis* ſcr. ſem. M. Dos. gutt. XL.

CAP. III.

DE USU N. M. IN SCORBUTO.

§. I. QVod *P. Ovidius Naſo* h) de *Proteo*, in varias formas verſo, cecinit:

Nam

g) diſp.inaug.de caſtoreo §.30. h) L. VIII. Met. f.10.

Nam modò te juvenem, *modò te vidêre* leonem:
Nunc violentus amor: nunc qvem tetigiſſe timerent,
Angvis *eras: modò te faciebant cornua* taurum;
Sæpè lapis *poteras*, arbor *quoqve ſæpè videri:*
Interdum faciem liqvidarum imitatus aquarum,
Flumen *eras: interdum undis contrarius* ignis;

Id omne rectius de Medicorum Proteo, *ſcorbuto*, hominibus brutisque infeſto ac lethali, i) dixeris. *Plato* in *Euthydemo* mutationem Protei de fallaciis explicat, queîs Sophiſtæ in diſputando qs. præſtigiis utebantur. Scribit autem, *Protea* fuiſſe Sophiſtam Ægyptium. Talis Sophiſta, talis præſtigiator ſcorbutus eſt, qui fumum ubiqve vendit, oculosqve faſcinat noſtros. At vafritiem & præſtigias ejus *nux* noſtra *polychreſta* maſculè retundit.

§. 2. *Aqvam* deſtillârunt *Sennertus* k) & alii. *Bontekõe* hanc dedit: *Aqva;*

℞. Cinamom. unc. IV. N. M. unc. ij. *macis* unc. j. caryoph. unc. ſem. cortic. citr. rec. num. viij. aurant. rec. num. IV. acor. ver. unc. j. & ſem. croc. unc. iij. Concis. & cont. aff. Sp. vin. opt. menſ. ij. ſtent, do- nec

i) Dec. II. Eph. ann. VI. p. 416. k) l. c. p. 632.

nec Sp. vini optimè imprægnatus est. Dos. cochl. unum alterumve sœpius haustum.

Infusum hoc habet *Goekel:* l)

Infusum Rec. Rad. polyp. dr. vj. elleb. nigr. præp. dr. ij. & sem. Rumicid. dr. ij. H. agrimon. fumar. chamædr. epithym. acetos. an. M. j. fl. borrag. buglosf. lupul, acac. cich. an. P. j. sem. anis. fœnic. an. scrup. ij. fol. sen. el. s. st. unc. j. & sem. Zinzib. *macis* an. scrup. j. passul. min. dr. vj. M. bulliant in seri lactis caprin. libr. ij. & sem. aq. fumar. borrag. an. libr. sem. stent per hor. x postea f. expresſio, reddat. clarif. libr. ij. & sem. add. sirup. de polypod. fumar. comp. an. unc. iv, vel, horum loco Sirup. scelotyrb. Augustan. libr. sem. M. Dos. quotidiè unc. v.

Spiritus §. 3. Nobilis *Spiritus* Practici cujusdam felicissimi apud *Deckerum:* m)

Rec. Cortic. fraxin. R. tamarisc., Rad. fraxinell. capp. an. unc. j. & sem. R. polyp. q. unc. ij. raphan. Sylv. seu armorac. unc. iij. H. cochlear. M. iv. nasturt. hyemal. baccabung. acetos. scolopendr. an. M. iij. bacc. laur. junip. an. dr. vj. summit. cent. min. P. iv. stercor. anserin. unc. j. sem. citr. sinap. card. ben. an. unc. sem. caryoph. Zingib. cinam. N. M. an. dr.

l) cons. 49. p. 483. m] in not. ad Prax. Barbett. L. IV. c. 3. p. 156.

dr. iij. Incis & cont. diger. in arena tepida c. vin. gallic. libr. viij. & spirit. vin. vulgar. libr. iij. per triduum, deinde destillent ex arena per alembic.

Hunc *Spiritum* omnibus suis medicamentis admiscebat Practicus iste:

§. 4. Apud *Birlingium* n) prostat *extractum* chalybeatum D. *Schwalenbergeri*, quod sîs vide & judica.

§. 5. Pro confortando ventriculo & intestinorum roboratione *Rolfinc.* dedit *tragéam:* o)

Rec. H. Salv. M. j. rad. polypod. diptamn. alb. pimpinell. an. unc. ij. sem. anis. coriandr. cumin. an. unc. j. fl. acac. borrag. an. P. ij. cort. citr. aurant. an. unc. sem. galang. cinam. *N.M.* an. dr. iij. rhabarb. dr. j. sacch. alb. libr. sem. D. Magen-Pulver.

pulv.

Possunt etiam in cerevisia aut vino sequentes species macerari: p)

Rec. Rad. chinæ dr. i. scorzon. enul. caryophyllat., rhodiæ an. dr. sem. Herb. chamædr. absinth. scolopendr. an. M. ij. bacc. laur. dr. vi. junip. dr. ij. cinam. N. M. an. dr. ij. sem. anis. fœnic. an. dr. vi. aff. vin. rhen. opt. carth. X. stentque per integram septimanam in loco frigido infusa

n) in append. varior. medicament. c. 10. p. 61. o) L. VIII. cons. 6. p) Id. l. c. consil. VII. p. 772.

fusa in doliolo querno bene munito, S. ad usum. Bibat. de hoc vino quotidiè modicè.

In corporibus frigidioribus hi pulveres usurpari possunt:

Rec. Cubeb. *macis*, granor. paradis. an. dr. sem. eruc. dr. iv. croci dr. ij. M. f. pulv. Dos. dr. j. c. lact. caprin. unc. iv. mane ac vesperi.

Vel: ℞. Cinam. opt. N. M. sem. nasturt. an. dr. ij. croc. scr. ij. M. Dos. dr. j. c. aq. cochlear. seu fumar., dulcoret. c. sirup. fumar. seu cochlear. q)

§. 6. In debilitate pedum scorbutica Baro LXVIII. annor. de hoc infuso mane ac pomeridie quartarium dimidium calidè bibit:

Rec. Rad. angelic. levistic. zedoar. an. dr. iij. pœon. mar. unc. sem. H. majoran. salv. nob. rosmar. chamædr. paralys. c. toto an. M. sem. fl. anth. stæch. arab. an. P. ij. sem. levistic. anis. an. dr. iij. cort. aurant. dr. ij. cass. lign. dr. iij. *mac.* dr. j. croc. scr. j. r)

CAP. IV.

DE USU N. M. IN ICTERO NIGRO.

§. 1.

Causa icteri nigri est acidum, seu austerum

q) Sennert. l. a. p. 625. r) Lentil. l. a. p. 352.

sterum cum bile remixtum. Acidum hoc separatur in liene, ut bilis in epate consurgere queat, alcalinæ naturæ & acido contraria. Duplici verò potissimùm casu nigredo hæc intensiva ex flavedine producitur. Frequentiùs quidem obstructione fortiori continuata in ipso epate, quæ si expediri nequeat, ex flavo in fuscum degenerat, adeoque niger fit flavi successor, non rarò verò ipsius lienis, decoctoris acidi, culpâ, obstructione contumaci, vel scirrho, unde acidum prius studiosè seclusum in consortium venit mixturæ biliosæ, indeque nigredo, tùm in corpore spectanda reliquo, tùm maximè in urina. Neque experimenta abludunt, cùm austera, acerba, acida, vitriolica, cum resinosis mixta vel sulfureis, per mechanicam colorem nigricantem pariant, qui ne tantus sit, impedit in corpore vitalis calor, & mixtura temperantis lymphæ. At pande vires tuas *N.M.*, & accende lucis tuæ radium.

§. 2. D. D. *Lentilius elixir* hoc communicat: s) *elix.*

Rec. Aloës soccotr. myrrh. el. an. unc. sem. cinam. acut. cort. Winteran. an. dr. ij. croc. orient. *macis* an. dr. j. rhabarb. el. unc. j. rad. curcum. sem. fœnic. an. dr. ij. Incis. & conquass. affund. spirit. vin rectificat. unc. xx. & spirit. cochlear. unc. vi. stent ibi in vitro clauso per aliqnot

 dies

s) P. III. Miscell. p. 77.

dies in digestion., postea filtrat. liquor S. ad usum. Speciebus residuis iterum media pars horum affundi poterit, eod. modo diger. ac priori tinct. admisc.

elect: §. 3. *Verzascha* hoc *electuarium* ordinat; t)

Rec, Croc. mart. aperient. unc. j. sp. arom. ros. dr. j, cinam. *macis*, santal. rub. an. scr. j. *ol. nucist.* gr. VI. caryophill. gutt. IV. mell. despumat. & sacch. alb. an. q. s. f. s. a. elect.

Rotul. §. 4. Vesperi autem aliquot horis ante cœnam V. aut VI. *rotulas* usurpavit.

Rec. Croc. mart. aperient. unc. sem. conf. alcherm. dr. ij. spec. arom. ros. scrup. j. sacch. opt. aq. chelidon. & ros. sol. dr. IV. ol. cinamom. *macis* an. gutt. iij. f. s. a. rotul.

pilul: §. 5. Remediis hisce usurpatis denuò reliquias humorum noxiorum per ἐπίκρασιν his *pilulis* eduxit:

Rec. Extr. pilul. tartar. Quercet. scrup. ij. catholic. dr. sem. gutt. gamandr. scr. j. extr. ammoniac. Quercet. dr. sem. helleb. n. præp. scr. ij. absinth. scr. j. *ol. macis* gutt. VI. anis. g. IV. cinam. g. ij. M. f. Pilul. ex scr. j. num. XVIII. deaurent. & consperg. pulv. cinam.

obs. §. 6. De ictero nigro cum scabie sicca elegantem casum nobis sistit D. D. *Dürrius*, u) una

t) observ. 96. p. 249. u) Dec. II. Eph. Curios. ann. VII. obs. 61.

unà cum annexa curatione, in quâ nec *macis* oblitus est. Properabimus nunc ad affectus quosdam scorbuticos, *arthritidem putâ vagam, paralysin, phlogosin, spasmum, colicam, &* *psoram scorbuticam*, de quibus singulis breviter, fusius autem σὺν θεῷ in *observationibus* nostris *selectis*.

CAP. V.

DE USU N. M. IN ARTHRITIDE VAGA SCORBUTICA.

§. 1.

DEvorabat Sanctissimus Vates *Ezechiel* vv) chartam à DEO sibi ostensam, cujus tenor: Ach und Wehe! Omnia subsequentia capita gemituum & suspiriorum plena sunt: Bene tamen, quòd commesta, i. e. superata dulcescant operâ *nucis* nostræ nunquàm satis laudandæ. Producemus igitur tormentum nobis admodum familiare, vulgò *Arthritidem* dictum.

§. 2. Matronæ cuidam diu colica & nephritide affectæ, postea propter ineptam curam cachecticæ & arthriticæ, *Höfer.* x) vinum ordinabat *mace* auctum: *Pilulæ Timœanæ* y) in *arthritide* tùm simplici, tùm *vaga* optimæ sunt: *vinum* *pilul.*

Rec.

vv] II. 10. seqq. x) l. a. p. 262. y) L. V. epist. med. 1.

Rec. Mass. pilul. angelic. unc. sem. extr. rhab. fol. senæ hermodact. an. dr. j. acid. tart. resin. jalap. an. scr. ij. sal. chamædr. chamæpit. an. gr. xiij. *ol. dest. macis N. M.* fœnic. carv. an. gutt. vij. M. c. sir. ros. solut. f. pilul. ex scr. j. num. XI. Deaurent. S. Pillen alle Monat zugebrauchen.

obs. §. 3. Rustica tres vaccas suas ægrotare observârat, dentesque vacillare & ore excidere notârat. Inter alia verò media curationis, vel ritè adhibitæ veterinariæ villica ista os cujuspiam vaccæ aperiens, exploratura communis istius morbi conditionem, hinc ingratum halitum prorumpentem ore & vultu suo excepit, unde ferè in momento illo eádem mulier *arthritidem vagam* atque *stomacacen*, diu posthæc affligentem & perseverantem contraxit. z) De *arthritide vaga* in febrem malignam perniciosam degenerante, lege *Riedlini*, Amici nostri, observationem. a)

alia,

alia, §. 4. Rusticus in vicinia ex decocto fumar. centaur. min., rut. murar., nummular. acetos. & trifol. fibrin., insperso *pulv. N. M.* cinamom. & CC. ust., superiori annô feliciter sibi medebatur. Solô *trifolij fibrini* usu idem præstitit D. *Francus*. b) Alii commendant oleum Fernelianum *N. M.* illustre. c)

CAP.

z) Dec. & ann. jam. cit. obs. 192. a] Dec. III. ann. III. obs. 132. b] in hist. trifol. fibrin. p. 53. c) Vid. Dravviz. de scorbut. dolorifico art. j. p. 68.

CAP. VI.

DE USU N.M. IN PARALYSI SCORBUTICA.

§. I.

DE Paralysi, aliisque affectibus scorbuticis, egregiè disseruit Ecellens iste Doctor spleneticus *Drawizius*, in Institutionibus suis de *scorbuto dolorifico*, d) quem sanè omnibus Artis nostræ filiis summopere commendo. Interim recensebimus, quid occurrerit nobis.

§. 2. *Electuarium Drawizianum* suo gaudet præconio, e] ritè si conficiatur, rectèque adhibeatur. Nec fastidium mihi parit empiricum istud remedium, quotidie ante & post pastum cochlear de eo sumtum, parciùs tamen in affectu calidiori. *elect:*

Rec. H. betonic. M. IV. coq. in aq. libr. viij. ad tert. part. consumtion., adde gran. junip. contus. libr. ij., decoq. rursus ad pultem, exprim. fortiter, add. sacch. libr. ij. & denuò coq. ad sirup. consistent. ab igne remotis insperg. zinzib. unc. ij. *macis*, calam. arom., cubeb. fol. senæ unc. sem. f. elect.

§. 3. Si placeant *Rotulæ*, habeas: f) *rotul.*

Rec. Sp. diamosch. d. dr. j. extract. galang. scr. j. extr. lign. aloës scr. sem. & cardamom.

d) tit. 3. e) p. m. 361. f) p. 172.

mom.g.viij.*ol.nucist. expr.* scr. j. succin præp.scr.sem.cinam.g.vi.aq.lil.convali & sacch.q.s.f.Rotul.

linim: §. 4. Eximium quoque *linimentum Dru wizij* : g)

Rec. Rad. pœo.si. galang.an. dr. iij.summ salv.hyssop. betonic. an. P. ij. fl. cha mom. rom.pœon. an. P.iij. fol.origan rut. rec.an. M. sem. bacc.laur.junip.an dr. iij. castor. dr.j.& sem. Incis.& cont. coq.in ol. lumbric. libr. sem. vini unc. iij, ut vinum exhalet, add. *ol. N. M.* exp. dr. ij.ol.still.succin & rorismar.an. scr. j. M. pro liniment.

Si dolor capitis simul affligat, *nodulus* porrigitur h) cum *pilulis*, i)

obs. §. 5. Vir annorum xxxvj. cum ad coëmenda pecora æstivo diurno calore iter fecisset, pedestre, sub vesperum tantisper qvievit, moxqve susceptum iter ulterius prosecutus, tertio die domum rediens, langvorem totius sensit corporis cum sensu formicationis in artubus nunc superioribus nunc inferioribus interpolato, & siti admodum molesta, cujus causam & defatigationem & æstum sitium reputabat. Sed ecce paralysis scorbutica suam mox ludere cœpit tragœdiam, & primum qvidem pedes motu & sensu privatos officium facere prohibuerunt, recrementa scorbutica acido-sulvufreo-narcotica ex nervoso

g) p. 174. h) p. 218. i) p. 212.

voso genere ad nervum cruralem anticum & posticum transmissa, spirituum animalium irradiationem expansivam intercipientia & sufflaminantia, quæ ipsa postea ex medulla spinali ad nervos brachiales delata, hosce etiam stupore tanto fascinaverunt. ut æger resolutis digitis nec levissimum objectum apprehendere, multò minus manu attollere potuerit. Sensu aliquali pedibus restituto, remanente tamen motûs impotentiâ, ἀναισθησία genitalia membra prorsus torpida, inde abdominis musculos cum instratis integumentis communibus prehendit, & titillationis digitis factæ ægrum in expertem & insensilem reddidit, discussis dein & hic particulis morbificis, diaphragmatis & thoracis musculos illa sensûs & motûs privatio conscendit, quæ sanè summum vitæ discrimen patienti intentavit. atqve de pondere pectus aggravante, suffocationis metu, cordisqve aliqvali, eôqve tremulo, motu superstite qverelas expressit, à qvibus ipse nihilominus repentè relevatus liberqve evasit, dum haustum succi cochleariæ recentis cum vino expressi avidè assumsit. Rediit tamen paulò post paralysis artuum, quà superiorum, quà inferiorum, modò his, modò illis magis infensa, pro qua abigenda decoctum ex nervis & antiscorbuticis concinnatūm mane quotidie epotandum ordinabatur bono cum successu, præmissâ venæ sectione, parcâ manu admi-

nistra-

mom.g.viij.*ol.nucist. expr.* scr. j. succin præp.scr,sem.cinam.g.vi.aq.lil.convall & sacch.q.s.f.Rotul.

linim: §. 4. Eximium quoque *linimentum Drawizij* : g)

Rec. Rad. pœon. galang.an. dr. iij.summ salv.hyssop. betonic. an. P. ij. fl. chamom. rom.pœon. an. P.iij. fol.origan rut. rec.an. M. sem. bacc.laur.junip.an dr. iij. castor. dr.j.& sem. Incis.& cont. coq.in ol. lumbric. libr. sem. vini unc. iij, ut vinum exhalet, add. *ol. N. M.* exp. dr. ij.ol.still.succin & rorismar.an. scr. j. M. pro liniment.

Si dolor capitis simul affligat, *nodulus* porrigitur h) cum *pilulis*, i)

obs. §. 5. Vir annorum xxxvj. cum ad coëmenda pecora æstivo diurno calore iter fecisset, pedestre, sub vesperum tantisper qvievit, moxqve susceptum iter ulterius prosecutus, tertio die domum rediens, langvorem totius sensit corporis cum sensu formicationis in artubus nunc superioribus nunc inferioribus interpolato, & siti admodum molesta, cujus causam & defatigationem & æstum sirium reputabat. Sed ecce paralysis scorbutica suam mox ludere cœpit tragœdiam, & primum qvidem pedes motu & sensu privatos officium facere prohibuerunt, recrementa scorbutica acido-sulvufreo-narcotica ex nervoso

g) p. 174, h) p. 218, i) p. 212.

voſo genere ad nervum cruralem anticum & poſticum transmiſſa, ſpirituum animalium irradiationem expanſivam intercipientia & ſufflaminantia, quæ ipſa poſtea ex medulla ſpinali ad nervos brachiales delata, hoſce etiam ſtupore tanto faſcinaverunt. ut æger reſolutis digitis nec levisſimum objectum apprehendere, multò minus manu attollere potuerit. Senſu aliquali pedibus reſtituto, remanente tamen motûs impotentiâ, ἀναισθησία genitalia membra prorſus torpida, inde abdominis muſculos cum inſtratis integumentis communibus prehendit, & titillationis digitis factæ ægrum inexpertem & inſenſilem reddidit, diſcusſis dein & hic particulis morbificis, diaphragmatis & thoracis muſculos illa ſensûs & motûs privatio conſcendit, quæ ſanè ſummum vitæ diſcrimen patienti intentavit. atqve de pondere pectus aggravante, ſuffocationis metu, cordisqve aliqvali, eôqve tremulo, motu ſuperſtite qverelas expresſit, à qvibus ipſe nihilominus repentè relevatus liberqve evaſit, dum hauſtum ſucci cochleariæ recentis cum vino expresſi avidè aſſumſit. Rediit tamen paulò poſt paralyſis artuum, quà ſuperiorum, quà inferiorum, modò his, modò illis magis infenſa, pro qua abigenda decoctum ex nervis & antiſcorbuticis concinnatum mane quotidie epotandum ordinabatur bono cum ſucceſſu, præmiſſâ venæ ſectione, parcâ manu admi-

niſtra-

niſtratâ. Cumqve *N. M. Indicam* Doctisſimus *Macaſius* k] inter antiparalytica poſuerit, & D. D. *Hofmannus* cinamomum decocto ſuo admiſcuerit, utiqve commodè adjici potuiſſet. l)

alia; §. 6. Lege sîs etiam de *paralyſi ſcorbutica*, obſervationem *Mollerianam* m) Puer ſeptennis cum aliis ludens, &è rivulo aqvam bibens, ſubitò lateris ſiniſtri reſolutione tangebatur, ut nec brachium pedemve movere qviret, ore aliquo modo in latus ſiniſtrum tracto, ſermone tamen & intellectu integris. Expulsâ magnâ vermium copiâ, adhibitisqve tàm internè quàm externè aptis remediis, in integrum reſtitutus à Phyſico Geislingenſi D. *Jägerſchmied*. n)

CAP. VII.

DE USU N. M. IN PHLOGOSI SCORBUTICA.

§. 1.

VEtuſtisſimos ſcorbuti, monſtri iſtius πεντηκοντακεφάλε natales eſſe, patet ex Venerando Sene noſtro, qvi modò ſub *magnis Splenibus*, modò ſub εἰλέω αἱματίτῃ accuratisſimè & luculentisſimè deſcri-

k) in Prompt. mat. med. L. poſterior. c. 18. p. 626. l) Decur. III. ann. II. obſ. 207. m) Dec. II. Eph. ann. V. obſ. 28. n) Decur. III. ann. III. obſ. 104.

descripsit. o] Arabiæ ἐπιχώριον fuisse, testatur *Strabo*, p) qui expressè στομακάκης & σκελοτύρβης meminit, quarum illa circa os, hæc verò circa crura resolutio qvædam est, ἐκ τε τῶν ὑδρείων καὶ τῶν βοτανῶν. Adde *Plinium* q] & P. *Æginet.*, r) qvi satis eum depinxisse mihi videtur. Qvid? quod etiam in sacro codice haud obscura ejus vestigia cernes, in puero scilicet, seu filio isto Centurionis Capernaitici. s) Hunc enim non simplici paralysi, quâ ceteri, t) cum doloris expers sit, sed scorbuticâ cruciatum fuisse, ipsi qvestus Centurionis evincunt, ajentis: ὁ παῖς μου βέβληται ἐν τῇ οἰκίᾳ παραλυτικὸς, δεινῶς βασανιζόμενος. Ὁμόψηφον habeo CL. V. *Möllenbroccium*. u) Nec *Bartholinus* noster dormitavit cum *Jobum* quoqve *scorbuto* affectum scriberet, vv) ut certè antiquissimus morbus sit. Nec χθὲς καὶ πρώην hoc malum è Septentrione, & locis, quæ mare lambit Balthicum, ad nos migravit, sed juxta *Spangenberg.* x) & *Binharti* y) calculum,

o) Vid. L. II. prædict. c. 42. t. 1. seq. L. de intern. affect. c. 34. t. 1. seq. & c. 49. t. 5. seq. p] L. XV. Geograph. q] L. XXV. c. 3. r] L. III. c. 49. s) Matth. VIII. 6. t) Matth. IX. 2. Marc. II. 3. Luc. V. 18. u) in procem. tract. de arthit. vaga scorbut. p. 6. seq. vv] de morb. biblic. c. 7. p. 50. x) Chr. Saxonic. c. 343. y) Chron. Thuring. L. III, p. 25.

circa AC. 1486. licèt semper occultè egerit versutissimus hostis, & modò sub hac, modò sub ista larva tyrrannidem suam exercuerit. Agemus hìc de *Phlogosi* ejus.

§. 2. *Philipp. Frideric.* Jäger/ Uracensis, in Ducali Eberhardina, qvæ Tubingæ est, pro gradu de *Phlogosibus* vagis cum scorbuto erudìtè disputavit, qui ait: z) *linimentum* ex aqvilegia, menth. cr. salvia, *N. M.* alumin. usto & melle rosato vasorum oscula, ut allabentes humores non tàm promtè imbibant, ac retineant, firmare, allapsos tales imminuere, discutere, corrigere, laxam carnem siccare, roborare, & à putredine vindicare.

linim.

§. 3. Vir quidam religiosus haud semel observârat, ex esu raphani rustici, qvô impensè delectabatur, *purpureas* & *igneas* qs. *vesiculas*, passim in corpore efflorescentes, quarum æstum & pruriginem summè dolorificum, sumto lacte caprino, in qvo acetosa ebullierat, bellè demulsit. Scorbuti stipendiarium fuisse, vix negaveris. In his enim hujusmodi vesiculæ freqventes, notante D. *Hagendornio*, Elect. Saxon. Archiatro, Amico, dum viveret, colentissimo. a)

obs.

CAP. VIII.

DE USU N.M.IN COLICA SCORBUTICA.

§. I.

CAnicula (ut apologus habet apud Epitoma-

z] §. 13. p.15. a) C.III.hist. Med. Phys. 59.

tomatorem Trogi, b) partu gravida locum à
paſtoribus aliqvando precaró petiit, in quo
pareret; quô obtento, iteratò petiit, ut ſibi edu-
care eodem in loco catulos liceret; ad poſtre-
mum adultis illis fultam domeſtico præſidio
proprietatem loci ſibi vindicavit. Non aliter
Scorbutus, advena olim & peregrinus, nemini
ideò moleſtus, mox inquilinus, nunc verò
germanus noſter, imò flagellum Provinciæ
factus, virus ſuum longè lateque evomit, nul-
li ſexui, nulli ætati, nulli ordini parcens. Hic
Vertumnus tàm callidè ſcenæ ſervit, ut inte-
gras aliquando ædes populetur, nec tamen
Medentes aut langventes præſentiam ejus
ſuſpicentur. Næ, nullus ferè naſcitur mor-
bus, cui fermentum ſuum non aſpergat vo-
lubilis iſte *Proteus*. Hinc niſi præſidia anti-
ſcorbutica ſimul innectas, vix quenquam fe-
liciter expugnabis. Ideo *Joann. Freitag.* c)
ex mille Medicis ne *ternos* quidem inveniri
putat ſcorbuti ſat gnaros, utut ſe fingant Æ-
ſculapios. Ergo, cenſura ejus, tantæ ægro-
torum ſtrages, tanta mortalitas, tanta Archia-
trorum, ne dum gregariorum, errata. Deli-
babimus ſaltem *colicam ſcorbuticam*.

§. 2. De qva, ex fortiori imaginatione ſu-
borta, lepidam nuper mihi tranſcripſit hi-
ſtoriam D. *Mühlenberger*, Amicus Veneran- *obſ.*
dus. Tria exempla hominum, vitio imagi-
P p 2 natio-

b) L. XLIII. c. 4. c) C. I. obſ. 99.

nationis mortuorum, habet *Henr. ab Heer*, d) de studioso idem refert *Th. Campanella*, e) de puerpera *Scholzius*, f) & de alia *Kerckring*. g) Notavimus Roterodami in *Gothardo Russeo*, Erudito Juvene, prodromum hujus *colicæ* salivam dulcescentem, tanqvam certissimum signum. Adde cap. II. hujus membri §. 10.

alia, §. 4. *Colicæ scorbuticæ hæmorrhoidalis* observationem debeo D. *Rosenwald*, Amico conjunctissimo, quæ vero ejusdem tenoris ac *Hofmanniana*. h] Nimirum observavit Hi[...] talem in Viro, qui singulis ferè mensibus pa[...]tiebatur fluxum hæmorrhoidalem: quotie[...]scunqve autem ille vel ex diætæ, aliove quo[...]dam vitio subsistebat, immani torqvebatu[...] dolore colico, qvem spirituosa & calida quæ[...]vis exasperabant, levamen autem sentiebat e[...] venæ sectione, & pulveribus præcipitantibu[...] cum castoreo mixtis. Nullum dubium est, sanguinem qvi ad ani extrema magno cũ impet[...]ruebat, ibi & in mescenterio stagnantem co[...]pioseqve collectum, pathemata ejusmod[...] spasmodica excitâsse. *Colicam* identiden[...] venæ sectione sublatam vid. in *Riverio*. i)

CAP[...]

b] L. XLIII. c. 4. c) C. I. obs. 99. d) ob[...] 6. e) L. VI. Medic. c. 1. artic. 2. f) Dec. I[...] Eph. Curios. ann. II. obs. 137. g) Spicileg[...] anatom. 41. h) ad Poter. C. III. c. 26. p. 31[...] i) C. I. obs. 44.

CAP. IX.

DE USU N. M. IN PSORA SCORBUTICA.

§. I.

ALia eſt *psora* univerſum corpus defœdans, alia *lepra Arabum*, ſeu *elephantiaſis*. Sœpius peccatur in hoc, qvòd confunantur hi affectus. Indicant *elephantiaſin* uſtulæ, ulcera cutanea, oculorum panniculi; poſtea hæc invaleſcunt, naſus collabitur, auci fiunt, atqve horrendum aſpectum præent. *Græcorum* autem *lepra* ſcabies ſicca maligna eſt, univerſum corpus turpiter defœdans, ſqvamisqve nunc tenuioribus, nunc craſſioribus obducens. k] Hìc de *pſora*.

§. 2. Produximus hujus exemplum in Salvia noſtra, l) ubi *vinum* digerens ac incidens exſtat, *nuce moſchatá* clarum. Opulentus coriarius Bremenſis hoc mulo enormiter afflictus, laudabat mihi, præmisſis univerſalibus, ſeq. ungventum: *Vinum*, *nngvent*.

Rec. Mercur. viv. unc. j. mortif. axung. porcin. unc. IV. add. myrrh. el. ſacch. Saturn. fl. ſulfur. an. dr. ij. ol. laur. & tartar. an. q. s. *ol. deſt. N. M.* dr. ſem. M. bene.

Nobilis puella vix biennis ab impura nutrice ſeu

k) Hofman. ad l. a. p. 188. l) S. *II*, P. *III*. M. 4. c. 10. p. 292.

seu meretrice (hodie enim sunt synonyma) scabiem hanc sibi contraxerat, quam verò Medicus, ceteris haud neglectis, hoc ungvento *Lentiliano*, parum immutato, abegit. m)

Rec. Mercur. dulc. fl. sulfur. an. dr. ij. ungvent. pomat. unc. iij. ol. cochlear. & lign. rhod. an. q. s. admisce guttul. aliqvot *ol. dest. N. M.* M.

Alius hôc usus erat:

Rec. Sulfur. citrin. pulv. cort. laur. an. unc. ij. mercur. sublim. in aq. plantag. solut. gr. xvij. helen. unc. j. vitriol. albiss. dr. vj. styr. liqvid. q. s. immisce scrup. j. *ol. dest.* N. M. seu fl. jasmin.

Convenit cum ungvento *Timæano*, qvod pro *certissimo & infallibili* in scabie humida habebat. n]

obs. §. 3. Primarii Mercatoris Hamburgensis filius, tunc adhuc scholaris, abs humore adusto, salso, mordaci ac veneno scorbutico (liceat mihi sic loqvi) valde inqvinato, molestissimam diu habuerat scabiem pruriginosam, *psoræ nostræ* simillimam, qui optimis quibusqve remediis hactenus usurpatis, tandem à Medico suo hoc obtinebat ungventum, cui Mater plurimum tribuebat:

Rec. Sulfur. citr. c. ol. tartar. super lapid. probè trit. unc. sem. nitri dr. j. litharg. auri unc. sem. mercur. dulc. dr. iij. N. M. *pulv.*

m] P. III. Miscellan. Med. p. 63. n) L. VI. cas. 16. p. m. 277.

pulv. dr. j. ungvent. alb. camphor.unc. ij. & sem., admisce gutt.aliqvot.ol.lign. rhod.f. ungvent. Paulò post verò adolescens in summam anorexiam c. insigni alvi fluxu labebatur, qvod barbitonsores ocius mercurio adscribebant.

Narrat qvidem *J. Ludov. Neuenhan*, o) abs nconsulta inunctione mercuriali & dentium acillationem cum sputatione, & insignem liarrhæam cum magno virium lapsu subsecutam fuisse, At de hoc ungvento parcius k modestius loqui debuerant barbifices. Nunqvam enim judicium facere imperitos Viros ermittes. p) Paupercula, præmissis crerioribus purgantibus & sudoriferis, non sie fructu utebatur decoct.seri lact. caprin. c. umar. rad. cich. & helen, q)

CAP. X.

DE USU N. M. IN SPASMO SCORBUTICO & SCIRRHO LIENIS.

§. 1.

DUodecim labores inter Herculeos, erat *hydra* multiceps, quæ recisa subinde renascebantur, quam ipse verò in Leena palude ferrò & face oppressit.

- - - *nec profuit* hydræ
Crescere per damnum geminasq; resumere vires. r)

 Mul-

o) disp. de scabie c. 12. p] ex Phocylid. q) Add. Crato L. VII. consil. 52. r) Ovid. L. IX. Met. f. 3.

Multiceps monstrum scorbutus est: Uno reciso capite, decem alia renascuntur. Si tamen animosè oppresseris, æternam merebere gloriam.

potio, §. 2. In tumore pedum & duritie cum metu scirrhi in latere dextro Capitaneo cuidam hanc potionem ordinavit *Höfer:* s)

℞. Rhabarb. el. tamarind. an. dr. j. & sem. sem. fœnic. R. polypod. an. scr. iv. tartar. præp. dr. j. *macis* scr. j. cort. R. elleb. n. scr. sem. coq. parùm cum aq. taraxac. q. s. & stent infus. per noct., Mane repetatur coctio, in colat. expr. dissolv. mann. calabr. el. dr. x. cryst. tart. scr. ij. f. Potio.

Nobili Viro *Grüling.* t) dedit vinum *mace* coruscans.

vinum §. 3. Quidam primò variis usus erat purgantibus, ut electuario diaturbit, *Tusignani* dicto, quod sîs vide apud *Vidium*, u) extracto rhabarb. *Grülingii*, vv) etiam extracto & morsulis *Mylianis*, x) nec non pulv. panchymagogo *Quercetani*, y) nihil autem magis profuit, quàm *confectio splenetica* à prudente Medico sibi data, quam *Zwelferus* habet, z] & aqua *N. M.*

§. 4.

s) medicat. famil. p. 688. t) C. II. obs. 37. u) L. VII de Medic. int. comp. c. 12. vv) P. II. de univers. evacuant. gener. tit. 10. x) Pharmacop. spagyr. med. L. I. c. 3. Ph. dogmat. rest. c. 15. z] append. ad Ph. Reg. p. 166.

§. 4. *Joannes Michael Tröler*, meus olim ultrajecti commilito, sincerus juvenis, conquerebatur sœpiùs de *scirrhô lienis* cum *spasmo scorbutico* connexo. Usurpârat præstantissima remedia cum exiguo successu. Tandem à vetula obtinet potionem, ad cujus præparationem ipsa etiam *nuces moschatas* proposcerat; quâ epotâ, *spasmus* evanuit, & *scirrhus lienis* mitior ei videbatur. Qui verò an totus sublatus fuerit, rescire haud potui. *obs.*

§. 5. Femina haud infimæ sortis *Thoruny* à *spasmo scorbutico*, per intervalla miserè torta, familiarem sibi fecerat mixturam externam ex spiritu cochlear. lumbric. terrestr. & essent. castor., adjectis aliquot guttulis *ol. stillat. N.M.* Singulis verò mensibus, Lunâ decrescente, sumebat purgans aliquod. Sicque gratum levamen percipiebat. *alia*,

§. 6. Laborabat nobilis puer novem annorum incipiente *scirrho*: Utebatur Medicus *spiritu topico Geilfusij* externè, superimposito *emplastro diasulfuris Rulandi* dextrè præparato, reliquis medicamentis sœpius addendo *ol. dest. N. M.* Et de bono effectu bona quæque narrârunt alij. *alia*,

§. 7. *Cortnummio* nostro in usu erat *linimentum Joëlianum*, addito semper *ol. destill. N.M.*, quod specialiter magni faciebat; *linim.*

Rec. Ol. de cappar. unc. sem., ex fraxin. per descensum destillat. dr. ij. medull. crur. vitul, dr. iij. mucilag. ex sem. lini &

rad. alth. in acet. resolut. dr. j. & sem. M. & add. scr. sem. *ol. dest. N. M.*

MEMBRUM QVINTUM.

DE *AFFECTIBUS RENUM & VESICÆ.*

CAP. I.

DE USU N. M. IN CALCULO RENUM ac VESICÆ.

§. I.

RENes adductum per emulgentes arterias secum à sangvine arterioso separando, & cum sylvestribus salibus ad uretères ablegando, depuratum verò sangvinem per venas emulgéntes ad cavam, & inde ad cor denuò amandando, salutem Reip. humanæ publicam promovent, & publicum consensûs sui testimonium perhibent. Idem verò ab hoc officio discendentes, serumque per emulgentes venas, cavam, & cor plus justò remittentes, totum per consensum colluvie serosâ inquinant, ita, ut non tantùm, reseratis vasorum fontîculis, diluvium in microcosmo de facili, sed & alia ingruere queant mala, quæ videantur apud *Sennertum.* a) Pro seri autem qualitate damno corpora majori seu mino-

a) L. III. Prax. P. VII. S, 2.

minori afficiuntur, quod exempla testantur eorum, qui, cum urinæ ardore & difficultate fuissent correpti, immunes à spirandi difficultate vixerunt; hâc contrà urgente à stranguria liberi evaserunt; conversis scilicet à pulmonibus ad renes & vesicam, & contrà ab his pulmones humoribus crudis, quod renum & pulmonum consensum simul indicat. b) Contrarium autem si contingit, & nihil remittitur, id quod in diabete, seu diarrhœa nephritica fit, in qua non modò pótus qualis assumtus, sed & serosæ materiæ celer est transitus, totum itidem propter denegatam materiæ necessariæ, quia ὄχημα τῆς τροφῆς, subministrationem per consensum afficitur, ejusque dissolutio sequitur. c) Accidentali ratione renes pariter & plures partes amicè inter se congruunt, quod tamen in statu sanitatis præter eum, quem cum vesica ureterum ratione habent, obscurius itidem est, in præternaturali evidentius. Nos, missis ambagibus, experiemur, quid juvaminis, seu levaminis, N. M. in calculo & renum & vesicæ afferat.

§. 2. Augustani valde commendant *aquam* nephriticam D. *Brengeri*, d) ad nauseam movet insulsa compositio *Zwelfero*. Citat *Aqua*

b) Vid. Highmor. L. II. Anat. P. 2. c. 9. & Carol. Piso de morbis à colluvie serosa artis. c] V. Tulp. L. II. obs. 46. Forest. L. XXIV. obs. 4. d) P. A. Cl. XV. p. 530.

tat eandem L. *Jüngken*, e) & vires ejus eximias insigniter prædicat. *Mynsicht.* f) suam ad miraculum extollit, cujus dosis tùm præservationis, tùm curationis gratiâ cochl. ij. seu iij. quas, si lubet vide. *Charas* hanc in sua *Pharmacop. Reg.* tradit correctam:

Rec. Mell. Narbonens. unc. ij. thereb. venet. lign. nephrit. R. ononid. an. unc. j. & sem. agaloch., galang., caryoph., cinam. *macis*, cubeb. mastich. an. unc. sem. Pulverisat. macerent. per triduum in spirit. vin. libr. iv. destillando postea igne mediocri. Dos. à dr. j. ad unc. sem. vel per se, vel cum liquore idoneo.

Wepferiana hæc est: g)

Rec. H. heder. terrestr. M. j. & sem. nasturt. aqvat. M. j. agrimon. M. sem. melilot. c. flor.. saxifr. c. toto, summit. fœnic. an. P. ij. petrosel. pimpinell. gram. rub. tinct. an. unc. sem. ononid. dr. sem. bacc. alkekeng. num. v junip., laur. gland. qverc. rec. sine cortic. num. vij. an. dr. j. & sem. sem. genist. dr. iij petrosel. scr. iv. cinam. *macis* an. dr. sem. Incis. & cont. aff. Vini generos. mens. j. aq. fragor, petros. malv. an. libr. sem. Stent per octiduum vase clauso, postea destill. aq. dest. add. sacch. unc. vj Dos. cochl. ij. ad iij.

§. 3.

e] in lexic. pharmacevt. p. 37. f) S. *XIX.* p. 322. g) V. König. in sel. rem. Lud.

§. 3. Elegans *decoctum* nephriticum *Zwelferi*: h) *decoct.*

Rec. Rad. liqvirit. rec. unc. j. & sem. petrosel. apii an. unc. j. H. rut. murar. M. ij. f. alth. M. I. gran. junip. dr. vj. alkekeng. unc. j. sem. dauci unc. j. urtic. unc. sem. cicer. rub. unc. iij. ocul. cancr. dr. ij. crem. tart. unc. j. *macis* dr. iij. Incis. & cont. crassiusculè coq. bene in alembic. (ut exstillans humiditas restitui possit,) cum libr. x. seu xij. aq. font., seu, qvod melius, vin. alb. Deinde colet. decoct. & clarific., cum qvo f. emuls. ex sem. 4. fr. maj. an. unc. j. cui add. sacch. alb. unc. iv. succi citr. recent. unc. viij. M.

Etiam sine semin. 4. frig. pro potu ordinario inservire potest hoc decoctum.

§. 4. Höfer i] mulieri cuidam Dalmatæ xxvij. annor. de dolore dorsi & sinistri lateris, ex renum lienisqve mala diathesi, conqverenti, dedit nodulum *mace* auctum. Vel: *vinum,*

Rec. Milleped. rec. lot. num. XL. N. M. scr. sem. simul contus. aff. aq. saxifrag. unc. iij. f. express. & colat. D. pro una vice. k] *potio,*

Vel: Rec. Milleped. præp. dr. iij. *N. M* unc. j. contus. aff. spirit. terebinth. tinct. sal. tartar. an. unc. vj. destill. leni calore balnei, & habebis Spiritum, & sal. tar-

h) Ph. Reg. Cl. *VIII.* p. m. 850. i) l. a. p. 475. k) Dolæus l. a. p. 686.

tartar. deliqvium, unumquodqve vi diureticâ insigni præditum.

Laudandus quoqve *liquor* lithontripticus *Zwelferi*, l) ejusdemqve *Essentia*, m) qvæ sanè præstantissima.

Spiritus, §. 5. Vel. Rec. Baccar. heder., junip. laur. recent. an. libr. sem., sem. dauci Sylv. unc. iij. *N. M.* unc. ij. contus. omnib. aff. in retort. vitr. Terebinth. venet. opt. libr. j. sp. vini rectific. libr. iij. destilla in furno calore moderato ad siccitatem, cavendo empyrevma, ac habebis spiritum oleumque flavum. Dos. spiritus dr. j. olei scr. sem. in vehiculo idoneo. Magnati in retorta restanti aff. tinct. sal. tartar. libr. j. digerat. in furno aren. per plures dies, ut tinct. rubicunda extrahatur, cujus dosis scrup. j. ad drachm. j. in vehicul. appropriato. n)

Spiritus nephriticus *Waldschmiedianus* talis: o)

Rec. Rad. saxifrag. ononid. an. unc. sem. sangv. hirci unc. iij. *N. M.* cinam. an. unc. sem. caryoph. dr. j. croci dr. j. & sem. tereb. unc. viij. sp. vin. malv. libr. ij. & sem. stent per dies xiv. F. s. a. spiritus.

Adde

l) append. ad Pharm. Reg. p. 173. m) Ph. Reg. Cl. XV. p. 897. n) Dolæus l. c. p. 687. o) V. opp. ej. p. 193.

Adde *spiritum* vini *nephriticum* *Mynsichti.* p) & alium apud *Birlingium.* q)

Laudabile etiam *elixir.* ejus *antinephriticum*, r) Waldschmidii scilicet. *elix.*

Rec. Sal.tartari unc.j.solv.in aq.petroselin. unc. xvi. digerant. c. cortic. aurant. & citr.an.unc. sem.per tres dies , filtr. per chart. , add. ol. cortic. aurant. *macis* an. gutt. viij. Digerant. iterum per aliquot dies. Dat. subinde horis vespertin., seu matutinis cochleare dimidium c.tantill.vin.mosellan.dilutum.

§. 6. *Pulvis* contra calculum *Bruelis* talis: s] *pulv.*

Rec. Sangv. hirci præp. dr. j. gumm. tragacanth.dr.sem.milii Solis,cortic.ovor. è quib.pulli prodierunt an.scr. j. *N. M.* dr.j.f.pulv.sumat. 4vicib. c. potione ibi præscripta.

Vel; Rec. Sal.tartar.seu absinth. dr. ij corall. ad albedin.calcin.dr.j.& sem. *N. M.* dr. sem.M.Dos.à dr.sem.ad scr.ij. t]

Species Imperiales vid. apud *Craton.* u] Lithontrib. Nicol.in *Pharm.August.* vv) Pulvis *Zwelferianus* hic;

Rec. Ocul. cancr.præp. succin.alb. præp. cremor.tart. an.unc. sem. lap. nephrit. præp.

p) S.*XVIII.*p.m.282. q) l.a.p.46. r) l.a.p. 193. s) in Prax.p.384. t) Dolæus l. a. p. 687. u) L.V. cons.19. p. 101. vv) Cl.*XI.* p. 329.

præp.dr.iij.milleped.præp.dr. j. & ſem. N.M. dr. ij. f. pulv. Doſ. à ſcr. j. ad dr. ſem.aut.ſcr.ij.

Brandenburg: talis:

Rec. Sem. ſaxifrag. alb. unc. ſem. aneth. anis.card. min.excort.carv.fœnicul.milii Sol.petroſel. raph.*macis* an.unc.ſem. acinor. cynosbat. alkekeng. lap. percar.præp., porcor. è ventric., mandib. lucii præp.lap.cancr. præp. an. dr. ij. f. pulv.

Spec. dianitri vocat *Mynſicht.* x) *experimentum valde illuſtre*, quarum doſis à ſcr. j. ad drachm.ſem.mane in vehicul.ſpecifico.

elect: §. 7. In calculo veſicæ pro confortatione, evacuato corpore, *Rolfinc* ſeq. dat electuar:y)

Rec. Conſerv. fl. roſ. rub.citr. aurant. an. unc. j. *condit. N. M.* pyror. moſcatell. num. X. Sp. diamoſch. d., lætif. Rhaz. an.dr. j.ſir. acetoſ.ſimpl.q.s. f. elect.

Bruelianum hoc: z]

Rec. Spec. elect: dulc. ſcr.ij. pulv. Reginæ, lithontrib.an.ſcrup. j.Sp. diatr. ſantal. ſine camphor. pulv. elect. de bacc. laur.an.ſcrup.ſem.,ſem. ſaxifrag. N. M. an. gr. v. croc. gr. iij. cinam. dr. ſem. ſacch. albiſſ.diſſ. in aq. card. ben. f. elect. Doſ. dr.j. & ſem.

pilul. §. 8. *Pilulæ Waldſchmidianæ* in calculo renum hæ ſunt. a) Rec.

x) S. V.p.112. y) L. *IX.* cons. 3. p. 838. z) l. à, p. 385. a) l.c.p.190.

Rec. Terebinth. lucid. dr. sem. croc. opt. scr sem. bals. indic. gr. xv. *ol. N. M. expr.* gr. viij. camphor. gr. v. f. pilul. pond. gran. D. c. pulv. liqvirit.

In calculo cum febre maximè prosunt *pilulæ*, quas Colonellus iste apud *Höferum* b) Muscat-Pillen κατ' ἐξοχὴν vocabat, & sunt tales:

Rec. *Macis* scrup. j. sem. melon. & agni casti excort. papav. alb. an. scr. sem. spermat. cet. gr. XI. *ol.* N. M. *expr.* scr. j. CC. sine igne præp., cret. Colon. Magist. lap. cancr. an. gr. xxv. c. tereb. in aq. malv. parum lot. f. s. a. pilul.

§. 9. Apud *Cratonem* c) morsulos reperies, quorum unus continet dr. ij. *Balsamum* nephriticum *le Mort*, tale: *morsul. balf.*

Rec. Ol. amygd. dr. expr. unc. iv. pap. alb. rec. lini rec. an. unc. ij. *nucist. expr.* unc. sem. petræ dr. v. bals. copaib. dr. vj. Peruv. dr. ij. ol. junip. scr. IV. anis. dr. j. vitr. unc. j. camph. scrup. ij. F. B.

10. Vidi in juvencula XXI. annorum cum sabulo & lapillis simul particulas *fragorum* expulsas. *Antonius Kleebach*, Mathem. Studios, febri maligna ex contagio decumbens, poposcit à matre carnem vitulinam cum foliis *majoranæ* coctam: Qvo de portiunculam sumsit, totum ferè jusculum cum appetitu absor- *obs.*

b) L. II. p. 152. c) L. VI. cons. 89. p. m. 600.

abſorbens. Altero die in aurora cum urina ſimul *majoranam* rejecit, qvod pro infauſto ſigno habuit Medicus, nec ineptè, ſi conſulas obſervationes *Verbelij* & *Molthari* apud *J. D. Horſtium.* d)

alia, §. 11. Eccleſiaſtes ex omnibus morbi ſui ſignis, exqviſito lumborum dolore, ſtupore cruris, teſticuli retractione, crebriori vomitu & nauſea, peritum Medicum tàm ſecurum reddiderat, ut, ſub jactura famæ ſuæ, ſponderet, calculos, qvi cruciarent, renum certò & feliciter ſe expulſurum. Tentantur igitur omnia, cuncta ſine ſucceſſu. Tandem multi cum urina per biduum rejecti ſunt vermes oblongi, omni ceſſante qverela, qvod ex ore Viri Religioſi mihi tranſcripſit Doctisſimus *Fellmannus.* Rarum ſanè exemplum, uti *Blaſianum.* e)

alia, §. 12. Audax ſanè Lethæi iſtius Amſtelodamenſis facinus, in præcidendo ſibi ipſi calculo apud *Tulpium.* f] Siſtemus ei ſocium, ſed in aliena cute audaciorem, *Henning. Kleinſchmied*, Barbitonſor, vocatus aliqvando ad Judæum, calculis veſicæ miſerrimè excruciatum, ſiqvidem domeſticis remediis in penem usqve protuſi tenacisſimè adhærebant, cum exigua ſpe ſalutis, eo ſaltem in loco. Vocatus ille, toto pene ad ſcrotum usque novacu-

d) in Manud. ad Medicin. P. I. c. 2. p. 122. e) P. V. obſ. med. 11. Add. Vol. V. Act. Hafniens. obſ. 105. f) L. IV. obſ. 30.

vaculâ aperto, omnes exemit lapillos, quos vidi, manibus suis, vulnusqve ex voto conglutinavit, diu adhuc superstite Ebræo.

§. 13. Matrona quædam Norvvagica (notante D. *Cortnummio*] 57. annorum, jam ab integro novennio ferè diu noctuqve molestissimâ tussi constanter excruciata & emaciata fuerat. Tandem, nescio quô medicamentô sumtô, cœpit minutos lapillos, unà cum tenaci pituita rejicere, quos demum alio die majusculi seqvebantur. Deniqve notabilis aliquis, friabilis, cinericeus, at rubris punctulis eleganter distinctus, quem vidi & contrectavi. Forma erat *pyriformis*. Matrona ab illo tempore sensim in meliorem sanitatis statum promota, citra molestiam adhuc quinque supervixit annos. Adde, si placet, *Borellum*, g) &, qui instar omnium tibi erunt D. *Sachs.* h) & D. *Schröck.*, i) ubi puscula & selecta hujus rei habebis exempla. De lapide renali *caniformi* vid. *Bened. Sylvatic.* k) *alia*;

§. 14. Vir Reverendus calculo renum atque visicæ laborans, ingentem inprimis dolorem *alia*;

g] C. I. obs. 67. h) in respons. dissert. de miranda lapid. natur ad D. Major. p. 99. in schol. ad obs. Helvvig. 65. & Dec. I. Eph. ann. VII. obs. 132. c. schol. ac. Dec. II. ann. VII. p. 263. k) in libell. de lapid. concret. in homine c. 3. Conf. Bartholin. C. I. obs. 72. Dec. I. Eph. Curios. ann. III. obs. 19. & 191. & Dec. II. ann. VI. obs. 75.

lorem circa pubem aliqvandiu passus est, ita ut tandem alvi excrementa non amplius per anum, sed per *penem* tantum summo cum dolore excernere inceperit, quod sex circiter menses duravit: interea jusculis atqve pulticulis variis tantum se sustentabat; quod si autem fortè in pulte pomorum partem interioris dissepimenti, ex incuria ibi derelictam, deglutiisset, acutissimum postmodum dolorem inter ejus excretionem sentiit. l)

alia, §. 15. Advehuntur in Belgium lapides ad ædificia exstruenda ex Comitatu *Bentheimensi*, in quorum multis reperiuntur rotundo-oblonga frusta, mollia, quæ Batavi vocant **Die Leber vom Stein**/suntqve qs. succus quidam concretus, talesque lapides ad ædificiorum structuram inepti sunt. Frusta hæc diuturnitate temporis duritiem acquirunt, injecta verò in vinum, aliumve liquorem, dissolvuntur statim, & liqvorem albedine aliqvâ tingunt, in fundo crassamento subsistente. Utuntur liqvore isto ad *lapides renum* deturbandos plebeji homines, & dicunt, eum pollere vi lapillos in renibus & vesica frangendi, comminuendi & expellendi. m) Varia hujus rei exempla notavi olim in Belgio.

alia, §. 16. Quantus *veronicæ muscique terrestris clavati* usus sit in calculo, D. *Elsner*, n) & D. *We-*

l) Dec. II. ann. IV obs. 75. c. schol. m) Dec. I. Eph. Curios. ann. II, obs. 63. n) Dec. I. ann. I, obs. 107.

Wedel o) memorabilius historiis prolixius confirmavit. Ita non rarò medicamenta simplicia & viliora subinde assumta effectum relinqvunt planè anmirandum. Adde sîs, elegantem libellum de *Veronica D. Joannis Franci*, Medici Ulmensis experientissimi. p)

CAP. II.

DE USU N. M. IN ISCHURIA, DYSURIA ET STRANGURIA.

§. 1.

UTi mictio in ἰσχυρία planè tollitur, sic in δυσυρία imminuitur, in στραγγυρία autem depravatur. In illa *nulla* omninò urina emittitur, in ista *parcius*, quàm par erat, effluit, in hac *guttatim* stillat: στραγγυρία enim à στραγγὸς à gutta est. De singulis κατὰ τάξιν, visuri, quid emolumenti præstet in molestissimis hisce affectibus *nux moschata*.

§. 2. In *Stranguria Grüling*. q) rustico ordinabat hoc *vinum*: *vinum*,

Rec. Agaric. dr. ij. fol. senæ s. st. unc. j. rhab. el. dr. j. R. mechoacan. dr. j. & sem. H. cap. vener. sem. anis. fœnic. an' dr. j. & sem. cinam. el. *N. M.* galang. an. scrup. ij. santal. citr. dr. sem. sacch. alb. unc. j. D. incis. & contus.

 Sebiz.

o) diss. de musco terrestri clavato c. 2. p. 26.
p) S. II. P. III. Membr. 4. c. 1. q) C. III. obs. 93.

Sebiz. r] dat decoctum abrotani cum momento N. M. mane ac vesperi.

elix. §. 3. *Elixir Waldschmidianum* cap. praecedente §. 5. dictum suam hîc praestat opem. Naturae & plebecula Belgica si pridie Baccho litârunt, pulverem N. M. cum Spiritu vini mixtum assumunt, eumqve pro infallibili remedio habent, ut *Jüngkenius* s] *ol. N. M.*

pulv. c. Spiritu Vini. *Pulvis* in dysuria *Ettmülleri* hic est:

Rec. Lap. perc. oss. sep. cancr. calc. *N. M.* an. unc. sem. extr. opii scrup. j. pulv.

morsul. §. 4. Lentilius in dysuria dat morsulos: t)

Rec. Amygd. dr. rec. excort. unc. sem. pin. rec. dr. ij. sem. melon. & cucurb. an. dr. j. & sem., *nuc. Indic. condit.* dr. iij. carn. citr. condit. & aurant. an. condit. dr. ij. & sem. cinam. gr. m. incis. unc. j. mac. scr. j. Sp. diatr. fr. diarrh. Abb. conf. alcherm. complet. an. dr. j. sacch. alb. aq. malv. & ros. sol. q. s. f. morsuli, mane, vespere & noctu sumendi.

empl. Stomacho applicabat hoc *emplastrum*:

Rec. Empl. diaphoenic. mastich. de cruss. pan. an. dr. ij. bals. peruv. dr. sem. *ol. stillat macis* g. v. ol. caryoph. mastich. an. g. iij. M.

Bir-

r) Specul. Med. Pr. T. I. P. IV. S. VII. c. II. p. 1394. s) in Medic. praes. secul. accommod. t) l. c. p. 46.

Birling. u) profert oleum Fratrum D. Justin. Patav. in *ischuria* sublevanda utile. ol.

§. 5. *Benedictus Constantinus* Bergschmied, Svevus, Artis Medicæ Candidatus dignissimus, inter varios sale doctrinâqve conditos sermones, quos ultrò citroqve mecum cædebat Lugduni Batavorum, de seipso ingenuè mihi retulit, sibi & familiæ suæ paternæ commune & qs. hereditarium esse, ut vix intra quinque, imò plures aliquando dies urinam emittant, citra molestiam, & omne, quod mireris, sanitatis dispendium, seque nullum planè scire Gentis suæ, qui vel *calculo*, seu *colicâ*, aut *stranguria* laborâsset unquam. Vegetus ille erat, sanus, robustus, & vividi ingenii homo, rariqve candoris, Amicus olim optatissimus. In prandio & cœna non adeò parcè bibebat, aliàs verò nunqvam. Fata demum traxêre eum ad extremos Indos. Quiescit in urbe *Goa*. obs.

§. 6. Nobilis de lepore assato bono cum appetitu comederat, simulqve cum carne *pusillos globulos plumbeos*, quos Schrott vocant, deglutierat, alterô die incidit in ischuriam. Tentantur varia, cuncta sine successu. Tandem sumtâ cerevisiâ, in qva per noctem pulvis N. M. jacuerat, & illitâ regione pubis oleo junib., summo cum dolore excernit urinam, simulqve globulum, quô rejectô, rectè manavit latex iste. Add. *Bartholin.* vv] & *Zediac. Med. Gallic.* x) alia,

u) l. a. p. 50. w) C. I. hist. 59. & Dec. I. Eph. curios. obs. 3. x) ann. I. M. febr. obs. 4. p. 47.

alia, §. 7. De alvi dejectione in coitu ordinaria vid. *M. Donat.* y) Rara etiam historia, quamde *vomitu venereo* Matronæ cujusdam in Moravia; notavit CL. *Hertodius*, z) cui similem ferè sociabimus. Vir quidem eruditus, [cujus ore loquor) quoties ex debito conjugali castam exercebat Venerem, toties paulò post, & nunquam aliàs, copiosam materiam phlegmatico - bileosam ἄνω rejecit, subsequente eâdemdie dysuria aliquâ, non tamen adeò molesta. Multa in auxilium vocata remedia, nullum tamen adhuc inventum, quod rariorem istum affectum sustulisset. Sanus alioquin Vir optimus, vegetus, & ad omnia munia sua dexterrimè promtus.

alia, §. 8. De urina à *verberibus* insigniter provocata, alibi egimus. Juvenis ex cerevisiæ ingurgitatione in omnimodam alvi urinæque suppressionem lapsus, præmisso clysmate, hoc haustulo curatus fuit: a)

Rec. *Ol. N. M. dest.* cort. aurant. dest. an. gutt. vj. caryoph. dest. g. ij. sacch. alb. unc. sem. vin. alb. unc. iij. M. pro 2. dosib.

alia, §. 9. Pro potu ordinario commendat *Jüngken.* b) decoctum junip. bacc. alkekeng. cum tantillo *macis* factum, quod optimè nuper profuit rustico *Kruthusano*. Idem millefo-

y) L. IV. c. 18. p. 400. z) Dec. I. Eph. ann. I. obs. 4. a) Riedlin. C. III. obs. 24. b) in Vade mecum p. 191.

lefolium veronicam & chamomillam in oleo lini frix. calidè pectini summo c. emolumento applicuit. c) De occulta verminatione diuturnæ dysuriæ causa vid. D. *Albrecht*. d) De folio, seu operculo cochleæ in urinæ suppressione D. *Triumphium* : e) de ischuria ab inopinato terrore curata D. *Gerbezium*. f)

§. 10. Puellus ferè biennis à plebeja matre, rure domum reversa, unà c. offa lactis, fores ante ædium exponitur, ut ederet, & interea moram faceret matri, quò cœnam commodè pararet pro paupercula familia sua. Edit pusio inter crepundia ludens. Accurrit alius natu paulò major, ex eadem patella lac hausturus. Quem cùm ille ferre nollet, hic pusillus nequam cariem lignorum, quam antea collectam chartæque inclusam scævâ tenebat, lacti inspersit omnem, sicque se subduxit. Minimus pusio, de omni malo securus, cum lacticinio simul pulverem istum absorbuit. Ast ecce! paucis elapsis septimanis, subitò totum abdomen cum capite, pedibus, & scroto, adeò intumuit, ut jamjam rapturam metuerent Parentes, ischuria perpetuâ comite. Omnibus incassùm adhibitis, lætum tandem lethum omnem sustulit fletum. Certè lignum *cariosum* aro- *alia*.

c) conf. Franci theezant. Veronic. p. 124. d) Dec. III. Eph. ann. II. obs. 203. e) Dec. I. ann. IX. & X. obs. 79. f] Dec. II. ann. IX. obs. 61.

mato oculo qui inspexerit cum *Kirchero*, g) innumeram vermiculorum turbam in eo deprehendet, quorum alii *cornuti* sunt, alii *alati*, alii *acutiori proboscide* instructi. Dic mihi, sodes, annon omnes istas lachrymas Tu mecum abs iis derivaveris? De totius corporis intumescentia ex urinæ suppresſione vid. D. *Polisium* h] & M. *Donatum*. i)

CAP. III.

DE USU N. M. IN DIABETE.

§. 1.

LAborent, quantum velint, Practici, ait ὁ χαρίεστατος καὶ εὐγνωμονέστατος *Bartholinus*, k) in renum intemperie, viarum laxitate, attractis seu retentricis imbecillitate, nunquàm tamen se expedient, nisi breves has vias habuerint perspectas, per quas seu substantiæ mutatione aut sangvinis miscela, cito meatu transeunt assumta. Agè considerabimus hunc ὕδρωπα εἰς ἀμίδα, seu diarrhœam nephriticam, ut pro salute à N. M. stillante cantillemus: *Gloria in excelsis!*

elect: §. 2. *Thomas Sydenham.* k) electuarium habet, quo de ad magnitudinem *N. M.* dat mane, horâ quintâ pomeridianâ, & nocte per men-

g) in Scrutin. Pestis S. I. c. 7. §. 2. experim. 4. p. m. 74. h) Dec. *II.* Eph. ann. V. observ. 162. i) L. *IV.* Hist. mirab. c. 28. k) de lact. thoracic. c. 9. p. m. 27. k] V. opp. ej. p. m. 353.

mensem integrum, superbibendo cochlear. vi. infusionis ibidem prostantis.

℞. Ther. Androm. unc. j. & sem. conf. flaved. aurant. unc. j. diascord. unc. sem. zinzib. condit. & N. M. *codit.* an. dr. iij. pulv. è chelis cancr. composit. dr. j. & sem. cort. exter. granator. R. angelic. hispan., corall. r. præp. & troch. de terr. lemnia an. dr. j. bol. armen. scr. ij. gumm. arab. dr. sem. c. sirup. de ros. sicc. f. elect.

§. 3. De *diabete* ex nimio *aromatum* usu orta, brevî tamen sanata, vid. D. *Jacob. Schmied*, Medicus Qvedlinburgensis, Amicus noster. l) *Diabeten* à potu *succi betulæ* lethalem dabit D. *Wedel.* m) Dubio procul adest colliquatio humorum & partium in corpore, sive ab acescente sangvine, n) sive ab aliis causis inducta. Viam videntur propinquiores concedere ipsæ lumbares lacteæ, per quas ad renes, p. n. ipsorum attractione aucta, statim fluit materia, & quidem ob alterationem ibi nullam factam, sine substantiæ mutatione. *obs.*

§. 4. A *cydonijs* hunc affectum è *Paschalio* refert *Schenckius.* o) Ego, ait *Isräel Schmied*, Medicus Prussus, in observationibus manuscriptis, eundem notavi à crebriori *asparagorum* usu. Quô interdictô, cessabat *dia-* *alia,*

l) Dec. *II.* ann. *II.* obs. 124. m) Dec. *I.* ann. *II.* obs. 198. n] Vid. Willisii tr. de urin. p. 346. o) L. *III.* S. *II.* obs. 163.

diabetes. De *sterilitate* abs *asparagis* alibi dictum est. p)

CAP. IV.
DE USU N. M. IN URINÆ INCONTINENTIA.

§. 1.

A Colluvie serosa quales & quanti nascantur morbi, præter *Carol. Pison.*, *Schenckius*, Prof. olim Jenensis, in historia de *sero sangvinis* q) multis demonstrat exemplis. Ecce tantummodò mictionem involuntariam, quâ qui laborant, deterioris videntur fati, quàm animal istud in Ægypto reperiendum, quod *duodecies* in die urinam emittere dicitur, quo de mictu vide *Watson.* r] & Alsted. s) Hujusmodi homines sibi aliisque sunt molesti ac invisi. Benè tamen, quòd liceat sperare à *nuce nostra* salutem.

pulv. §. 2. D. *Gabriel Lühr* paucis abhinc mensibus fabro ferrario incontinentiâ hac afflicto in aqua plantaginis mane & serò optato cum successu obtulit hunc *pulv*:

Rec. Pulv. genital. ariet. dr. j. N. M. scr. sem. ol. dest. carv. g. ij. M

Hauserit experimentum à *Riverio*, qui eâdem scobe in adultis pariter & pueris sœpissimè usus

p) conf. Mœbii L. IV. *Instit.* Medic. P. 2. c. 3. p. m. 4.63. q) c. 6. r) Theatr. rer. variar. P. *II.* p. 30. s) L. *III.* Elem. Astronom. c. 8. p. 569.

us est. Idem præstat genitale *cervinum*, seu *taurinum*, imò omnia nervosa & tendinosa vim habent κολλητικὴν. t) Laudatur etiam sequens pulvis, ceu probatissimus.

Rec. Calic. glandium unc. j. galang. mastich. pellucid., stomach. gallin. N. M. an. unc. sem. H. agrimon. alchimill. oc. cancr. præp. an. dr. iij. ciner erinac combust. unc. ij. facch. alb. unc. iv. M. f. Pulvis.

Mulierculis *urinæ incontinentiâ* post partum correptis miraculosè auxiliantur *spec. diaplantagin. Mynsichti*. u)

§. 3. Ventrem haud posse solvi, nisi insimul libertas vesicæ accedat, ex CL. *Olearij* historia Persica ab Excell. *Langio* allegata vv) fusiùs videre est. At urinam sine alvi dejectione non emisisse, singulare qvid. *Justus Caspar Sichelmann*, indefessus Jurisprudentiæ Studiosus, Amicus meus in Belgio, sanctè mihi affirmabat, se nunquam ab ipsa pueritia, imò infantia, minxisse, nisi simul alvum deposuisset. Et ipsemet ego hujus rei testem me sisto. Quoties enim vesica erat levanda, toties quoque quærebat secessum. x) *obs.*

§. 4. Habebat *Cortnummius* noster Nobilissimam Matronam curæ suæ subjectam, quæ etiam à levicula tussicula irritata subitò minxit. *alia*,

t) Vid. Mictomim. Velsch. C. *III.* num. 98.
u] S. V. p. 121. vv) in Miscell. curiosis med. num. 6. x] conf. Salmuth. C. *II.* obs. 30.

xit. Curata tandem remedio alibi à me di-cto. Confer *Salmuthium.* y)

CAP. V.

DE USU N. M. IN MICTU CRUENTO.

§. I.

PEriculosus hic affectus methodicè & eruditè descriptus, multisque recentiorum observationibus illustratus à Doctissimo D. *Jacobo Wolfio*, Prof. Jenens. Publ., Amico dum viveret, sincero, in sua dissertatione inaugurali Lipsiæ sub moderamine *Ammanniano* habita, qui sanè omnes Medicorum loculos, hanc ad rem spectantes, exhausisse videtur, ad quem B.L. amando. Nos contenti vivemus sorte nostrâ, quòd etiam in eodem cruento spectaculo N.M. felici cum effectu adhibitam deprehendamus.

empl. §. 2. Rolfinccius laudat *empl.* stomach. *Mynf.* oleo N.M. auctum, z] & hoc *balsamum*, a) citatum qvoqve à *Scharfio* nostro: b)

balf. ℞. *Ol.* N.M. *expr.* dr. iij. menth. crisp. absinth. cinam. caryoph. alb. angelic. an. g. x. junip. scrup. j. M. D. S. Magen-Balsam.

obs. §. 3. Vir ferè octogenarius, bonæ constitutionis & consularis dignitatis, in decrepi-ta

y) l. a. z) L. *IX*. cons. 4. a) l. c. p. 850. b] de Juniper. c. 21. p. 291.

ta ætate *mictum* aliquoties sensit *cruentum* sine dolore & molestia. Cum verò, me autore, cibos inter frequenter *cydonia* cum *vino rubro* cocta apponi curaret, & super panem tostum N,M. incrustatum per tempus biberet, nihil amplius notavit.

§. 4. Adolescens à Chirurgo castrensi decocto veronicæ & chamomillæ Romanæ, adjecto *oleô* N.M. feliciter curabatur. Sic *D. Francus* Viro cuidam, eôdem affectu laboranti, cataplasma ex herba Veronica & aqva ferraria confectum dorso applicandum curabat, & solius hujus remedii usu eum restitutum scribit. c) De *mictionis cruentæ* abdita causa in cane vide D. *Reiselij*, Collegæ & Amici nostri, observationem. d) *alia*;

MEMBRUM SEXTUM.

DE *AFFECTIBUS PARTIUM GENITALIUM VIRILIUM.*

CAP. I.

DE USU N. M. IN IMPOTENTIA VIRILI.

§. 1.

DE impotentia conjugali elegantem tractatum edidit anno 1672. revisum Exc: *D. J.*

c) Veron. theez. p.35. d] Dec. *I*, Ephemerid. ann. *VII*. obs. 69.

D. J. Georg Simon, JCtus, Prof. poſtea Halenſis celeberrimus, ad quem LL. cupidos remittimus. Nos de *impotentia virili* medicè hîc ſabimur, ſummam potentiam *nucis* noſtræ in impotentia hac ſedulò miraturi, utinam feliciter! Optimum quidem foret conſilium abs oraculo Ægéo redditum. Hic enim cum petiiſſet, à Deo ſibi indicari rationem aliquam, quâ pater fieri poſſet, multos enim annos uxoris hortum fruſtrà conſeverat, reſponſum hoc tulit:

Ne ſolvas ex utre pedem, qui prominet, ante
Cecropiæ pingves quàm ſis delatus in hortos.

*I*ta enim putavi hos verſus utcunqve reddi poſſe:

Τὸν προὔχοντ' ἀσκοῦ, ποδεῶν ὦ φίλατε λαῶν
Μὴ λύσει πρὶν Ἀθηναίων ἀφίκεσθαι.

Utrem vocabat Deaſter *ventrem Ægéi*, ex quo promineret ποδεῶν: nihil ullo opus eſt Oedipo ad intelligendum: illo igitur verborum circuitu præcipiebat, ut ſe uxori caſtum & integellum ſervaret, afferretqve ad eam graves & plenos probatæ pecuniæ loculos. Illud quoqve cognitum eſt & ratione ac experientiâ, ſi quid gignatur ab iis, qui ſe nimis ſœpè in illa palæſtra exercent, infirmum atqve imbecille eſſe id, cum contra qui parcè & bono modo id faciunt, robuſtiores plerunqve ac ſolidiores filios edolent. Qvam ob cauſam *Lycurgus* inſtituerat, ut no-

vi

vi mariti & rarò & furtim congrederentur cum uxoribus, hac ratione judicans fore, ut & ardentius se mutuò desiderarent, & vegetiores liberos producerent. e)

§. 2. Civis 50. annorum, defunctâ priori conjuge, juvenculam duxit, cui verò debitum conjugale præstare haud poterat, incertum, an ex causa naturali, seu fascino vel maleficio; nihilominus *Grüling* f) duo ei medicamenta dabat naturam valde confortantia, membra genitalia calefacientia, semen generantia, nec non ad Venerem stimulum addentia, ut:

Rec. Conserv. eryng. unc. ij. rad. satyr. cond. *elect.* unc. j. Zingib. Chinens. condit. dr. iij. pinear. enucleat. unc. j. piper. long. dr. j. borrac. officin. scr. ij. renum. stincor. dr. sem. pulv. rad. satyr. sem. eruc. an. scr. ij galang. scrup. iij. croc. rec. scrup. sem. elect. diasatyr. unc. sem. *ol. dest. N. M.* g. vj. c. brodio Zingib. condit. q. s. f. conditum.

Qvovis mane sumat, magnitud. nuc. jugland. superbibendo parum vini. malvat. sub lecti verò ingressum bibat haust. seq. decocti:

Rec. Rad. Satyr. & galang. an. unc. sem. cardamom. piper. long. an. dr. j. & sem. N. M. dr. j. caryoph. Zingib. an. dr. sem. crass. modo incis. coq. in s. q. vini generos., ita tamen, ne quid in olla vaporum

e) Muret. L. III. V. L. c. 24. p. 77. f) C. I. obs. 60.

rum vini generos. exſpiret, poſtea Spec. exprim., vinum per linteum colet., & S. ad uſum.

Electuarium, ſeu *confectio pacifica de ſuccula-da Inda Mynſichti* magnum arcanum eſt, pro ſolis amicis reſervatum, nec non *confectio ſatyrij* ejusdem. g] Adde *confect.* ejus *magnanimitatis*. h) *Eyſelianum* verò hoc: i]

Rec. Pulv. cinam. dr. ij. caryophyll. N. M. galang. cubeb. an. dr. j. cardamom. minor. piper. long. an. dr. ſem. amygd. d. excort. unc. ſem. mivæ condit. Zingib. brod. rad. ſatyrion. condit. an. dr. vj. e-lect. diacor. unc. j. ſem. eruc. ſcr. ij. anis. dr. ſem. cantharid. alis abject. & capitib. bolet. cervin. an. ſcrup. j. borrac. venet. dr. ſem. f. electuar.

Addo *Sennertianum*: k)

Rec. *N. M.* cubeb an. dr. j. Zingib. dr. ſem., ſem. naſturt. hort. eruc. & anis. an. dr. j. & ſem. rad. condit. ſatyr. unc. ſem. pinear. piſtac. amygd. d. an. dr. iij. diaſatyr. unc. ſem. c. ſirup. de cort. citr. & conſervat. Zingib. f. elect. Dos. dr. ij.

Höchſtetter l) dabit hoc:

℞. Rad. eryngii condit. unc. ij. rad. ſatyr. partis ſolidioris, myrobalan. cort. citr. a-rant. fl. arant. an· conditor. unc. j. Zinziber.

g) S. XIII. p. 225. h) p. 223. i) de formul. præſcrib. c. 4. p. 22. k) L. III. P. IX. S. 2. c. II. p. 944. l) Dec. X, obſ. cas. I. p. 388.

ziber.condit.unc.ſem.*N.M.* cum involucr. *mace & nucleo* condit. num. j. pinear., piſtac,amygd,d. mundat. ac macerat. vin. malvat.per hor. iij. an.unc.j. & ſem.pulv.lign. aloës, cardamom. cinamom.an.dr. j. galang. piper. nigr. & alb. an.ſcrup.ij. ſp.diambr. diamoſch.d. an. dr.ſem.vin.malvat.& ſacch. alb. an. q. s.f. conditum foliis auri obductum.

Singulis matutinis& veſperi horâ ſomni unc. ſem.

Nobile etiam *Lentilianum* : m]

℞. Rad. ſatyr. condit.eryng.condit. piſtac. excort. an. unc. ij. Zingib. condit. *nuc. ind. condit.* an.unc.j.ſem. eruc. naſturt. an.dr.ij.conf.alchermn.compl. unc. ſem. chocolad.Ind.dr.iij. caryoph.dr.j. c. ſirup. cinam. f. elect.doſis mane ac veſperi quantitas juglandis.

Viro ad honeſta vota ſecunda tranſituro *funerata erat pars illa corporis, quâ quondam Achilles fuerat,& frigidior rigente brumâ confugerat in viſcera mille operta rugis*, ut *Eucloↄius* apud *Petronium* loqvitur, per aliqvot dies à nuptiis uſus erat diaſatyr. Nicol., cumqve nunc illius pertæſus eſſet,autor fuit Excell. D. *Paulli*, n] fautor quondam meus ſingularis, ut ſeq. electuario reficeretur, ac ſpatio bidui ſeu tridui ex ſententia acta tranſacta ſunt omnia.

m) l.c.p.324. n) Botan.quadrip. Cl. II, p. 145.

Rec. Conserv. fl. tunic. & citr. an. unc. ij. Rad. eryng. condit. rosat. novell. an. unc. j. diasatyr. Mesv. prior. descript. *N. M. condit.* cort. citr. condit. an. unc. sem, sem. eruc. dr. ij. ess. satyr. dr. j. ambr. gris. gr. V. auri foliat. num. IV. c. brod. N. M. q. s. f. elect.

Etenim non tàm piperatis & acribus, ut passim fit, in senibus exstimulatur Venus, quàm vitalem facultatem corqve ipsum respicientibus. D. *Eusebius Hieronym. Fellmann*, Medicus exercitatissimus, & totius Europæ perlustrator curiosissimus, Nobili feminæ pro excitando appetitu Venereo, ad imitationem *Pachequi* o) hoc dedit *electuarium:*

℞. Conserv. rad. eryng. & satyrion. maris an. unc. j. cort. aurant. condit. dr. vj. N. M. condit. num. j. conf. alcherm. incompl. unc. sem. ambr. gr. formic. volant. an. scr. j. c. sirup. cort. citr. f. ellect. Quo de sumsit ante cœnam parcam quantitat. castan., superbibendo haustul. vini Hippocrat. Feliciter & ex voto.

Si habuisset oleum de formicis volantibus, quod Medicus ille Lunellensis tantoperè laudat, inquiens: nihil autem efficacius invenitur, quàm litus regionis uteri *ex oleo de formicis volantibus*, satius utiqve fuisset. Sic autem paratur istud oleum:

Rec. Formic. volant. unc. ij. infund. dieb. cani-

o) in obs. River. communic. 19.

canicularibus in oleo ad Solem fervidum, per XL. dies. Interim aliud adhibuit pari cum successu.

Præstans etiam *Diasatyrium Zwelferi :* p)

Rec. Rad. Satyrion. rec. mundat. libr. sem., eryng. recent. unc. iij. conscind. minut. coq. in s. q. succ. cydon. ad ipsorum mollitiem, non secus ac si condiri deberent, qvibus è succo exemtis, interimqve asservatis, add. residuo liqvori, seu succo, in quo ad mollitiem radices coctæ sunt, sacch. alb. libr. ij, vel, loco hujus, mellis puri clarific. libr. iij. coq. ad consistent. sirup. crassior. in fine adjic. prædictas antea coct. radic, qvò etiam illarum attracta humiditas unâ vel alterâ ebullitione evaporet, & postquam aliquantum refrixerint, superadjiciant.

Nuc. Indic. condit. Zingib. Ind. condit. an. crassiusculè conciss. unc. iij. Pinear. mundat. pistac. decort. an. consciss. crass. unc. ij. pulv. caryophyll. cardamom. min. *N. M.* bolet. cerv. priap. cerv. an. unc. sem. sem. eruc. unc. j. & sem. urtic. unc. sem. ambr. gris. dr. sem. solut. c. ol. cinamom. scr. *macis* scr. iij. f. electuar.

§. 3. *Essentiam Satyrionis* D. M. vide apud *Birlingium :* q) *pastam regiam* confortan- *Essent.* tem

p) in Pharmac. Reg. Cl. XIV. p. 887. q) in append. varior. medicament. c. 12. p. 66.

tem r) nec non *marmeladam magnanimitatis* apud *Mynsichtum*. s) Etenim ad Venerem incitat, impingvat, multum nutrit, vires reficit, cor confortat, totamque Naturam recreat. Dos. mane ac vesperi *N. M.* quantitas.

pulvis, §. 4. In confortanda & stimulanda Venere præstans est *pulvis Cnöfelianus.* t) Dosis est scrup. j. ad dr. j. plus minusve in aq. cinamom. cordiali q. s. horâ unâ ante somnum. Ille apud *Brunnerum* u) tres vitellos ovorum coqvebat lento igne cum malvat. libr. sem., in fine coctionis addebat penid. dr. vj. vel vij. pulv. satyrion. dr. j. *macis* scr. sem. croc. gr. ij. Bibebatqve horâ tertiâ matutinâ & dormiebat postea ad lubitum. *Petrus Lützen*, Capitaneus Regius, Insularum Americanarum peritissimus, Amicus colendus, aloën americanam siccam, at recentem, inqve pulveris formam redactam, pro summo confortativo commendabat. Erat *Adriani Spigelij* arcanum aloë, si modicè sumatur, ne purget, non dissvadeo cum *Velschio*. vv) Tutior verò & præstantior Americana, qvæ parum, seu nunquàm purgat. Extractum Satyrii compositum hoc est:

Rec. Extract. satyr. simpl. libr. sem. sal. margarit. unc. sem. *ol. nucist. stillat.* anis. cina-

r) fascic. II. medic. Cnöfel. tit. 20. p. 31. s) S. XII. p. 210. t) l. c. p. m. 130. u) cons. 65. p. 349. vv) Mictom. C. II. num. 54.

namom. an. dr. sem. M. Dos. gutt. aliquot usqve ad XX. x)

§. 5. Qui in officio suo tardiores segnioresqve facti, ita, ut si deferantur ad judicem, causâ cadant, his *morsulos viriles Mynsicht.* singulariter commendatos volo. y] Ad maritale enim munus viriliter obeundum, egregiam ac extemporaneam præstant operam. Dos. à dr. j. ad dr. ij. seu unc. sem. superbibendo parum vini malvat. seu alius generosioris. Add. alios apud *Birling.* z) & *Rolfinc*, a) qui tales: *morsuli*

Rec. Succolad. Indic. unc. sem. rad. eryng., satyr. sacch. obduct. an. dr. vj. N. M. *in India condit.* c. operculo num. sem., cam. scincor. dr. iij. cardamom. cubeb. an. dr. ij. sem. urtic. eruc. & pastinac. an. dr. iij. Sp. diamosch. diambr. an. dr. j. sacch. alb. sol. in aq. eryng. q. s. f. morsuli.

Morselli confortantes viriles *Zwelferi* ita fiunt; b)

Rec. sacch. albiss. canar. libr. j. solv. in q. s. decoct. radic. pastinac. vel eryng. rec. & denuò ad consistent. tabulat. per coq. in quo ab igne remoto dissolvat. Ambr. gris. dr. j. vel dr. sem. plus minusve pro

 con-

x) Schröder. Pharmacop. p. 215. y) S. VIII. p. 176. z) l. a. c. XVII. p. 89. a) Med. Comm. Spec. L. IX. S. V. c. 3. p. 825. b) V. append. ad. Ph. Reg. p. m. 146.

conditione Patientis, adde postea statim R. Satyrion. recent. concis. & decoct. parum ad mollitiem, unc. j. & sem. Nuc. indic. condit. & concis. crass. Zinzib. Ind. cond. an. dr. vj. succolat. indic. unc. j. & sem. pistan. decort. pinear. mundat, an. crass. concis. unc. j. carn. scinci marin., veratri cervini raspat. an. dr. iij. cardamom. unc. sem. sem. eruc. lingv. avis, *macis*, piper. long. an. dr. iij. elæosacch. cinam. caryoph. *macis* an. unc. sem. f. Morselli.

Adde *Spinæ lexic. pharmaceutic.* c)

panis martius §. 6. Vel præscribatur *panis* *Martius*:

Rec. Amygd. d. decortic. avellan. maj. decort. an. unc. iij. pinear. pistac. an. excort. unc. j. contus. add. cinam. acutiss. dr. iij. piper. alb. dr. j. Zinzib. alb. caryoph. N. M. cardamom. maj. an. dr. sem. sem. eruc. dr. iij. Sp. elect. diasatyr. unc. sem. sacch. alb. fin. q. s. f. c. aq. rosar. odorata placenta coqvenda in formam panis martii, quo de comede portionem justam in die sœpius. d]

balsam. §. 8. *Balsamus* apud *Timæum* ad perinæi, lumborum, testiumque inunctionem hic; e)

Rec. *Ol.* N. M. *expr.* dr. vj. bals de peru dr. ij. ol. dest. macer. g. ix. caryophyll. g. vij. Zibeth, scr. j, mosch. gr. v. M. pro balsam.

Bal-

c) p. m. 622. seq. d) Hochstett. Dec. X. cas. 1. p. 384. e) S. XXXIV. p. m. 479.

Balsamum Venereum *Mynsichti* tale: e]

Rec. Rad. pyrethri. euphorb. an. unc. j. cantharid. unc. sem. coq. in vin. malvat. libr. ij. ad consumtion. medietat. & colat. add. *ol.* N. M. *expr.* unc. j. formic. unc. sem. de nuc. indic. castor. an. dr. j. & sem. moschatellin. caryoph. macis, Spic. an. dr. j. mosch, & Zibeth. opt. an. scr. j. M. & c. cap. mort. *ol. N. M. expr.* aut c. cer. alb. q. s. f. balsam.

Balsamum Zibethæ Timæi tale est:

Rec. *Ol. N. M. expr.* dr. ij. Zibeth. dr. sem. ambr. mosch. an. gr. v. *ol. still macis* g. iij. F. B. quô ante coitum penis inung.

Mynsichtianum hoc:

Rec. *Ol. N. M. expr.* unc. j. Zibeth. unc. sem. mixtis add. ol. sapon. rect. carmin. nostr. ceræ rectif. an. dr. j. caryoph. *macis* an. dr. sem. ambr. mosch. an. scrup. j. M. f. B.

Umbilico inunctum dolores colicos sedat, & in coitu mulieribus magnum affert solatium, si penis glans eo inungatur.

Spinæ sic paratur:

Rec. *Ol.* N. M. *expr.* dr. vj. bals. peruv. dr. ij. *ol. macis* g. ix. caryoph. g. vij. Zibeth. scrup. j. mosch. gr. v. M. F. bals. quô ante coitum perinæum & testes inung. f)

e) L. III. cas. 51. f) Vid. Spin. lexic. p. 190. seq.

Inter secreta *Cnöfeliana* hic est: g)

℞. *Ol. nucist.* unc.j.dr.j. Zibeth. dr.j.croc. mart.n. præp. q. s. pro excipiendo balsamo.

Uladislavianum regium tale: h)

℞. *Ol.* N. M. *expr.* ungvent. stomach. Reg. Cæcil. an. unc. sem. axung. galli indic. dr. ij. Rad. aron. pulv. pyrethri an. dr. sem. sp. diatr. piper. dr. ij. alum. plumos. scr. ij. ol. formic. per ol. Spic. seu bacc. laur. fact. ol. erucæ, seu sinapi an. dr. ij. ol. still. caryoph. scrup. j. mosch. scr. ij. Zibeth. dr. j. & sem. M. f. bals.

Rolfinccianus ad perinæi, testium & lumborum inunctionem hic: i)

Rec. *Ol. N. M. expr.* dr. vj. *dest. macis.* g. ix. caryoph. g. vij. bals. de Perú dr. j. Zibeth. scr. j. M.

Vel: Rec. *Ol. N. M. expr.* dr. ij. castor. costin. an. dr. j. myrrh. styr. calam. euphorb. an. scr. j. M. F. B.

Observes autem velim, ne violenter & cæco cupiditatis impetu omnia fiant, Moderata durant. Qvid? qvod solum *oleum* N. M. sufficit, qvod in balneo sicco in umbilicum diligenter & fortiter fricetur, tum etiam intus assumatur. Est nimirum confortativum totius Naturæ & medullæ quoqve ossium. Si habe-

g] fascic. cit. tit. 20, p. 134. h] l. c. i) L. X. consil. I. p. 863.

habere poteris *N.M. in India condit*, c.cortic. & flore suo, sume horâ matutinâ vel vespertinâ circa tempus decubitûs aliqvid de ea, & mirè corroboraberis.

§. 8. *Linimentum Rolfinccianum* pro inunctione perinæi hoc: k) *linim.*

℞. Ol. costin. vulpin. castor. mastich. an. dr. vj. N.M.dr.j. myrrh. styr. calam. euphorb. an.scr. j. M.

Joëlianum tale: l)

℞. Ovor. formicar. unc. sem. contus. admisc. ol. de castor. & piperib. an. unc. sem. succi cepar., succ.rad. satyrion. seu orchidis an.unc.j.ebulliant simul ad succorum absumtion,colent. & colat. oleo admisc. coagul. lepor. dr. ij. *Ol. N.M.* liqvidi dr. j.Zibeth. gr.v,mosch. in vino resolut. g. iij. cer.condid. parum f. liniment. egregium.

Eximia etiam *Höchstetteriana*: m)

Rec. *Ol.stillat. macis*, ol.dest.aneth.an. scr. sem.ol.dest.piper. gr.vj.ol. extract. nuc. myristic. dr.j.pulv.euphorb.troch. alipt. moschat.an.scr.sem.cer. parum f. liniment. pro inunctione pectinis & virgæ.

Vel: Rec. *ol. macis* lil.alb. an. dr. iij. Zibeth. dr. j. & sem., moschi fini, ambr. an. scr. sem., euphorb. gr. V. M. ducendo in mortario, ut f. liniment. exactè mixtum.

Un-

k) l.c. cons. 2. p. 873. l) L. VII. Pract. S. I. p. 425. m) l.c. p. 385.

Unge eô glandem, præputium, imò & perinæum mane vesperiqve. n)

Vel: Rec. *Ol. N. M. expr.* unc. sem. de piperib. dr. ij. spic. caryoph. an. scr. sem. mosch. gr. IV. M. o]

ungvent. §. 9. *Ungventum* suppeditabit *Rolfinc.* p)

Rec. *Ol.* N. M. *expr.* axung. gallin. an. dr. j. piper. long. rad. pyrethri an. scr. sem. euphorb. scr. j. M. f. ungvent.

Utile est ad statum membri; illinatur eô regio renum, perinæi, membrum in radice, cavendo præputium & glandem. *Platerus* hoc dabit:

Rec. Zibeth. opt. scr. ij. *ol.* NM. *scr.* j. lign. rhod. g. vij. M. inung. glans ante coitum.

Cnöfelianum tale: q)

Rec. *Ol. nucist. expr.* unc. sem. laur. unc. j. pulv. R. pyrethr. cubeb. an. scr. IV. rad. aron. alum. plumos. an. unc. sem. ol. stillat. castor (Jac. de Manlys.) dr. j. & sem. ol. still. caryoph. scrup. sem. Zibeth. scr. j. mosch. dr. sem. M.

Inungantur circum circa testiculi: vel solo Zibetho, *oleo nucistæ* excepto, parcè tamen, & semel per diem, cubitum iturus eos frica.

Vel: Rec. Ol. absinth. mastich. nardin. an. unc. j. N. M. *expr.* dr. ij. dest. fœnic. g. IX.

n) l. c. p. 390. o) Sennert. l. a. p. 945. p) Med. Comm. special. l. c. p. 827. q) fascic. cit. p. 134.

g. ix. lign. rhod. g. vij. f. ungvent., quô ventriculum & hepar mane ac vesperi inunges.

Ungventum venereum *Spinæ* hoc est:

Rec. Ol. moschelin. dr. iij. *nucist.* dr. j. & sem. troch. gall. mosch. scr. sem. de benz. scrup. j. Zib. gr. iv. ol. caryoph. scrup. sem. cer. q. s. f. ungvent.

§. 10. *Trochiscos* confortantes pro Reg. Maj. Polon., ex præscriptione D. *Matth. Littau*, vid. in altero fascic. citato: r) alios pro fumo habet *Brunner*. s] *Pessarium* saccharinum vid. ap. eund. t) Vesperi morsulus talis saccharinus ad formam veretri intorti sumatur ante ingressum lectisternii. Is enim confortabit & imaginationem excitabit. *Balneum* pro Viro dat *Hanneman*, u) & sacculo oblongo cingit inferiorem ventrem per horulam, involutis simul testibus. bibendo interim de hac mixtura: *trochisc.* *balneum*

Rec. Vin. malvat. unc. vj. aq. ros. unc. viij. destill. c. vin. meliss. unc. j. succi rad. satyrion. depurat. unc. ij. conf. alcherm. compl. dr. ij. sirup. rub. id. unc. vj. elix. propr. Helmont. unc. sem. M. Dos. unc. sem.

Pro conjuge aliud parat balneum, in quo per semihoram eam detinere vult. Illud hoc est cum sacculo, qui talis:

Rec.

r) p. 130. s) consil. 64. p. 347. t) l. a. u] Vol. IV. Act. Hafniens. obs. 12. p. 41.

Rec. Rad. satyr. incis. unc. j. pœon. incis. bryon. incis. an. dr. j. passer. carn. unc. iij. cerebr. passer. unc. j. *mace* N. M. an. dr. j. sem. 4. frig. maj. an. dr. j. M. pro sacculo.

Rec. H. majoran. meliss. beton. salv. serpill. an. M. iij. fl. ros. borrag. bugloss. viol. an. M. ij. sem. 4. frig. maj. an. dr. IV. carn. bovin., vitulin. coct. in jure balnei libr. ij. panis similagin. M. V. R. satyr. incis. unc. v. pœon. bryon. an. unc. j. M. f. decoct. in lacte, & decocto aff. vini malvat. libr. v.

§. 11. Nobilissimus *Rolfinccius* vv) jusculum præparat, sanguinem probè generans, semen mirè augens, ac spiritus ita puros & subtiles gignens, ut voluptatem maximam in coëundo pariant.

Rec. Rad. chin. ras. vel. incis. unc. sem., bulliat leniter vase clauso in jusculo pulli seu carnis vitulinæ aut vervecinæ, add. pistac. unc. sem. rad. eryng. unc. iij. *macis & N. M.* parum.

Capiat jusculum manè per se, aut in eo unum alterumve ovum dissolvatur.

Obs. §. 12. Magna canis rustici catulos suos ad fornacem lactans permingitur cum ipsis à puello vix trienni. Insurgit rabida bestia, totumqve membrum pueri unà cum testiculis, unico morsu aufert. Ipse tamen puer aptis remediis servabatur, ut Parens meus

αὐτο-

vv] L. X. consil. 1. p. 863.

αὐτόπτης consignavit. Similem ferè historiam narrat ex Horstio *D. Möbius.* x) Aliquot abhinc annis in India Orientali duæ unius mariti uxores sub dio convenientes rixabantur, altera invidens alteri amorem Viri ferventiorem, seu potius concubitum. Qvi tandem interveniens, ob rixas mulierum plusqvâm caninas, œstro furoris percussus, membrum suum, seu pomum Eridos, cultro abscindit, inqve conspectu earum in terram projicit, ut neutra haberet, quo de amplius qvereretur. Restitutus homo adhuc vixit, cum in India versaretur *Lorbærus* noster Amicus Venerandus. Adde Dn. *de Wiel*, & Dn. de *Franckenau* Satyr. medic. y)

§. 13. *Clitoridem* osseam satis prolixam vidit Senior *Th. Bartholinus.* z) Parens autem meus in bubulco Hasso *panem* planè *osseum*, ideoqve semper rigidum, à quo uxori in copula maritali acerrimi suborti dolores, quod ultrò fassa est. De Amynta Coo *Horatius:* a) *alia*,

Cujus in indomito constantior ingvine nervus (penis)
Qvàm nova collibus arbor inhæret.

§. 14. De impotentia ex *frigore* vide observationem *Garmanni* nostri, b) ego eandem no- *alia*,

x] in fundam. Medic. Physiolog. c. 19. p. 520. y) C. I. obs. rarior. num. 84. c. schol. & continuat. VI. p. 7. z) C. III. ep. 94. p. 407. a) epod. 12. b) Dec. I. Eph. Curios. ann. III. num. 41.

notavi in milite Pomerano ab immodico & continuo tabaci & spiritus vini adusti usu. Ridet quidem rejicitqve *Primerosius* c) narcoticam tabaci facultatem, cui tamen inprimis aliquid hac in parte dandum censemus, eô modô, uti famem sedare dicitur.

CAP. II.

DE USU N. M. IN GONORRHOEA.

§. I.

VIdit Deus omne, (quidnî etiam membra genitalia?) quod fecerat, & ecce, erat valde bonum: nihilominus haud erat bonum, hominem esse solum, ideo medium perpendens, quô officium per naturam organis genitalibus concessum expleret, fecit ei sociam & adjutorium. Non est dubium, quin ambo in statu integritatis usi essent his organis in incrementum generis humani, nisi fallaciis serpentinis decepti sanctissimam Dei legem turpiter transgressi fuissent. Inde ἴλιας κακῶν. Quodlibet enim membrulum suos nuc patitur manes, & cuiqve diei sua est afflictio. Siqvidem justissimus scelerum vindex mox difficillimos dolores ante, in, & post partum Evæ imposuit, qui jure perpetuo in omnes ejus posteros descendunt. Ipsi Adamo quidem pepercit Crea-tor

c] L. IV. de vulgi errorib. c. 31.

;or universi,nec specificam dictitavit pœnam
;uturam organis generationi dicatis, at quis
nficiabitur; subinde propullulare etiam in-
iumera mala, qvorum haud postremum *go-*
iorrhæa, quæ has ipsas viriles partes adeo ve-
;ant, ut inde Naturæ debitum solvant Adami
;enæ masculi. Maximè verò justitia divi-
ia summâ Ejus clementiâ ac misericordiâ
emperata est, quod variam inter Medici-
iam de terra etiam creârit N. M., insolatium
c auxilium fœdi hujus seminis profluvii.

§. 2. D. *Schombard*, Practicus Francofur- *pulv.*
ensis, hanc *tragéam* summo cum fructu so-
ebat usurpare:

Rec. Troch. de carabe dr.j. agn. cast. dr.
ij. sem. agni cast. scr.ij. N. M. scrup. j.
lap. hæmat. scr. sem. laud. opiat g. IV.
sacch. finiss. unc. IV. & sem. M.

§. 3. Adolescens Erfurtensis hoc nuper mi- *elect.*
i laudabat elect. in seipso feliciter expertum:

Rec. Conserv. ros. vet. unc. ij. cydon. con-
dit. unc. sem. cort. citr. condit. dr. vj. terr.
sigill. rub. CC. ust. præp. an. dr. sem. *pulv.*
N. M. dr. j. f. c. sirup. acetos. citr. elect.
add. tinct. corall. dr. ij. M.

§. 4. *Pilulæ*, post expurgatam materiam *pilul.*
t acrimoniam mitigatam, fluxum sistentes,
æ sunt apud *Sachsium*:

Rec. Sem. agn. cast. dr. ij. oc. cancr. sangv.
dracon. an. dr. ij. & sem. gland. test. o-
vor. combust. an. dr. ij. & sem. acac. hy-

pocistid. an. dr. sem. tr. de terr. sigil dr. j. sem. petrosel. lactuc. an. dr. sem succ. liqvirit. scrup. ij. *N.M.* dr. sem. ca ryoph. scrup. j. menth. sicc. dr. j. & sem f. pulv. subtil., qui c. terebinth. aq. pulv lot. q. s. incorporet. pro pilul., & pet cinam. involvat. dos. dr. j.

obs. §. 5. Rhedarius, excellenter scorbuticu (his autem sæpissimè accidit *gonorrhæa*) af fectu hoc afflictus, solo succo & decocto ve ronicæ ac plantaginis infuso sibi subveniebat quod elegantem historiam D. *Franci* valdè il lustrat d) Vulgi experimenta non sempe deliramenta.

MEMBRUM SEPTIMUM.

DE *AFFECTIBUS UTERINIS.*

CAP. I.

DE USU N. M. IN UTERI INTEM PERIE FRIGIDA.

§. 1.

FEminam omnem morbum bis pati, veri simum *Helmontij* effatum est. Semel enim omnes propemodum morbos patitur ex ute ro, rursusqve eosdem quatenus homo: e

αἰ[ύσε

d) V. Veronic. theez. p. 126. seq. e) I asthm. & tuss. §. 17. p. m. 290.

ai ὑςέρᾳ πάντων τῶν νοσημάτων αἰτίαι εἰσιν, uterus omnium morborum causa est. f) Summâ igitur ope niti decet custodes salutis, quî hoc animal [ita sano sensu vocabat Plato, g)) vel frenare seu sopire valeant. Quem in usum etiam poscitur N. M. *Macis* (sunt verba *Crolliana*) *matricis* signaturam refert. Includit enim *nucem myristicam* (fœtûs in utero signaturam) *Macis*, ut *matrix embryonem*. h)

§. 2. Efficacissimæ aqvæ virtutum, seu vitæ mulierum, ut Hamburgensium, Altenburgensium, D. R. i) & sexcentorum aliorum; unam alteramve subjiciemus. *aquæ*;

Rec. Galang. cinam. *N. M. macis* caryoph. an. unc. ij. Zingib. cubeb. Zedoar. cardamom. an. unc. ij. granor. paradis. piper. long. an. unc. sem. tritis affund. vini mens. vj. stent in infusion. in loco frigido per dies viij. postea add. salv. min. menth. rubr. meliss. matricar. an. M. iij. stent. rursus per viij. dies, postea vinum effund., & herbas ac aromata contund., & vino affuso iterum destilla.

Vel; Rec. Cinamom. *N. M. macis* caryoph. Zingib. alb. cubeb. cardamom. granor. paradis. an. unc. j. & sem. galang. dr. vj. piper.

f) Hipp. L. de morb. mulier. c. p. g) in Timæo, h) de signat. p. 25. i) Vid. Hofman Thes. pharmacevt. p. 17. seq.

piper.long.unc.sem. Zedoar. dr. vj. A. romata minutim incidant. Et aff.in vase Waldeburgico vini boni mens.vj.ponant.in cellam, & ita stent per ix. dies quotidie agitando, postea add. menth rubr. M. ij. stent iterum per dies xiv postea vinum effund. & remanenti contundat., vinumqve reaffundat. & destillet. k)

Aqvam vitæ Döreri vid. apud *Birlingium* : l) alia Generosis atq; nobilibus mulieribus in Palatinatu instar panacææ est, cochleatim sumat Descripsit eam ex *Schrödero Spina.* m)

elix. §. 3. *Elixir uterinum* D. *Michaël.* dat *Birling.*, n) & insignis efficaciæ est, uti *elixi vitæ correctum* ab Augustano Collegio, & *elixir uterinum Crollij.* Nec aspernabere *tragemata* uterum confortantia; o)

pulv. Rec. Cort. citr. aurant. an. dr. iij. *Xyloa*loës dr. j. cinam. galang. min. myrrh an. dr. j. *nucist.*, *macis* styr. calam. an. dr sem. sacch. alb. ad pond. omnium.

Rec. Pulv. *nuc. myristic.* dr. j. antophyll. corallior., perlar. præp. an. dr. sem. S stärckendes Mutter-Pulver.

pilul. §. 4. *Pilulæ* roborantes & exsiccantes to num laxiorem, tales sunto :

Rec. M. P. de succin. dr. j. sp. dianth. scr.

o.

k) Sennert. L. IV. Prax. P. I. S. 2. c. 4. l] l. c. c. 5. p. 39. m) l. a. p. 123. n) l. c. p. 71. o) Ro. finc. L. IX. Med. comm. Spec. S. vj. c. 2.

ol. N.M. macis, citri,caryoph. an. g. vj. f. pilul. Dent. ij. pro dosi.p)

§. 5. *Electuarium* Ejusdem hoc est: q) *elect:*

Rec. Conserv. meliss. anth. salv. an. unc. j. pulpament. N. M. *in India condit.* c. nuce num.j. nuc.jugland.condit.pyror. moschatellin. num. xij. sp. diambr. dr. j. Aqv. Vit. mulier. unc. iij. sirup. meliss. q.s. f. Elect:

§. 6. Egregias etiam virtutes obtinet *balsam. matrical. s. hysteric.* exterius adhibitum. *bals.*

Rec. *Ol. N. M. expr.* dr.ij. axung. castor. rec. non rancid. scr.j.camphor. dr. sem. ol.still. galban.lavend.majoran. menth. succin. an. scrup.sem. M. sine igne, ultimò tamen parumper liqvefiant,& illicò refrigerari permittantur. r)

§. 7. *Suffumigium* per infundibulum in uterum excipiendum tale esse potest. s) *suffumig.*

Rec. Myrrhæ, thuris, benz.caryoph. an. dr. j. N. M. dr.ij. fol. laur. majoran. Spic. celtic.an. p. j. contus. crassiusculè carbonibus semi extinctis insperg. & fumus excip.

§. 8. Honesta femina à primo puerperio supra pubem dolores quosdam,primò obtusos,per intervalla senserat,quos verò illius negligentia fecit graviores,Enata tandē ibidem *obs.*

p) Id.l. c.p. 837. q) l. a. r) Tiling. Prod. rax,chymiatr.Cl. III.tit.17.p.736. s) Joël.L. III. Pract.S.I.p.443.

grandis struma. à qua nihil molestiæ, nihil etiam doloris sensit unqvàm, nisi in stantibus mensibus, & quando maritum ad complexus conjugales vel invitabat, seu admittebat, ut à sorore ejus post obitum demum ad fontem Rhoës sub rosa olim intellexi.

alia, §. 9. D. *Ambrosius Rhodius*, Reg. Prof Christianiæ in Norvvagia, Amicus, dum viveret venerandus, ingenuè, mihi fassus est, se in Laplandia vidisse puellam lepidam a venustam, cujus *vulva* verò *intus* erat *pilosa*. Causam conjiciebat in phantasiam matris quæ fortè crebrius contrectârat membrun mariti, pilis valde luxurians, & dormiens digitum intruserat in genitalia sua. Exemplun de pilis in lingva genitis habet *Amat. Lusitan* t) & M. *Donatus*. u)

CAP. II.

DE USU N. M. IN IMBECILLITATE ET DOLORE UTERI.

§. 1.

MAtrix persimilis est scroto & pudend virili inversis. Capacitas enim scroti si δίδυμοι excipiantur, respondet capacitati matricis, & cavitas virgæ cavitati cervicis uteri. Partes enim generationis, quæ i vir

t) C. VI. curat. 65. u) L. VI. c. 2. p. 615.

iris extra corpus propendulæ sunt, eas Na-
uræ opifex non sine sapienti consilio in fe-
nellis intra corpus delitescere voluit. Fa-
imur hîc de imbecillitate & uteri dolore.

§. 2. *Aqva* theriacalis *Rod. à Castro* vv) *aqva*,
on tantum dolores sedat & flatus discutit,
ed etiam plerisqve aliis morbis, à causa frigi-
a, seu maligna, ortis opitulatur. Transcri-
sit eam *Scharfius.* x) Aliam vide apud *Sen-
ertum.* y]

§. 3. Vel detur *pulvis* hic aut per se, seu *pulvis*
am saccharo mixtus, ex vino:

Rec. Rad. angelic. imperator. Zedoar. an.
dr. j. dictamn. alb. sem. anis. dauci, cu-
min. Schænant. an. dr. sem. croci, *macis*
an. scrup. j. f. pulvis. z)

dde pilulas de castor. Augustanor. pruden-
er correctas.

§. 4. Potest etiam talis *clyster* in uterum *clyst.*
njici, qualem describit *Sennertus,* a) vel *Ro-
ericus à Castro.* b)

CAP. III.

DE USU N. M. IN MENSIBUS SUP-PRESSIS.

§. I.

PRopter solum uterum est mulier id, quod
est, alias perturbationes & animositates
 pati-

vv) *L.* II. de M. M. c. 8. x) de Junip. c. 21. p.
92. seq. y) l. c. p. 123. z] Id. l. a. a) l. c. p. 123.
) l. a.

patitur, aliamqve carnem & cruorem à Viro diversum facit. Rector harum actionum sedet in utero, qui conclusus, vel orbitâ suâ turbatus, morbos in universum omnes aptus est producendo. In juvenculis primum minore voluptate turgidis menstrua detinet, supprimit, decolorat & inordinata parit. Tum demum paralyses, spasmos, palpitationes, tremores & syncopes profert, nervos contrahit &c. c) At bono sis animo, cum & N. M. Deum fecerit clavem mensium suppressorum.

vinum §. 2. Ut ab initio curationis semper mitiora adhibenda sunt, quæ aperiunt, attenuant, & leniter evacuant: ita in hunc finem optimè conducit *vinum* medicatum.

Rec. H. card. ben. marrub. alb. artemis. rosmarin. an. M. sem., fl. centaur. min. cheiri, chamomill. an. P. ij. rad. rub. tinct. aristoloch. an. dr. ij. f. sen. el. unc. j. rhab. el. unc. sem. cass. lingn. ver. unc. iij. cort. aurant. dr. ij. *macis* M. ij. croc. dr. sem., mart. cum sulfur. præp. unc. ij. tart. crud. dr. vj. Incis. D. pro vini mens. j. & semis. Bibant omni mane unc. v. à pleni lunio ad novilunium usque.

Aliud vide apud *Jüngken.* d]

potio, §. 3. *Apozema N. M.* illustre dat *Jacob. Primerosius,* e) potionem purgantem *Grüling.* f)

Rec. Spec. aperitiv. alterat. P. iij. fl. cordial. an.

c) Helmont. tr. ignota actio regimin. p. 322. d) in Vad. mec. p. 205. e) l. a. f) C. III. obs. 12.

ar. P. j coq. in aq. & vin. ad unc. iij. colat. inf. per noct. f. sen. s. ft. dr. iij. rad. jalap. rhabarb. mechoacam. an. scr. ij. *macis.* Zingib. an. scrup. sem. crem. tart. dr. j. aq. cinam. dr. ij. tart. Vitriolat. scrup. sem. M. S. Purgiertränck.

Citatus *Primerosius* g) etiam vehementioribus utitur purgantibus, immixtâ semper ... M. *D. Hieron.* Herold duas seqvente decocto liberavit, qvarum una ad hydropem inclinabat:

Rec. H. Sabin. M. sem. ball. in vin. q. s. & colet. diligenter per filtrum, deinde

Rec. Terebinth. opt. cypr. unc. j. lavet. ter decocto suprà scripto, dein semel lavet. acet. scyllit., postea admisce pulv. rub. tinct. caryoph. *macis* an. dr. j. ol. amygd. amar. unc. sem. M.

De hoc medicamento vij. diebus ante tempus mensium sumat quotidie dr. j. vel in oblata, seu in medulla pomi assati, & superbibat. haust. cicer. Rubr. c. pauco croci. h) Nec Decoctum *Mynsichti* spem tuam fallet. i)

§. 4. Si mavis *elixir*, ecce istud apud *Tilingium.* k) *elix.*

Rec. H. calaminth. artemis. πολυκλώνε, matricar. puleg. an. M. j. rad. bryon. rub. tinct. Zedoar. dictamn. alb. ireos flo-

g) l. c. c. 2. h] Crato L. VI. ep. med. p. 107. i) S. XXV. p. m. 390. k) l. c. p. 726.

florent, an. unc. ij. cinam. antophyll. N. M. Zingib. cardamom. bacc. laur. an. unc. j. cort. aurant. citr. an. dr. vj. gran. paradis. unc. sem., sem. anis. basilic. an. dr. iij. Incis. & cont. grosso modo inf. in sp. vin. q.s. add. sal. tartar. dr. ij. stent in digestione Col. S. elix. uterin. Dos. à scrup. j. ad dr. j. in vehiculo conveniente.

pulvis, §. 5. Sequens *pulvis* emmenagogus rarò fefellit *Dolæum.* l)

Rec. Limat. chalyb. unc. iij. *N. M.* num. x. cinam. acut. caryoph. an. dr. ij. sacch. ad pond. omnium D. mane & vesperi sesquihor. post pastum.

Vel: Rec. Splenis bovis junior. in clibano exsiccat. dr. ij. cinam. dr. j. *macis* dr. sem. croc. scrup. sem. f. pulv. m]

Efficacissimus qvoque in suppressione mensium hic *pulvis* : n)

Rec. Chalyb. subtiliss. limat. dr. iij. corall. rub. dr. j. rad. rub. dr. j. & sem. fol. laur. dr. sem., sabin. rorismar. sp. arom. rosat. an. scrup. j. borrac. dr. j. *macis* dr. sem. croc. scrup. sem. sacch. canar. alb. dupl. omn. f. pulv.

Electuar. §. 6. *Electuarium* martiale apud *Tilingium* hujus descriptionis est ; o]

Rec.

l) L. V. encyclop. med. c. 3. p. 345. m) Sennert. l. c. p. 152. n] fascic. alt. medic. singul. tit. 21. p. 139. o) l. c. p. 741.

Rec. Limat. chalyb. præp., aut croci martis, unc. j. *N.M. condit.* dr. iij. sp. aromat ros. dr.j.& sem. cort. tamarisc. dr. j. cinam. H. sabin.an.dr. sem. mell. ros. vel anthosat.unc. j. & sem., sacch. unc. ij. M.

Superiori anno puella rustica xvj.annorum ex suppressione mensium sanguinem interdum vomebat, Pharmacopœus dabat ei theriacam cum CC. ust. At si homuncio scîsset & intellexisset *Hipp. V. aph.* 33. cautius sanè egisset; Adeo quotidie experimenta faciunt per mortes Idiotæ nostri.

§. 7. Si purgare velis, cape *pilulas Sylvianas.* p] *pilul.*

Rec. M. P. fœtid. maj.scrup. j.*ol. dest.macis* gutt. j. M. f. pil. num. V. deaurand. sumant. mane. Si verò malis vesperi sumere, sufficient tres.

Pilulæ de castoreo P.A. R. non tantum menses obstructos reserant, sed quoqve dolores uterinos sedant, crassosqve flatus dissipant:

Rec. Castor. doronic. Zedoar. N.M. an.dr. j. sem. apii. aneth. matr. perlar. an. scr. IV. hyosciam.g.iij. mucilag. tragacanth. in aq. artemis sol. f. M. P.

§. 8. *Rolfinc* q] virgini ex mensium suppressione syncopticæ dedit *balsamum*: *balsam.*

Rec. *Ol. N. M. expr.* unc. sem. caryoph. *ma-*

p) L. III. Prax. p. 611. q) L. IV, cons. 2.

macis ſuccin. an. gr. vj. inung. ori, naribus, pulſibus carpi & temporibus.

§. 9. Pro *ſuffumigio* inſervit *pulvis Sennerti:* r)

Rec. Caryoph. cinam. *macis* an. dr. ij. bacc. junip. unc ſem., ſem. nigell. dr. j. ſtyr. calam. dr. ij. f. pulv. groſſus, qui carbonib. injicitur, fumusqve per infundibul. ſeu ſellam perforatam utero excipiatur. Et ne feminam offendas, pannis ſic tege, ne fumus ad caput & nares pertingat.

Saccul. §. 10. *Rolfinccius* s) virgini iſti ſyncopticæ ſacculum dabat cum ſerico rubro ad cor interpaſſatum:

Rec. Fol. meliſſ. unc. ſem. fl. rorismarin. dr. ij. & ſem. caryoph. arom. benz. cinam. *macis* an. dr. j. caſtor. dr. ſem. camphor. ſcrup. ſem. ambr. gris. gr. vj. croc. ſcr. j. f. ſaccul.

obſ. §. 11. Ancilla ruſtica ex ſolo terrore, ob inopinatum occurſum in horto ſerpentis, occluſos habebat menſes, cum variis ſymptomatibus, quos Nobilis Domina ſolo purgante, oleo ſabinæ & N. M. pulvere brevi feliciter curabat. Ita lethalem hæmorrhagiam ab adſpectu ranæ alibi notavi.

alia, §. 12. Femina xxxv. annorum ultra quatuor menſes fluxum ſuum habuerat ſuppreſſum, vagâ ſubinde cephalalgiâ & odontolgiâ miſerè torta. Aliqvando caryophylla, cinamo-

r) l. c. p. 157. s] l. a.

momum & N. M. simul in usum culinarem in mortario tundit; quorum aromatum fragrantiâ ultra sexagies sternutabat, eôpse die fluxu lunari ex voto manante.

§. 13. Rustica femina annorum xxIx., quoties menses instabant, uteri vulvæqve pruritum, aliqvando molestum, sentiebat, cetera ex voto sana. Excepit tandem tributum suum lunare, speculatura, quidnam in eo lateret? & ecce! multos longiores planeqve niveos offendit vermiculos. Re ad me delatâ, dubitavi primò de fide mulieris. Mandavi igitur, sangvinem seqvente mense rejiciendum bonâ fide afferri. Attulit floridum sanè, & sine notabili humorum peccantium colluvie, in quo vermiculos istos non tantum natantes & reptantes, sed etiam salientes vidi, quos convenientibus remediis feliciter expuli. Sic *Panarolus* t) narrat, feminam qvandam quolibet mense sine ullo labore quàm plurimos vermes, mensium loco excrevisse. u] An lumbrici remorari queant fluxum mensium, disqvirit D. *Ledel.* vv) *alia,*

§. 14. De mensium momentanea suppressione & insecuto ictero, ex attactu cadaveris, vid. D. *Anhorn.* x) Quædam puella integrum quadriennium menstuorum suppressione laborârat, tandem ei hoc con- *alia,*

t) Pent. IV. obs. 12. u) conf. C. II. obs. m. 29. vv) Dec. II. Eph. Curios. ann. V. obs. 27. in schol. x) Dec. III, Eph, ann. j, obs. 87.

consilium datur, sibi ex massa secalina placentam conficeret, eiqve mel allineret, sicque bene assaret, assatæ rursum mel allineret, sicque adhuc calidam comederet: comesto hoc ferculo, se in lectum recepit, corpus sollicitè obtexit, & eâpse nocte fons reseratus est. y)

CAP. IV.

DE USU N. M. IN MENSIBUS IMMINUTIS.

§. I.

MEnses moventia vel sunt impropriè dicta, quæ scilicet vel facultatem expultricem roborant, vel sangvinis generationem faciunt, vel etiam crassitiem & viscíditatem ejus attenuant; vel propriè ita dicta, quæ obstructiones in utero aperiunt, sangvinemque ad uterum deducunt. Omnia hæc Bono cum Deo præstat *nux myristica*.

pulv. §. 2. In pauco mensium fluxu ὁ Κράτιστος *Crato* z) Matronæ Nobilissimæ hunc *pulverem* ordinabat:

Rec. Siler. mont. unc. iv. ras. ebor. unc. ij. & sem. N. M. tost. num. ij. sp. diamosch. d. scrup. ij. sacch. unc. iij. f. pulv.

pilul. Nec ineptæ erunt pilulæ de castoreo P. A. R. quas nux nostra ingreditur.

§. 3.

y] Dec. II. ann. VIII. obs. 162. z) L. V. cons. 39.

§. 3. Venusta virgo xix. annorum, constitutionis admodum biliosæ, & pingvibus semper delectans, adque iram valde proclivis, quôvis mense *croceum* stillabat laticem, sine notabili sanitatis viriumve dispendio. Purgatô corpore, venâ in brachio sectâ, servatisque diætæ regulis, color iste postea disparuit. Affinem historiam dabit D. *Cummenus.* a) *obs.*

§. 4. Alia xvij. annorum singulis noviluniis tumorem lævæ mammillæ cum levi inflammatione, omnis doloris tamen experte, sentiebat, sangvine postea ad biduum plerunque è sinistra papilla per intervalla scaturiente. Aliqvando ob crassitiem, à diæta contractam, lentius exstillabat, semper tamen eleganter rubicundus, & quem solâ, eâqve leviori, mammæ compressione facilè & feliciter emulgebat, benè aliàs valens. Paulò ante nuptias, ipsa menstruata tunc, à matre ad *Cortnummium* adducta, præsente eâ, elegans Naturæ miraculum ostendit. Re verò habita cum marito, menses ordinariè & naturaliter fluebant. Non simpliciter igitur verus Coi aphorismus. b] Adde similem historiam ex *Amato Lusitano.* c] *alia,*

§. 5. Alia, mensibus ordinariè instantibus, maculis rubicundissimis, iisqve latioribus, per totum fere corpus, inprimis *alia,*

a) Dec. I. Eph. Curios. ann. VII. obs. 31.
b) L. V. num. 40. c) C. II. curat. 41.

mis autem circa mammas, pingebatur subseqvente gravi capitis dolore cum odontalgia. Consultus *Rhodius* noster dedit rob sambuci immixto sale CC. Secutus inde largissimus sudor, maculis planè evanescentibus, omniqve malo, dolore & questu penitus sublatô. Usa hoc remedio crebrius, & nunquam sine successu. Tandem cum ex honesto conjugio gravida foret, Natura etiam ordinarias & quæsivit & invenit vias, easqve postea constanter ambulavit. d)

alia, §. 6. Alia de scala in aream lapsa cum sacco, objurgatur à Domina sua. Inde ex solo terrore largus mensium fluxus prorumpebat. e) Adde *Salmuthum* f) & *Wedelii* differt. de *terrore.* g)

CAP. V.

DE USU N. M. IN MENSIBUS IMMODICIS.

§. 1.

EXcellentissimus D. D. *Georg. Ernest. Stahl,* Regius Professor in Celeberrima Academia *Fridericiana,* quæ *Halæ* est, menstruam periodum nervosè vocat *criticam,* latiusqve in peculiari programmate inaugurali evincit. Quod si, mi Lector, attentè perlegeris,

d) conf. Volum. I. Act. Med. Hafniens. obs. 44. & Dec. II. Eph. ann. V. obs. 81. e) conf. obs. m. MStas, f] C. III. obs. 49. g) c. 2. p. 27.

geris, de mensibus (immodicis, ad quos nunc devolvimur,) prudentius judicabis.

§. 2. Pro arcano habet *Mynsicht* h] *decoctum* suum, *N. M.* exaltatum, maneqve & vesperi ad tria quatuorve cochlearia datum. Dabit Idem *haustum N. M.* conditum. i) Novit *D. Andreas de Keil* Baronissam, quæ pulverem *nucis moschatæ* in ovo sorbili recenti contra hoc profluvium feliciter usurpabat. *Ridlin* k) feminæ, præmisso vino medicato, hanc tragéam dedit: *decoct.* *pulvis,*

Rec. Tunic. inter. ventr. gall. dr. ij. corall. rub. præp. an. dr. j. *N. M.* cinam. an. scr. j. sacch. ros. tab. ad pond. omnium f. tragéa.

Timæana hæc erat:

Rec. Sem. cor. præp. dr. iij. N. M. galang. an. dr. j. corall. rub. præp. dr. j. & sem. caryoph. scrup. j. sp. arom. ros. dr. ij. sacch. ros. tab. ad pond. omn.

D. *Casp. Nævij* pulvis apud *Cratonem* talis: l)

Rec. Sem. anthor. & plantagin. an. dr. j. cymin. torrefact. scrup. ij. gummi arab. scrup. j. sangvinar. dr. j. corall. r. scr. iv. coriand. præp. dr. j. & sem. sumach. dr. sem. berber. scrup. j. N. M. torref. dr. j. troch. de carabe scrup. sem, f. pulv. subtil.

h] S. XXV. p. m. 388. i) S. III. p. 86. k) C. III. obs. 22. l) L. VII. consil. 84. p. m. 576.

D. *Augustini Schurfij* pulvis roborans & adstringens hic erat: m)

Rec. Spec. arom. ros. Gabriel., sp. diambr. & de gemmis an. dr. j. & sem. *macis* dr. j. caryoph. dr. sem. Zinizb. alb. dr. ij. cinamom. inter. dr. ij. & sem. coriand. præp. dr. j. nucis cupress. ros. rubr. an. scrup. ij. squinanth. dr. sem. N. M. torrefact. dr. j. & sem. sacch. albiss. unc. vj. M. f. pulv.

electuar. §. 3. *Höferi electuarium* tale: n)

Rec. Conserv. ros. viol. an. unc. j. & sem. carn. citr. condit. unc. j. N. M. num. j. corall. rubr. præp. matr. perlar. præp. an. dr. j. & sem. conf. alcherm. dr. ij. c. sirup. acetos. citr. q. s. f. electuar.

Dolæanum verò hoc:

Rec. Conserv. absinth. pont. dr. iij. R. cichor. condit. unc. sem. N. M. *condit.* dr. v. sp. diarrhod. Abb. dr. j. & sem. lap. hæmatit. præp. dr. sem. c. sir. acet. citr. f. elect.

cerat. §. 4. *Rolfinc* o) Virgini, ex immodico mensium profluvio syncopticæ, ceratum dedit sub umbilico gestandum.

Rec. Ungvent. infrigid. Galen. & Comitiss. an. unc. sem., succi hypocistid. dr. ij. pulv. gallar. mastich. *N. M.* strobyl. cupress.

m) Idem l. c. consil. 85. p. 579. n) H. M. L. II. p. 204. o) L. IV. cons. 1. p. 399.

preſſ. an. ſcrup. j. c. ol. roſ. & cer. q. s. f. ceratum, aſpergat. pulv. maſtich.

Adde trypher. minor. Phænonis Mesvæ, ſed cum animadverſionibus *Zwelferianis.* p)

§. 5. *Ungventum Nævianum* apud *Craton.* hoc: p) *ungvent.*

Rec. Ol. de menth. & abſinth. an. unc. j. N. M. ſcrup. j. ſpec. cerat. ſtomach. ſcr. ij. M. & c. s. q. ceræ f. ungvent.

§. 6. Fluxum menſium poſt mortem notavi *Slageloſa* in Dania. Etenim *Petri Olai* filia, xviij. tunc annorum, ipſis diebus canicularibus, inſtante menſium fluxu, cum ſociabus ſuis, die quodam Dominico, ad largum usque ſudorem, choreas in horto parentis duxerat. Hinc ſangvis calidior acriorqve factus, præſertim in puella valde bilioſa, impetuoſius ſeqvente nocte prorupit. Tentantur, more plebejo, varia, ſed ſine ſucceſſu. Tertiô demum die circa quintam veſpertinam vocatur *Cortummius* noſter. Seqvor virum, ſed circa octavam puellam offendimus extinctam, cujus è pudendis ſangvis adhuc largiter fluebat, parvâ interdum morâ datâ. De menſtruo, quarto die poſt mortem effuſo, agit D. *Helwichius.* r) *obſ.*

§. 7. Narrat *Kerckringius,* s] gravidam irâ percitam ſtatim menſes ſenſiſſe fluentes, *alia,*

p] P. A. Cl. XIV. p. m. 468. ſeq. q) l. a. p. 71. r) Dec. III. Eph. ann. IV. obſ. 31. s) Obſ. 87. p. 169.

qui singulis mensibus fluebant; quindecim verò ante partum diebus sine intermissione fluxêre. Peperit puellam, cui, inaudito exemplo, ipso nativitatis die usqve ad xv. dies menses fluere visi sunt, deinde suppressi redierunt post exactum mensem, & post alterum iterum, tertium iis correpta anno 1668. Mens. octobr. Amsteldami epileptica puella decessit.

CAP. VI.

DE USU N. M. IN PROLAPSU UTERI.

§. 1.

BArbari olim nominabant hunc affectum *uteri præcipitationem*: alii cum Germanis *descensum uteri*, seu colli ejus, eine Sencfung der Mutter / & prolapsum eorum, einen Vor-oder Ausfall der Gebähr-Mutter / ita distingvunt, ut per hunc intelligant massam carneam extra limites genitalium propendentem, per illum autem adhuc intra rimam magnam, ut vocant, subsistentem. Alii *herniam uterinam* nominant, einen Mutterbruch / quod nomen licèt nonnullis parum arrideat, defenditur tamen à *Frid. Winklero* in diss. inaug. *de lapsu vaginæ uteri*, sub umbone *Slevogtiano* Jenæ habita. Qvicquid sit, gratulamur nobis de assistentia *N.M.*

§. 2.

§. 2. Qvædam per aliquot annos hoc prolapsu laborârat, jamqve gravissima circa cor & pectus symptomata hysterica perpessa, utebatur *vino medicato*, postea aqvâ vitæ mulierum, & tandem emplastro de baccis lauricum pulv. chamomill. rut. & rosmar. ol. mastich. & chamom. parato, sicqve integrè restituta fuit. Cum vinum N. M. recipiat, adjicimus: *Vinum;*

Rec. Rad. bryon. dr. vj. vincetox. valerian. diptamn. alb. an. dr. ij. & sem. asar. dr. j. cort. aurant. unc. sem. H. chamædr. chamæp. salv. meliss. an. scrup. iv. sem. fœnic. dr. iij. bacc. laur. dr. j. junip. dr. ij. N. M. dr. j fl. cartham. unc. j. borrag. scrup. ij. sem. carth. dr. j. f. senæ s. st. unc. v. agaric. dr. j. M. D. t)

§. 3. Honesta Virgo pudendum quidem habebat naturaliter conformatum, sed à membrana carnosa & undiquaqve rugosa, firmiter ei annata, unà cum crinibus, totum contectum, & qs. marsupio, seu sacculo, obvolutum. Id pro lubitu & citra molestiam amplissimè dilatare, iterumque sufflaminato halitu, constringere & retrahere poterat. Quod tàm arctè constrictum ne guttulam exsudantem emisit. Sola mater præmaturè defuncta, unà cum obstetrice, etiam è vivis sublata, noverat, nec ipsi quidem Patri, ut sanctè fassus est, innotuerat unquàm. Nupsit tandem Clarissimo Viro, qui in copula *obs.*

Tt 3 con-

t) Grüling. C. IV. obs. 96.

conjugali rem insolitam cum stupore animadvertens, fusius exponit Socero. Hic autem, se omninò nescivisse constanter asseruit, enixè rogitans generum, ne divulgaret. Tacuit: donec post excessum conjugis *Cortnummio* nostro aliquando recenseret, addens; eam nihil difficultatis, nihil molestiæ, nihil etiam periculi, vel in partu, seu extra eum, sensisse unquàm, venustæ prolis matrem. Figuram, ipsâ mariti manu, post mortem adumbratam, & traditam *Cortnummio* alibi dedimus. Similem ferè historiam, tristioris tamen fati, consignavit ὁ θαυμάσιος *Bartholinus*. u)

alia, §. 4. Audax mulier, sexum celans, multis annis militis stipendia meruerat. Vulnere tandem in ingvine accepto, dolus à Chirurgo detectus est. Ad incitas postea redacta stipem colligebat per urbem. Ad me etiam veniens in Westfalia, affectum suum non tantum verbosius exposuit, sed etiam naturalia sua ultrò ostendit. Tota pubes subflavis luxuriabat pilis, à dextra verò parte plica dependebat satis longa. vv) De *plica barbæ* vid. Ephemerides nostras Curiosas. x)

alia, §. 5. De prolapsu uteri, & partu ex eo sine dolore vid. *Hünerwolfianam* observationem, y) de uteri procidentiæ excisæ felici eventu autem *Wepferianam* lectu dignam. z)

CAP.

u) C.V. hist 9. vv] conf. Dec. I. Eph. ann. III. obs. 220. x) Dec. II. ann. VIII. obs. 94. y) Dec. III. ann. I. obs. 114. z] Dec. II. ann. VII. obs. 54.

CAP. VII.

DE USU N. M. IN FLUORE ALBO.

§. 1.

MAlum hoc misellas feminas sœpiùs excruciat, inprimis vetulas, etiam ipsas gravidas, menstruosàs, & alias, fit à glandulis uterinis obstructis & vasis lymphaticis apertis ac erosis. In Belgio frequentius est, quia mulieres ibi abutuntur acetariis. Videbimus, quæ vires virtutesve contra id in *nuce* nostra sint.

§. 2. Mulier quadragenaria per annum affligebatur hoc fluore cum magna acrimonia, appetitu prostrato, omniumque virium langvore, dedit *Grüling.* a] *vinum*, quod purgavit absterſitque humores corruptos: *Vinum.*

Rec. Rad. byron. ireos, fœnic. an. dr. sem. H. artemis. ebul. sambuc. hyssop. absinth. an. M. sem. bacc. junip. dr. sem. fol. sen. s. st. dr. iij. agaric. dr. ij. rhabarb. dr. j. & sem. mechoacan. dr. ij. cinam. caryoph. an. dr. sem., *macis*, scr. sem. incis. & cont. superfund. vin. rhen. q. s. Colati dosis est cyathus unus manè.

Si verò magis adstringere velis, ut glandulæ & vasa roborentur, & pristinam recuperent texturam, tale propinabit *Jüngken.* b)

a) C. III. obs. 22. b) in praxi med. p. 474.

Rec. Rad. caryophyllat. unc. ſem. galang. d -.ij. H. rosmarin. menth. meliſſ. an. M. j. ſcarleæ M. ſem. fl. balauſt. P. ij. bacc. laur. dr. j. N. M. dr. ſem. croc. ſcr. j. inciſ. D. pro nodulo vino imponendo.

potio, §. 3. *Potio* purgans apud *Rofinccium* hæc: c)

Rec. Rhabarb. el. dr. iij. R. Jalap. dr. j. fl. 4. cordial. an. P. ij. cinam. *macis* an. ſcr. j. coq. in ſ. q. aq. ſambuc. In colat. unc. V. ſolv. extr. panchymag. ſcr. j. ſirup. cichor. c. rhab. unc. ſem. aq. cinam. dr. j. M.

ſirup. §. 4. Si pituita peccet, commodè convenit *Sirupus Zacuti*, quem ex *Grülingio* d] deſcribit *Scharfius*. e) *Sennertus* proponit *pulverem* ſuum: f)

pulv.

Rec. Corall. rub. præp. bol. armen. terr. ſigill. an. unc. j. margarit. præp. ſcr. j. maſtich. dr. ſem. rad. cyperi ſcr. ij. *macis* dr. ſem. ſacch. roſ. tab. ad pond. omn. f. pulv.

Vel: ℞. Succin. præp. CC. ſine igne, unicorn. foſſil., cryſtall. præp. an. dr. j. maſtich. *N. M.* an. dr. ſem. extr. opii gr. vi. camph. ſcr. ſem., ol. ſuccin. & caryoph. an. g. iij. M. f. pulv. Doſ. dr. ſem. c. aq. menth. vel meliſſ., ſeu decoct. rorismarin. g)

Lotichius h] ſvaſit feminæ ſterili, totis ferme die-

c) L. XI. conſil. 4. d) P. II. de ſecund. univerſal. evacuat. gener. p. 93. e) de junip. c. 23. p. m. 312. f] L. IV. Prax. P. II. S. 2. c. 12. p. 200. g] Jüngken. prax. p. 473. h) L. V. c. 1. obſ. 12.

diebus ſatis vehementi & moleſto hoc fluxu detentæ, ut mane ac veſperi foliis ſalviæ ſuper prunas injectis ſuffitum excitaret, eumque locis naturalibus intra veſtes exciperet, cunprimis verò hac *tragéa* aliquot diebus ex aqua plantaginis & vino uteretur.

Rec. Pulv. H. potentill. cap. Vener. an. dr. ij. ſ. plantagin. mal. corall. alb. an. dr. ſem. *nuciſt.* caryoph. an. ſcrup. ij. eſſ. citr. ſcr. j. ſacch. ros. tab. man. Chriſt. perlat. an. unc. ſem. M. f. tragéa. S. Mutter-Trieſenet.

Elapſo octiduo Hameliam rediit, ſucceſſum commendavit, egitqve Medico ſuo gratias. Riedlin., i) præmiſſo purgante, ſeq. pulverem cuidam commendavit bono cum effectu.

Rec. Pulv. rad. tormentill. *N. M.* an. dr. j. & ſem. corall. r. ſuccin. alb. præp. an. ſcrup. ij. ſangv. dracon. ſcr. j. ſacch. ros. tab. dr. v. M. S. ſtill-Pulver Dos. manè ac veſperi eine gute Meſſerſpitzen voll.

In menſibus albis, flatibus ventriculi, utero humido ac frigido, lienis abſtructione & ruptura umbilici Generoſæ Dominæ *D. Joann. Nævius* apud *Cratonem* k) pulv. ordinavit ſtomachicum *mace* auctum. *L. Jeremias Schmär,* Amicus veteranus, ad imitationem *Ebenianam,* l) aliqvot hoc pulvere reſtituit:

i) Cent. obſ. 66. p. 153. k) L. VII. conſ. 89. p. 601. l) obſ. 19.

Rec. Adianth. magn. dr. ij. corall. r. succin. alb. an. præp. dr. j. CC. ust. præp. dr. sem. *ol. dest. N. M.* g. iv. f. pulv. Divid. in 6. p. æqv.

Gloriatur D. *Phil. Ludov. Eben.*, Physic. Memmingensis, m) se tres nobiles feminas fluore hoc laborantes pulv. hoc in decocto fol. rorismar. dat. sanitati restituisse. Imò solo decocto rorismarini *Lindenius* noster aliquoties fluorem hunc curârat. *Trageam* hystericam *Qvercetani* vid. apud *Schröderum.* n]. Superiori hyeme duas feminas, alteram xxxviij. alteram Lvij. annorum à fœdo hoc fluore cremore seminis lactucæ, prius in aqua extinct. chalyb. macerat., addito pulvere *N. M.*, præmissô purgante, omni ex voto curavi. Debeo hoc secretum Doctori meo Summo *Bartholino*, qui rara inter experimenta, sœpiusqve feliciter probata, in Italia acceperat. o)

elect: §. 5. In formulis *Sydenhamianis* & hoc reperitur *Electuarium*: p)

Rec. Theriac. Andromach. unc. j. & sem. conserv. flaved. aurant. unc. j. diascord. unc. sem. Zingib. condit. & *N. M. condit.* an. dr. iij. pulv. è chel. cancr. composit. dr. j. & sem. cort. exterior. granat. R. an.

m) in cent. obs. posthuma à J. Franco edit. n) l. c. p. m. 271. o) Vol. V. Act. Hafniens. obs. 36. p) V. Dec. II. Eph. Curios. ann. x. in. append. p. 185.

R. angelic. hispan. corall. r, præp. & troch. de terr. lemnia an. dr. j. bol. armen. scrup. ij. gumm. arabic. dr. sem. c. s. q. sir. de ros. sicc. f. elect. Qvo de sumat, ad magnitud. N. M. major. mane, hor. quintâ pomeridiana & nocte per mensem integrum, superbibend. infusionis cochlear. vj. quæ ibidem extat. Promit *Bartholinus* noster elect., à se nonnihil immutatum, alternis diebus quantitate N. M, exhibendum, quod bene cessit Matronæ fluore hoc fatigatæ. q)

Rec. Limat. chalyb. præp. & nutrit. in acet. omnium, per IX. dies unc. ij. myrobalan. chebul. Indor. belliric. emblic. *N. M.* an. dr. V. sem. nasturt. ind. ameos, H. origan. piper. oliban. zingib. pulp. tamarind. spic. nard. squinanth. rad. cyper. an. dr. iij. contund. contundenda, & tere terenda, inprmis myrobolana contund. c. ol. amygd. dulc., quod deinde prorsus abstrahat, ut sicca sint, exinde in pulv. tere, ut f. elect. in mulso seu vino alternis diebus exhibendum,

§. 6. De fluore muliebri *croceo* vide observ. *obs. Cummenian.*, r] de alio in gravida toto gestationis tempore sine omni noxa durante *Pechlinianam*, s) de phtisi ex fluore albo lethali

q) Vol. cit. Act. Hafn. r) Dec. I. Eph. ann. III. num. 115. s) L. I. num. 36.

thali *Wincklerianam*, t] de alio fluore, seu lympha varii coloris è naturalibus copiosè fluente *Harderianam*. u)

CAP. IIX.

DE USU N. M. IN CHLOROSI.

§. I.

CHlorosis non tantùm secundùm Venerandam Antiquitatem à mensium suppressione, sed potius à denegato usu & exercitio Venereo in libidinosis virginibus viduisque oritur. Ideò *cachexia*, seu *febris alba*, vel *virginea* nuncupatur, ut mensium obstructio, quæ communiter individuus ejus comes, consequens esse videtatur. Propterea *Hippocrates* in tali passu Venerem commendat, si modò licitè fieri nequeat. Κελεύω δὲ ἔγωγε παρθένους, ὁκόσαι τὸ τοιοῦτον πάσχωσιν, ὡς τάχιστα ξυνοικῆσαι ἀνδράσιν. *Ego verò jubeo virgines, cúm hujusmodi patiuntur, quàm citissimè* Viris cohabitare, vv) Λαγνείη τῶν ἀπὸ φλέγματος νούσων ὠφέλιμον: *Coitus morbis ex pituita cómmodus*. x) Et sanè Virgines subviridi, lurido & pallido colore defœdatæ, si viro nubant, floridum roseumqve nancisci solent colorem, ut sœpius invenu-

stæ

t) Dec. I. Eph. ann. VI. num. 203. u) Dec. III. ann. II. num. 102. vv) L. de morb. virgin. III. x] VI. Epid. V. 39.

tæ virgines formosissimæ evadant uxores, qvem nitorem etiam *nuci* nostræ debent.

§. 2. *Bernhard. Barnstorf*, Physicus nunc & Prof. Rostochiensis, y) ad emendandos in universo tum corpore, tum sangvine, scatentes humores pituitosos & acidos præscripsit *vinum*, quotidie inter prandium & cœnam, ut & aliàs mediocri quantitate usurpandum. *vinum*,

Rec. Rad. apii, enul.camp.angelic. an. dr. ij. H. majoran.salv. rorismar. an. M. j. caryoph. P. ij.sem.fœnic., dr. j. & sem. cinam. acutiss. N. M. cort. aurant, an. dr. j. D. incis. & contus.

Aliud dat *Höfer*. z]

§. 3. Emmenagoga inter, quæ particulas volatiles salinas sulfureasqve in massa sangvinis magis augent, & motum utrumqve fortiorem reddunt, dum enim legitimus ὀργασμὸς sangvini restituitur, & rapidius ille circumpellitur, promtius clausa arteriolarum oscula perrumpit & exitum invenit. talia inter *Julius Albert. Stokhausen*, Goslariensis, a) hanc *mixturam* offert: *mixtur.*

℞. Liqv. CC. succinat, dr. j. & sem. tinct. corall. volat. dr. ij. *ol. macis* g. iij. M.

§. 4. Ad viscera roboranda *pulvis Verzaschæ* haud erit inutilis: b) *pulv.*

Rec.

y) in disp. sua inaug. de h. m. c. VI. §. 6. z) medicat. famil. p. 325. a] disp. inaug. de h. m. art. 17. p. 25. b) obs. 71. p. 152.

Rec. Sp. aromat. caryophyll. dr. ij. lætif. Galen. dr. j. diamargar. calid. dr. sem. ol. caryoph. cinam. an. g. iij. sacch. opt. unc. vj. f. tragéa mane ac vesperi, more consueto, usurpanda.

elect, §. 5. *Electuarium chalybeatum Barzonij*, prudenter à *Zwelfero* reformatum, odore & sapone gratissimum est, virguncularum posthac magnum refugium: c)

℞. Vitrioli martis, seu chalybis dulcis, cum Spiritu Vitriol. fact. unc. IV. solv. in aq. cinamom. vel. meliss. unc. IV. cui statim junge sacch. pulveris. unc. xiij. quod prius impraegnatum sit oleis seqq., utpote *ol. stillat.* cinamom. *nucist.* an. scr. j. & sem. *macis* scrup. j. Hisqve optimè commixtis add. mellis melisl. juxta modum nostr. parat. unc. xiij. f. elect:

rotul. §. 6. *Rotulæ Verzaschianæ* tales: d)

Rec. Sp. aromat. caryoph. dr. j. & sem. diagalang. dr. sem. fecul. bryon. scrup. ij. conf. alcherm. incompl. dr. ij. *ol. macis* cinam. an. g. iij. sacch. opt. in aq. meliss. sol. unc. IV. f. l. a. rotul. pro beneplacito usurpandæ.

ungvent. §. 7. J. *Philipp. Purgold* hoc dat *ungventum*, quô regionem Ventriculi & circa umbilicum sœpius inungi jubet. e)

Rec. Ungvent. stomach. Craton. dr. ij. & sem.

c] P. A. R. Cl. XIV. p. m. 454. d) l. a. e) disp. inaug. de h. m. §. 36.

ſem. ol.deſt.abſinth.dr.ſem.*ol.N.M. expreſſ.* dr.j. *deſt. N. M.* ſcrup. ſem. ther. Androm. dr.j. & ſem. M. S. Magen-Sälbgen.

§. 8. Virgini, morbo virgineo tortæ, corallia rubra circa collum *albeſcere* cœperunt, palloremque ſuum, etiam latrinæ appenſa, conſtanter retinuerunt notante *Pſahlio* noſtro. Refert ex *J. Bapt. Helmontio* f) Excell. *Lentilius*, g) corallia rubra frictione ad mulierem, ex utero ægrotantem, pallorem contrahere permanentem, verum ad carnes ſanæ mulieris ſi affricentur, priſtinum recuperare fulgoris ruborem, qvod tamen noſtra refellit hiſtoria. Et memorabilis ſanè illa de coralliis, in corpore ad ſenſum ſano ruborem ſumm perdentibus, qvem in cachectico unicâ nocte feliciter recuperârunt. Legi meretur obſervatio iſta cum ſcholio *Lentiliano*. Cum verò *Phalius* addiderit, etiam latrinæ appenſa, ne neſcias velim, tentamen iſtud ex *Beckero* h] eum hauſiſſe, qui ſcribit: quacunque etiam de cauſa corallia ruborem ſuum amiſerint, tamen facilimè eundem recuperare cloacis appenſa. De chloroſi matrimonio percurata vid. *D. Muralt.* obſervationem. i) *obſ.*

CAP.

f) in tumulo peſtis g] Dec. II. Eph. ann. IV. obſ. 153. h) Med. Microcoſm. L. I. c. 10. p. 43. i) Dec. II. Eph. ann. VIII. obſ. 10.

CAP. IX.

DE USU N. M. IN PASSIONE HYSTERICA.

§. 1.

PAssiones, *hystericæ* vulgò dictæ, quas quidem si à parte immediatè affecta fieri debeat, & facta censeri denominatio, neqvaquam utero tribui, sed hyprochondriacis potius visceribus adscribi debere, postquam rectè monuit *Highmorus*, habuit, qui hanc causam post eum magis magisq; prolixiè orarent, Elegans suffocationis hujusmodi *hystericæ*, seu *hypochondriacæ* in Viro exemplum notavit Excell. *Pechlin.* k) Felices ter & amplius, si quid juvaminis vel levaminis à *nuce* nostra sperandum sit.

aqua, §. 2. *Aqva hysterica*, seu matricalis, vel de *melissa composita* in officinis Ulmensibus in frequentiori usu, autore *Horstio*, hujus descriptionis est; l)

Rec. Fol. meliss. recent. libr. ij. rut. hort salv. nobil, an. unc. IV. fl. anth. unc. j. bacc. laur. castor. opt. N. M. an. unc. sem. cinam. opt. caryoph. an. dr. ij. *macis*, cort. citr. sicc., spic. ind. an. dr. j. Incis. & contus. pon. in alembic. vitr., superfund. parum vini, & sic macer. in Sole per dies XIV. Tunc. destill. Aliam

k) L. I. obs. 31. l) V. append. ad Thoner. observ. p. m. 366,

Aliam aquam melissæ compositam habet *Dorncreil.* m) Aqua hysterica c.castor.D. *Jacob Martini*, Physici Lubecensis, hæc erat: n)

Rec. Cinamom. unc. j. caryoph. Zingib. N. M. gran. paradis. Zedoar. an. dr. vj. cort. citr.aurant.an. unc. sem. spic. Ind. scrup. iv.castor.unc. sem.H. scariol. puleg.scord.meliss.menth. cr. abrotan. femin. matricar.an.unc. ij. salv. unc. viij. majoran. unc.sem. summit. rosmar. recent.unc.Iv.vin.adust.libr.vj. Vin.Isen. opt.libr. xvj. p.c.macerent.per triduum in loco calid. & dest. in MB. o)

Aquam hanc *J. M.* inter secretiora sua referebat, vocabatqve *apoplecticam.* Apoplexiæ enim uterinæ, quæ ob partûs difficultatem evenit, mirificè succurrit, quin & inprimis dolores partûs sopitos egregiè excitat & promovet, partum insuper, menses & secundinas expellit, flatus discutit, uterique suffocationem curat. Aliam aqvam hystericam habet idem *Dorncreil.* p) Aqua Dominarum *J. Schoneri*, Prof. Gryphisvvald., ita præparatur:

Rec. H.. menth. cr. s. s. meliss. an. M. ij. salv. minon.majoran. an. M. j. cinam. opt. *N. M.. macis*, Zinzib., gran. paradis. cubeb. card.amom. an. unc. ij. ca-

Vv ryo-

m] dispensat.nov.P. II. c.11.p. 49. n] Id. l. a. o) l. c. p) l. c. p. 47. seq.

ryophyll. unc. j. & sem. piper. long. diptamn. alb. an. dr. vj. galang. cass. lign. an. unc. sem. Concis. & contus. aff. vin. gallic. hispan. & malvat. an. Mens. ij. postea destillent. in MB. & serv. ad usum.

Deckeriana hæc:

Rec. H. puleg, menth. cr. rut. an. M. ij. fl. lavend. P. ij. sem. levistic. bacc. laur. an. unc. sem. myrrh. dr. ij. N.M. dr. j. vin. gallic. pint. iij. M. post. brevem in calore infusion. destill. per M. B.

Saluberrima etiam aqua hysterica *Mynsicht.* q) D. R. apud *F. Hofmann.* r] *Qvercetanum*, s) in Pharmacopoea *Norinbergensi*, s) in lexico pharmacevt. *Spinæ*, t) aqua tristantis, vitæ mulierum, virtutum apud *Schröderum* u) & *Zwelferum.* vv) &c. *Vinum* matricale habet *Schröder* x) & *Hofmaon.* y)

mixtur. §. 3. *Mixtura Sylviana* cochleatim data boni etiam usûs: z)

Rec. Aqv. puleg. unc. ij. theriac. simpl. dr vj. tinct. castor. dr. ij. *ol. destill. macis* & succin. an. g. iij. sirup. fœnic. unc. sem. M.

Se-

q) S. XIX. p. 318. r) in thes. pharmacevt. p. 28. s) Ph. dogmat. restit. c. 7. p. 93. s) V. Jüngken. lex. Pharmacevt. lex. pharmacevt. p. 34. t) in lexic. p. 80. seq. u] l. a. p. 153. seq. vv] Ph. Reg p. 895. x) l. c. p. 227. y) l. a. p. 78. z) L. I. Prax. p. 141.

Sequentem CL. *Decker* a) optimo cum successu sœpius exhibuit:

Rec. Aq. antihysteric. nostr. unc. ij. cort. citr. unc. j. ther. simpl. dr. vj. spirit. sal, armoniac. scrup. j. tinct. castor. dr. j. ol. succin. g. iv. sirup. artemis. dr. vj. M. D. Sœpius cochleatim.

§. 4. *Spiritum matricalem camphoratum* Ulmæ usitatum sic describit *Thoner.* b) *Spiritus.*

℞. Cinamom. *macis*, cubeb. cardamom. gran. paradis. an. unc. j. galang. piper. long. Zedoar. an. unc. sem., salv. menth. cr. an. M. iv. Incid. omn. minutiss., inf. in sp. vin. opt. rectific. in loco calid. per dies xiv. moveant. aliquoties, deinde destill. igne lento.

Rec. Camph. ol. amygd. d. an. libr j. M. optimè, & in alembic. altisſimo digere in MB. vel ciner. per dies xiv. seu plures, dum camphora totaliter dissolv. cum oleo. Postea superfund. spirit. præscriptum, & rursus per aliquot dies putrefiat, ut spiritus vini essent. camph. extrahat, dein lento igne in baln. destill. usque ad dissolution. camphor. In destillatione pon. aliquot grana. coccinea Kermes in alembico, ut rubedinem contrahat.

a) in not. ad Pr. Barbett. L. iv. c. 10. p. 218.
b) in append. ad observ. suas p. 366.

ræstantissimus puoque *Zwelferianus*, c) citatus etiam à *Spina*, d)

pulv. §. 5. Pulvis hystericus, seu matronalis D. *Zach. Neukrantzij*, Physici Stralsundensis, expurgat illuviem uterinam, menses, secundinas & partum propellit, flatus discutit animi defectiones ob vapores ab utero sublatos arcet, matricisque suffocationem abigit, uterum calefacit, nec non dolores ejus, ut & colicos, placat, estqve talis:

Rec. Cinam opt., sem. ammeos, seseleos an. unc. ij. & sem. fœnic., apii, carvi, N. M. calam. aromat., galang. an. dr. sem. Zingiber. *macis*, caryop. an, dr. j: croc. orient. an dr. iij. & sem. f. pulv.

Similis ferè huic *pulv. Dominarum Foresti*: e) Efficacissimus pulvis *Riverij* f) fit ex duabus partibus sulfuris & una *nucis moschatæ*.

pilul. Dosis est dr. j. Optimi etiam usus *pilulæ hystericæ Zwelferi*, quas transcripsit *Spina* g) à scr. sem. ad integrum datæ.

balsam. §. 6. Duo *electuaria* contra uteri strangulatum sistit *Tilingius*. h) *Balsamum hystericum Zwelferi* hoc est: i)

℞. *Ol. M. N. expr.* dr. ij. axung. castor. rec. scr. j. camphor. dr. sem. ol. stillat. galban., lavend.,

c) append. ad animadvers. p. 78. d) l. c. p. 874. e) L. XXVIII. obs. 4. f) L. IX. Prax. c. 6. p. 304. g) l. a. p. 689. h) de opio p. m. 508. seq. i) l. a. p. 86.

lavend.,macis,majoran.,menth.,succin. an.scr. sem.M. sine igne & servet.

Proderit quoque *emplastrum* hystericumLondinensium. k] *Pessum* odoratum ad uterum retrahendum ita conficit *Joël*; l) *emplastr.* *pessus*

Rec, Galliæ moschat, dr. ij, cinam. el, caryoph. *macis* an.dr.j. mosch. gr. v, styr. calam.dr.ij.terebinth.q.s. formet. glans uterina seu pessus, & inung. ol. angelic.g. iij, ac sindoni obvolut, matrici inseratur.

Acetum externum offendes apud *Schröderum.* m) *Lazarus Riverius* n) format *emplastr.* ex gumm. caragnæ unc. sem. *pulv. N.M.* & caryophyll.an.dr.j.& sem.ol.succin. g. iv. terebinth. dr. ij. quod ad formam,scuti fieri debet, & in parte acuta,quæ ad vulvam vergit,apponenda aliquot grana moschi, seu Zibethæ, ut gratum odorem utero inspirent, ipsumqve retrahant. Moschi grana tria excip. cotone,pauco oleo humectato, & intrudantur in foramen umbilici. Deinde admoveatur emplastrum parvum ex galbano liqvato., *acetum, empl.*

§. 7. Ut naribus graveolentia, sic femoribus εὔοσμα applicentur. Hæc sunt Zibeth., M.N.,ol.naphtæ &c.in quibus unum seu alterum mosci granum:

k) Spin.l.c. p.409. l) L. VIII. Prax. S. I.p. 446. m) l. c. p. 128. n) l. a. p. 301.

Rec. Zibeth. gr. iij. ambr. mosch. an. g. j. excip. ol. succin. scr. j. N. M. *expr.* dr. sem. & mole cicer. inung. umbilico. o)

obs. §. 8. Vocabatur Celeberrimus *Paulli* p] ad Matronam vehementissimis correptam hystericis symptomatibus. Applicuerant ante adventum ejus mulierculæ umbilico illius empl. de galbano, ipse verò aquam hysteric. vel *Arnisæi*, seu *Fabritij* dabat, colloqve ejus frustulum castorei sindoni raræ involutum suspendi, perdicum pennas ustulare, aut N. M. torrere jusserat. Tum illa stridulâ voce ajebat; egone, quæ nec emplastri uterini mihi applicati odorem ferre possum, foetida illa suffeceram insuper, certè enecabor, quæ odore N. M. sed non ustulatæ, antidhac refici sum solita. Sciscitabatur Medicus, annon offenderetur halitu chirothecarum ex aluta hispanica, seu italica redolente confectarum & illa regerebat, nihil sibi posse accidere gratius. Jussit ergò avellendum ex galbano empl., & substituto ei aliud ex tacamahaca svaveolentius, & loco aquarum hystericarum castoreum participantium commendabat aquam cinamomi citratam, in cujus uno itemqve altero cochleari ei fecul. bryon. scrupulum propinavit & mitescebant quidem symptomata, at recrudescebant, donec seq. linimentum bombace exceptum clitoridi subderet.

Rec.

o) Vid. Rolfinc. L. III. Epit. cogn. aff. partic. c. 24. p. 358. p) Botan. quadrip. Cl. III. p. 1304.

Rec. Balſ. nigr. Peruvian. ol. jasmin. non rancid. an. dr. ij. Zibeth. opt. ſcrup. ſem, M.

A cujus uſu urgentisſima ſymptomata, ut erant hypochondriorum & totius abdominis inflationes, ac murmura, quæ nec cingulo ex corio humano compeſci, nec manibus comprimi poterant, nec non vertigo, dyſpnæa, ſyncope, magnâ adſtantium admiratione, cesſârunt.

§. 9. Pro certo mihi relatum eſt in nobili *alia.* quadam confœderati Belgii urbe, feminam, laudabilis vitæ & honeſtæ gentis, ex inaudito erga defunctum maritum amore, cum quo amicisſimè, in ſterili licèt conjugio, ulra xviij. annos vixerat, membrum, quô Vir fuerat, nemine ſciente, ei abſcidiſſe, & inter pretioſiora ſua argenteæ pyxidi incluſum ſanctè cuſtodiviſſe. Senior tandem facta crebrius paſſa eſt dolores hyſtericos, ad quos profligandos cum neſcio apud quem ſingulariter commendatum repériſſet pulverem de *priapo cervino*, ſubitò rata, rariorem ſibi in ſcriniis eſſe theſaurum. Fecit ergo periculum & raſuram *mentulæ maritalis* in vehiculo ſumſit præſentisſimo cum levamine. Tentavit ſœpius, nunquàm infauſtè. Confluunt aliæ mulierculæ, in eâdem nave navigantes, ſemperqve diſcedunt reſtitutæ, ut hôc remediô tandem celebrem ſibi pepererit famam. Poſt obitum tandem arcanum hoc ab ipſomet ejus

fratre est, uti vir fide dignus, rerumque naturalium curiosus indagator, juratò asseruit.

alia, §. 10. In suffocatione uteri ad excitandas sensu & motu qs, privatas egregiè conducere, teste *Hippocrate*, q) sternutatoria, sedentibusqve applicari debere, r] non semel notavi in *Ursula Catharina Tammin*, robusta femina.

CAP. X.

DE USU N. M. IN EPILEPSIA UTERINA.

§. 1.

CUm fœcundissima multorum morborum genitrix uterus sit, è quo tanquam ex equo Trogano terribiles prosiliunt affectus, haud mirabere etiam *caducum*, genuinum ejus partum, quem brevissimè nunc delibabimus.

potio, §. 2. *Höferus* s) in convulsione hysterica feminæ dedit *potionem mace* auctam. Inserviet etiam *aqva hysterica* D. *Martini*, capite præcedente descripta, quam in Holsatia sœpius feliciter adhibitam notavi.

extract: §. 3. *Extractum diapœonias Mindereri* maximè hîc valet secundum animadversiones *Zwelferianas* dextrè præparatum. Sic enim habebis essentiam *cephalicam & hystericam* effica-

q) de morb. mulier. 2, S. 1. §. 263. r) Vid. Ettmüller. Opp. P. I. p. 575. s) l. c. p. 698.

efficacissimam, omnes aquas cephalicas & hystericas, quocunqve etiam magnifico & pomposo titulo insignitæ sint, multis parasangis superantem. Qvam pro lubitu ulterius oleis nonnullis destillatis aromatisare, aut sirupo de cinamomo, ad modum *Zwelferianum* confecto, edulcorare poteris. *t)*

§. 4. Tanti æstimat Expertissimus noster *Dahlbornius* hoc remedium in *epilepsia uterina*, ut nuper mihi ingenuè fassus sit, se potissimum eô vel centies & centies mulierculas deploratissimas ex orco quasi in lucem revocâsse. Vocat igitur *medelam divinitus sibi datam, & nullo non præconio cohonestandam*, cui subscribit D. *Rosenwald*, Exercitatissimus Practicus, Amicus honorandus. *obs.*

CAP. XI.

DE USU N. M. IN MOLA.

§. I.

DUo infinitæ molis in hoc universo repetiuntur laboratoria, alterum *Naturæ*, alterum *Artis*: Hæc illius famula seu æmula est. Illa officinam suam primariò exstruit in globo terraqveo. Hinc alma omnium rerum Mater, nunquàm otiosa, ordinis operumqve suorum constantissima magistra est, quæ nec fallit, nec (sibi relicta) fallitur in suo magisterio. Præcipuam verò vim Majestatemque

t) P.A.R. Cl. VII. p.m.251.

que suam in homine, ceu consummata totius synopsi, splendidè exserit. Et licèt aliquando impediatur, non planè tamen deficit sed, antequam nihil agit, *monstrum* potius format *molamvé*. Qva de posteriori heîc nobis sermo erit.

Obs. §. 2. *Molam* singularem avem *quadrupedem* exactè referentem transmisit Summus *Bartholinus D. Sachsio.* Scleleton ejus in museo suo servabat illustris *Rosenkranzius*, Præses Regius Soranus, meus quondam, dum studiorum causâ ibi commorarer, Patronus. Familiaris est hæc mola in Belgio, ubi vulgò *Suygers* vocatur, qs. *sangvisuga*, fœtui infesta sugillando, similis illi, quam *Lemnius* describit. u) Nonnullæ Matronæ Hafnienses molam hanc volatilem ediderunt, sed occultârunt, ne innotesceret. Post fœtum prodit, & cubiculi angulos pervolitando inquietat mulieres, quæ omni studio persequuntur feram, ut enectam comburant: credunt enim, nisi comprehensa comburatur, eam rursus uteri latebras intrare, sicqve mori puerperam. Observatum quoque aliquando, embryonis pedem ab hac commorsum in utero. Monstrum esse non dubito, & numero monstrorum quoque accenset *Licetus.* vv) Sed id mirum videtur, quomodo semina parentum in eam

u) L. I. de O. N. M. c. 8. vv) L. II. de monstr. c. 3.

am materiam in utero transmutari queant, nde aviculæ nascantur. x)

§. 3. Mulier 50. annorum, ultra triennium, *molam* gestabat, cum summa respirandi difcultate, ob compressum diaphragma, liberæ espirationis organum: venter prædurus erat, & sensim à pondere dolor inprimis hypochondria affligebat, si verò antrorsum propensa ventrem scamno imponens sufful-ciret, majus, quàm ex cubatione aliové situ levamen sentiebat. Hanc *molam* fœtidam magnamque, enormis cucurbitæ instar, xx. librarum pondere, quæ nullis antea remediis expelli poterat, beneficio *Spiritus salis ammon. salsi Zwelferi*, y) præmisso laxativo, feliciter exturbavit D. *Khonius*, Physicus Ulmensis, muliere adhuc superstite. z] *alia,*

§. 4. Honesta aliquot liberorum mater, nondum trigesimum annum supergressa, querebatur, ex utero suo prodire nescio quam carneam partim, partim membranaceam portionem, mediocrem spithamam longitudine, latitudine verò tres quatuorvé digitos transversos æquantem. Convocantur more suveto omnes penè cognatæ mulierculæ, quarum aliæ *molam*, aliæ uteri procidentiam, aliæ aliud quid p. n. inculabant. *alia;*

Ar-

x) Vid. Vol. I. Act. Medic. Hafniens. obs. 26. & Dec. I. Eph. Curios. ann. II. obs. 160. cum scholio y) in appendic. animadv. p. m. 74. z] Dec. I. Eph. ann. IX. & X. obs. 22.

Arbiter accersitur D. *Georg. Abraham Merklin*, Physic. Norimbergensis, primæ sententiæ subscripsit, nec fefellit opinio. Vix enim per octiduum uterus metuendæ putredini resistentibus injectionibus colluebatur simul ac exterius fovebatur, agendis reliquis sollicitè actis, cum ipsissima indigesta molæ moles derepente prosiliisset, quo femina ocius convaluit. a)

alia, §. 5. Rens alia, se esse gravidam, spe tandem frustrata, post tertium mensem enixa est molam, cujus medium erat glandulosum venulis, seu ligamentis tenuibus, firmis tamen circumcirca refertum, quibus validissimè adhærebant rotundæ parvæ glandulæ *ovorum gallinaceorum vitellis*, quoad colorem, simillimæ, durissimæ autem, & cultro dissectæ scirrhosum quid repræsentantes. b)

alia, §. 6. Virgo sub onere in aquam de ponte decidit. Qvô casu accrescentis lienis specie primum Chirurgo imposuit levis spleni tumor, regionem istam occupans, cui majus indies incrementum capienti remedia illa adhibuit, sed successus tàm ægram quàm medentem destituit. Omnibus probè expensis in abdomine excrescentiam quandam, qualis illa etiam sit sive molam quandam, non in utero, sed extra hunc latitare dixit Excell. *Frommannus*, Doctor quondam meus in Illustris

a] Dec. II. ann. III. obs. 143. b) Dec. I. ann. II, obs. 84.

ıſtrisſimo ad Itzam Athenæo. Apertô de-
ıum cadavere pigvem quandam *molam* in-
niſtro præcipuè latere latitantem, & inteſti-
is incubantem invenit, ſed oſſis ilii ſuperio-
i extremitati, à qua reſecabatur, conna-
am. Bilanei impoſita x. libras pond. civil.
quavit illa. Tota maſſa pingvedo erat, ni-
ilque alieni diſſecta exhibuit. c)

§. 7. De *mola* in vagina uterina circa ex- *alia*,
erîus pudendi orificium quinque annis lati-
ante, feliciter curatæ mulieris vid. D. *Jæ-
iſch.* d) De *gemina mola* in prægnante ve-
ıuſta obſervatio *Ledeliana*. e) De alia D.
Hartmann., Prof. Regiomontanus, f) quam
quæ viderant, aliæ *muris*, aliæ *porcelli*, aliæ *ca-
nis* memorabant ſpeciem, ut parum fidei tri-
buat illis, qui ab auritis teſtibus de monſtro-
ſis editis partibus garriunt: de *mola* aquosa
veſiculari eleganter D.D. *Schelhas*, Amicus
noſter ſingularis, g) de aliis alii, quorum ſcri-
nia jam expilare nolo.

§. 8. Quoad uſum *nucis* noſtræ in *mola*,
nihil prorſus addo, quàm quod olim in Borea
in Ephemeridibus D. *Ambroſij Rhodij*, Prof.
Regii, Amici honoratisſimi, ſcriptum repe-
ri. *Cœperam in Germania adhuc degens de
Molis librum conſcribere, quem poſtea multis
obſer-*

c) eâd. Dec. & ann. obſ. 17. d) & obſ. 79.
e] Dec. I. ann. IX. obſ. 147. f) Dec. III. ann.
V. obſ. 206. g) Dec. *II.* ann. *III.* obſ. 157.

observationibus, tàm meis, quàm alienis, aux *Multas siquidem, Deo opitulante, curavi* m las. *Auxilium mihi non pœnitendum plerum que tulit* N.M. *cruda pariter ac condita*, *semper ferè in subsidium vocârim optimam* nu cem &c. Prudenti pauca; Et D. *Samuel Le delius*, Medicus Grünbergensis, Amicus et iam colendus, constituerat, σὺν Θεῷ inte grum tractatum de *molis* conscribere, quem ad perfecerit, ignoro. h]

CAP. IIX.

DE USU N. M. IN STERILITATE

§. 1.

IDeò Deus utrumque sexum, masculum & femellam, condidit, eisque suâ benedictio nē vim generativam indidit, ut ex mutuo com plexu genus humanum diem propagaretu & conservaretur, ut ex eo Filius Dei Ecclesiam suam, in qua sola Deus verè agnoscitur & invocatur, plantaret. Duplex autem est ἀγονία καὶ ἀτεκνία. Una suprana turalis, quæ à solo Omnipotente curari po test, ut *Abrahæ, Annæ* matris Samuelis, *Za chariæ & Elisabethæ* &c. quæ ex sterilibus per solam omnipotentiam Dei redditæ sunt ultra naturam fœcundæ. Altera est, quæ vitio Naturæ accidit, & habet causas Physicas qua à pe-

h) Vid, Dec. I. ann. IX. obs. 147, p. 323.

à perito Medico tolli qveunt, ut fœcundæ reddantur feminæ. Accidit autem sterilitas physica, tàm ratione Viri, quàm ratione mulieris. i) Nos virtutem & efficaciam N. M. saltem monstrabimus.

§. 2. *Aqva imperialis* communis & paratu facilis *Qvercetani* hæc: k) *aqva*

Rec. Cortic. aurant. & limon. siccat. ad Solem. unc. IV. N. M. caryophyllor. cinam. an. unc. ij. H. meliss. majoran. thym. hyssop. prius per se exsiccat. an. M. j. fl. salv. anthos, calendul. betonic. an. P. j. incis. & contus. pon. in alembic. aff. aq. rosar. & ulmar. an. q. s. ut supernatent. duobus tribusve digitis. Diger. optimè clauso vase ad calor. MB. per octiduum, deinde per cineres destill. l. a. Cui si proprium sal addideris, validior & efficacior erit. Roborat cor, cerebrum, stomachumqve imbecillem, si guttulæ aliquot vel per se, seu cum jusculo exhibeantur. Specificè juvat conceptionem, in sterilibus, huic adjecta prius copiosa satis testiculor. lepor. quantitate, ex qvibus prædictâ aquâ per viam digestionis sal allici potest, ut præstantior evadat.

Alia bonæ monetæ, cujus usum experti sumus, hæc est:

Rec.

i) Vid. Joël L. VIII. Pract. S. 3. p. m. 474. k) Pharmac. dogmat. restit. c. 7. p. 49.

Rec. Caryoph. cinam. cubeb. an. unc. j. galang. *macis*, *N. M.* piper. long. an. unc. j. fl. salv. M., j. sem. amm. sesel. Zedoar. an. M. sem., gran. junip. dr. ij. vin. rhen. aq. meliss. an. q. s. stent in digestion. vj. noct., tunc. destill.

Vel: Rec. Testiculor. vervecis præp. in vinô & exsiccat. Vulv. lepor. itid. præp. & exsicc. *macis*, cinamom. caryoph. Zingib. alb. ammeos an. dr. ii. croc. dr. j. & sem. medull. seu carn. nucum commun., avellan. pistac. an. dr. vj. cont. macer. & coq. in libr. ij. Vin. malvat. ad. tert. part. consumtion. Det. hujus mulieri statim post legitimum mensium fluxum unc. iij. seu iv. mane trib. seu quatuor hor. ante cibum, idqve trib. dieb. consequentib., quarto verò jungatur marito suo, &, nisi planè sterilis sit concipiet. l) Maximè commendatur à *Riverio*. l)

Rolfincciana talis: m)

℞. Cinam. elect. caryoph. cubeb. N. M. *macis*, piper. long. galang. an. unc. j. Zedoar. sem. amm. sesel. an. unc. sem gran. junip. dr. j. Vin. rhen. aq. rorismar. majoran. meliss. an. q. s. stent in digestion. dieb. vj. & destillent.

Ea-

l) Id. l. a. c. 8. p. 146. l) L. IX. Prax. c. 15 p. 339. seq. Add. Dolæus Encyclop. Med. p. 279. m) L. XI. conf. 2. p. 894.

Eadem est *Sennertiana*, quæ frigidis humidisque convenit. n]

§. 3. *Decoctum* ad uterum eluendum *Joëlis* hoc: o)

Rec Gallar. N.M. an. dr.ij. caryoph. dr. j. bal. nuc. cupressi an. dr. sem. alum. scrup. ij. cont. coq. in vin. rubr. libr. ij. ad tertias sub operculo, & trans colent. quô lepidô molli spongiâ vel linteolis excepto eluntur cervix uteri, aut lintea ex eo madefacta utero imponant., in eoque aliquandiu retineantur.

Vinum mace nobilitatum à D. *Volckamero* id. apud Curiosos nostros. p] *vinum*,

§. 4. *Pulvis Riverianus* q) cum vino grosso sumtus magnæ efficaciæ creditur: *pulv.*

Rec. Sem. eruc. pastinac. sylv. cinam. N. M. pulv. elect. diambr. & diamosch. an. dr. j. matricis lepor., testicul. apri, priap. cerv. caryoph. an. dr. sem. mosch. ambr. an. gr. vj. sacch. ad pond. omnium f. pulv. Dos. dr. ij. c. vino,

Rolfinccianus hic: r)

Rec. Succolat. unc. j. sem. eruc. siler. mont. an. dr. ij. ocymi dr. j. N.M. num. ij. antophyll. select. num. xx. *macis* dr. ij. matric. lepor. dr. j. sacch. canar. ad pond. omn. f. tragéa. Trieseneth auf vielmahl.

Xx Vel

n] l. c. p. 296. o) L. VIII. Pract. S. 3. p. 177. p) Dec. I. ann. IX. obs. 62. q) l. c. p. 539. r) l. a.

Vel ſume tantummodò matricem leporis aſſa..m, & comede cum pulvere ſeq.

Rec. N, M. dr. j. Zingiber. piper. an. dr. ſem. majoran. ſicc. ſcrup. j. ſem. eruc. ſiler. mont. an. dr. j. M.

Vel: Rec. Sem. eruc. ſiler. mont. an. dr. ſem. ras. ebor. cinam. N. M. an. dr. j. moſch. (in iis, quæ ferre poſſunt) gr. iij. ſantal. alb. dr. iij. f. pulv. Det. dr. j. c. vino.

Vel; Rec. Sp. diamoſch. diambr. an. dr. j. matric. lepor. genital. cerv. an. dr. ſem. N. M. cinam. caryoph. ſem. eruc. paſtinac. ſylv. an. dr. j. moſch. ambr. an. gr. IV. ſacch. ad pond. omn. f. pulv. Dos. dr. ij. c. vino generoſo. s)

elect: §. 5. *Electuarium* hoc feliciter à nobis expertum:

Rec. Rad. eryng. condit. rad. ſatyr. condit. an. unc. j. Zingib. in China cond. unc. ſem. cons. fl. ſalv. dr. vj. nucl. pin. avell. piſtac. an. dr. *N. M. ſacch. condit.* num. j. ſem. eruc. amm. paſtinac. ſylv. an. dr. ij. matric. lepor. præp. ras. ebor. an. dr. j. conf. alcherm. dr. iij. ſp. diambr. & diamoſch. d. an. dr. j. & ſem. c. ſirup. de cond. cort. citr. q. s. f. elect;

Rolfinc ſterili Matronæ hoc dedit: t)

Rec. Conſerv. fl. primul. ver. roriſmarin. an. unc. j condit. rad. eryng. N. M. *condit.*

s) Sennert. l. c. p. 295. t] L. XI. cons. 2.

dit. an. dr.iij.pistac.pinear.mundat. an. unc.j.caryoph. *macis* an. dr. j. & sem., priap.taur.dr.sem.c.sirup. Zingib.q.s. f. elect. Dos. quantit. nuc. jugland. matutinâ nonâ & post meridiem quartâ.

Utile etiam *electuarium Sennerti:* u) *Platerus* hoc misit, vv) quo de uno die mane, altero cubitum itura sumsit Comitissa quædam:

Rec. Conserv. rad. satyrion. eryng. cort. citr. condit. an. unc. j. & sem. cons. anthos Zingib. condit. an. unc. j. pinear. mundat. unc. sem., sem. fraxin. dr. ij. sem. sesel. dr. sem. galang. N. M. cinamom. an. dr. sem. Sp. diamosch. & diagalang. an. scr. ij. ros. ebor., ciner. priap. taur. vel cervi, matric. lepor. coag. lepor. an. dr. sem. c. sirup. cort. citr. f. elect.

Alteri ordinavit hoc: x)

Rec. Conserv. anthos. cort. citr. condit. an. unc. ij. Zingib. condit. conserv. majoran. an. unc. j. diasat. cons. rad. eryng. an. unc. sem. pulv. diambr. diamosch. an. dr. j. & sem. ras. ebor. dr. sem. priap. cerv. matric. lepor. coagul. lepor. stincor. an. scrup. j. sem. eruc. anis. cinam. N. M. thur. an. dr. sem. spic. nard. scrup. j. mosch. gr. v. cum sirup. de stæchad. q. s. f. elect. D. magnitud. N. M. alternis diebus mane.

u) l.c.p.296. vv] L.I, obs.p.248. x) l.a.p.250.

Alia hoc capiebat : y)

Rec. Conserv. satyrion. & rad.eryng. an. unc. j. pistac. pinear. mundat. conserv. fl. rorismar. an. unc. j. cort. citr. condit. Zingib. condit. an. unc. sem. sem. eruc. bulbi. an. dr. j. & sem. ras. ebor. dr. ij. coag. lepor. rasur. corn. capræ, priap. taur. pulv. an. dr. j. pulv. diambr. diamosch. an. dr. sem. cinam. caryophyll. macer. N. M. an. scrup. ij. c. sirup. cons. Zingib. f. elect.

§. 6. Elegans casus *Timæi* z) de sterilitate Viri feminæqve. Emendatâ utriusque intemperie, præscripsit talia, quæ peculiari proprietate ad semen generandum Veneremque exsuscitandam faciunt. Cumqve in feminis frigidioris temperamenti attractrix seminis plerumqve langvida, membrum virile balsamo venereo ante congressum inungendum svasit :

balsam. Rec. *Ol. N. M. express.* dr. ij. Zibeth. dr. sem. ambr. mosch. an. gr. v. ol. dest. g. iij. M. f. balsam.

linim. §. 7. Femina lecto composita linimento hôc partes infra umbilicum calidè inunxit.

Rec. Ol. amygd. dulc. rec. expr. pingved. anser. an. unc. j. ol. costin. nardin. an unc. sem. rad. asar. aristoloch. rotund. an. dr. sem. Zedoar. N. M. caryoph. an. scrup.

y] l. a. p. 253. z) L. IV. cas. 20.

ſcrup. ij. Zibeth. gr. vj. cer. q. s. pro linimento. a)

Vel; Rec. Ol. cheirin. unc. ſem. deſt. majoran. ſcrup. j. caryoph. ſcr. ſem. N. M. *expr.* unc. j. ſtyr. liquid. dr. ij. Zibeth. moſch. an. gr. vj. cer. parum f. linim. b)

§. 8. Alia in lectum itura regionem ſub umbilico hoc *ungvento* inungebat: c) *ungvent.*

Rec. Ol. nardin. muſcell. an. unc. iij. pingvėd. gallin. anſer. an. unc. j. fol. lign. aloës, Zingib. Zedoar. an. dr. ij. macer. N. M. caryoph. an. dr. iij. ros. ſtæchad. ſqvinanth. an. dr. ſem. caſtor. dr. j. moſch. civettæ an. gr. vj. f. ungvent.

§. 9. *Emplaſtrum* perinæo & lumborum regioni applicandum, quod continuò geſtetur, vel ſingulis noctibus, usque ad ultimam, quâ menſes erumpere ſolent, ſeptimanam, vide apud *Sennertum*. d) Si opus fuerit *ſuffitu*, pete eum à *Platero*. e) *empl.* *ſuffitus*

§. 10. Nobilis femina in Finmarchia, notante D. *Rhodio*, Viro cordatisſimo, ex ſuperiori hypocauſto in culinam deſcendens, ſub ſcala fortè reperit canes venaticos à coitu cohærentes. Qvô fœdô ſpectaculo perterrita, non deſtitit quidem, clauſis foribus, utrumque baculo tamdiu delumbare, donec ſejungerentur. Peperit poſtea gemellos di- *obſ.*

a) Lotich. L. V. c. I. obſ. 14. p. 458. b) Sennert. l. a. p. 297. c] Plater. L. I. obſ. p. 254. d] l. c. p. 297. e) l. a. p. 249.

versi sexus, at mortuos, pudendisque, canum instar, monstrosè cohærentes. Qui ocius clanculum tumulati rumorem effugêre publicum.

alia, §. 11. Qveritur Apostolus: f) fœdas gentilium scrofas usum naturalem mutasse in eum, qui est παρὰ φύσιν. Dixerim: ob clitoridem, seu mentulam muliebrem, insigniter prominentem, petulcas sese commiscuisse. Ad eam deformitatem enim aliqvando excrevit, ut *collum anserinum* crassitie & longitudine æquârit. g) At gentilium feminæ tantum non omnes in illicitam hanc raptæ libidinem, quî ergo in omnibus potuit prominere *clitoris*? respondeo: majorem fuisse illis, quàm nostratibus mulieribus, ut itaqve accedente summo Veneris œstro, facilè excreverit. Et etiamnum ob insignem magnitudinem Orientales urunt, ne amplius crescat, conductis ad id provectioris ætatis feminis, quam operationem impropriè *circumcisionem* vocant. h) *Ursula Blumenthau* Virago, ex observatione Parentis mei, mentulam suam extra pudendum adeò interdum prominentem habuit, ut etiam ausa fuerit aliquando cum puellis libidinosius κλιτο-

ρίζοι,

f) Rom. I. 26. g) Scheck. L. IV. obs. 92. & Plater. L. III. obs. p. 626. h) Th. Bartholin. L. I. Anat. ref. c. 34. p. m. 188. Add. Bellon. L. III. obs. 28.

ρίζειν, easque τρίφειν. Pœnas tandem promeritas verita, ex patria aufugiebat. Similem historiam de *Henrica Schuria* refert Amplissimus *Tulpius*, i) Adde *Plempium* k) nec non *Helwigium*,l] cui jungas velim scholion *Schröckianum*. De monstrosa excrescentia carnea pond. xxv. libr. ex igvinibus propendente, vid. *Amat. Lusitan.* m] Hoc verò non capio, quod Idem *Amatus* n) de muliere impraegnata refert.

§. 12. *Sidonia* Spießin in honesto conjugio apud Westfalos xj. ferè annis vix erat sterilis, usa interim peritorum Medicorum consiliis, sed sine effectu. Tandem familiam suam transtulit in Principatum Halberstadensem, & facta est plurium liberorum mater. Remur, vitium hoc antiqvum à mutato aëre fuisse immutatum & emendatum. Sic D. *Joann. Purgold*, Archiater olim Saxo-Isnacensis & Poliater ibidem, in Praxi sua MSta annotavit, *Barbaram* Göbelin / quamdiu vixerat *Meyningæ*, omnimodam metuisse sterilitatem. Cum verò *Osthemiam* migraret cum suis, præscriptis paucis medicamentis à D. *Frommanno*, Archiatro & Prof. Coburgiaco, voti sui compos facta est. Eadem quidem remedia jamdudum alii dederant Medici, sed sine successu, fortè ob repugnantem vitiosam *alia*,

i) L.III.obs.35. k] L.II.Fund.Med.S. V. c. 9. l) obs.med.138. m) C. V. curat. 88. n) C. VII. curat. 18.

in aſſumto cibo potuqve, & aëris diſpoſitionem *Meyningæ* implantatam, quæ in Præfectura Liechtenbergenſi clarior, purior, & defecatior exiſtit, & ideo corpora ſaniora ac rariora conficit.

alia, §. 13. Nobilis femina xxij. annorum, ſana & laudabilis temperamenti, in maximis & tantum non quotidianis deliciis habebat turiones *aſparagi* delicatè præparatos. Manſit interea in ſplendido conjugio ad triennium usqve ſterilis. Variis uſa conſiliis, ſed fruſtrà. Aliquando ad prandium ab ea deductus, mirabar, quàm avidè vorârit *aſparagos.* Cauſam ſterilitatis interim à me expiſcanti reſpondi, quod olim apud *Mœbium* o) legeram, uſum ſcilicet eorum crebriorem & largiorem feminas reddere ſteriles. Illa omnes omninò æternum ejurans, gratias, mihi egit, & facta tandem eſt venuſtæ filiolæ mater.

alia, §. 14. *Vitus Zacharias* Hall/miles Weſtfalus, ſalax, robuſtus & fœcundus, trium liberorum Pater, anno ætatis ſuæ trigeſimo, ob varia delicta jure & more bellico amputatis auribus, iisqve patibulo affixis, cum infamia urbe ejicitur. Oberrans igitur in terra aliena ſtipem colligebat oſtiatim, quam cum à me quoque in Imperiali Brema peteret, ſimulqve abs aliis intellexiſſet, Medicum me eſſe, latius cuncta expoſuit, feriò addens: ab illo

dic

o) L. IV. Inſtit. Medic. P. II. c. 3. p. m. 463.

lie tribulationis omnem fœcunditatem, adeoq; omnem appetitum venereum in se fuisse extinctum, ut nec vellet, nec posset aut semen ejaculari, aut rem habere cum uxore sua, membro prorsus flaccido, rugoso, adqve omne officium hoc inepto. Meretricibus equidem olim aures pœnæ loco abscindebantur, ut lascivia earum castigaretur, & vis procreationis simulqve pessimorum hominum posteritas tolleretut. Scythæ etiam, sectis retrò aures venis, steriles facti, de quibus post *Hippocratem* fusissimè in utramqve partem disceptant *Vallesius*, p) *Andr. Laurentius*, q) *Nathanael Highmorus*, r) *Steph. Roderic. à Castro*, s) *Sennertus*, t) *& Casp. à Reyes*. u) Rectè Cous: vv) *Maxima*, infit, *seminis pars* è capite *secundum* aures *in spinalem medullam fertur. Ipse autem meatus sectione, cicatrice obductâ, consolidatur, & ita seminalis transitus aboletur*; quod Doctissimus D. *Sorbait* x) memorabili rarâque historiá de impotentia ex vulnere capitis egregiè illustrat. Vera enim *Platonis* opinio, dicentis; semen à *cerebro* etiam & *medulla spinali* decidere.


§. 15. Luxuria pilorum *salacitatis* indicium *alia*, apud

p] L. II. contr. Med. & Phil. c. 8. q) L. VIII. Anat. quæst. 4. r) disquisit. anatom. L. III. P. II. c. 6. s] in opusc. quæ ex qnibus L. IV. c. 5. t) L. III. Prax. P. IX. S. 2. c. 1. qv. 1. u) in camp. elys. jucund. quæst. num. 56. vv) L. de genitura, x) Dec. I. Eph. ann. II. obs. 104.

apud *Aristotelem*, y) ideò Veneri sacri, & apud Ægyptios erant *libidinis* hieroglyphicum. z) Hinc pilosi homines *salaciores*, quàm læves & glabri. Novi Virum eximiè doctum, & variis scriptis clarum, cujus pudendum omninò glabrum sinè ulla hirsutie. Hinc perpetua sterilitas. Nota mihi etiam nobilis femina summè phlegmatica, cujus pili circa pubem ab ipso ortu fuêre câni, & illa in opulento ac splendido matrimonio semper vixit sterilis ultrà xx. annos. Copula puerum *Borelli*. a) De octenni puero, cujus pubes nigris ac densissimis pilis bene vestita, vid. *Bonet*. b) De hirsuta mentula ab ipso artu *Borell*. c) In India Orientali, necnon in Promontorio Africano, à *Bona Spe* dicto, indigenæ circa pudenda vel planè nullos, vel admodum raros, eosque breviores pilos habent. Steriles quidem non sunt, tamen paucos procreant liberos, & vix duos seu tres, ut Dn. *Lorbärus*, Advocat. Saxo Vinariensis. αὐτόπτης mihi retulit.

CAP.

y) L. V. de G. A. c. 4. z) Sinibald. L. II. Geneanthrop. tr. 2. c. 18. p. 184. a) C. I. obs. 11. b) L. III. M. S. Sect. XXXI. c. 16. c) C. I. obs. 58. conf. Bartholin. C. I. obs. 43.



CAP. XIII.

DE USU N. M. IN. FALSA INGRAVIDATIONE.

§. 1.

FEminas crebrius à destinato legitimi fœtûs opere ob varia impedimenta aberrare, variis historiis fusius illustrat probatqve fulgentissimus Curiosorum *Phosphorus, Sachsius* heu! olim noster, in erudito scholio ad observationem primam *Thomæ Bartholini* de *falso concepto* d) quem brevissimè hîc contemplabimur, ut *nucis* nostræ virtus in eo manifesta fiat.

§. 2. Dedi in observationibus meis, Curiosorum *Ephemeridibus* annexis, methodicam falsæ ingravidationis curationem, eam magis illustratam repexamqve in observationibus meis selectis & prœlo destinatis Tibi redditurus. Sufficit hâc vice scîsse, quantum opis mihi tulerit N. M. Dedi enim Illustri Matronæ alia inter *aquam* secundo loco dictam cap. præcedent. §. 2. & *electuar.* in fronte positum l. c. §. 5. nec non *linimentum* posterius §. 7. citatum, *emplastrum* denique hoc: *obs.*

Rec. Empl. matrical. unc. I. styr. liqvid. gumm. caran. an. dr. ij. gall. mosch. dr. sem. ol. still. salv. caryoph. an. g. vj. N. M. *expr.* dr. j. f. c. ol. cheir. empl. duo,

d) Dec. I. ann. I.

duo, alterum rotundum, alterum quadratum, illud pectini, hoc coxæ admovendum.

alia, §. 3. Femina XXVIII. annorum tenerrimæ texturæ, videbatur ſibi aliisque mulierculis gravida, inque ea opinione hæſit usque in ſextum menſem. Tunc pedetentim *ructus* & *flatus* ἄνω καὶ κάτω proruperunt, qui ab uſu *diacumin. Nicol.* crebriùs fortiusque auditi ſunt. Medicus ab opinione mulierum longiùs recedens, applicat ſeptimo menſe clyſmata carminativa ſummo cum effectu. Detumuit ventre, ſenſimq; ſpes prolis evanuit, ſcribente D. *Zinglero.* Alia biennio tumidum geſtâret ventrem, tandem dolore parturienti ſimili accedente, ter cum maximo conatu flatum ex utero per pudenda excluſit pari ratione, quâ Baronis uxor pro gravida habita, octavô menſe loco fœtus ſonorum flatum dimidij quadrantis ſpatio utero extorſit cum albæ pituitæ colluvie multa, uti ex *Höchſtettero Sachſius* annotavit in *Schol. ad obſ. I. Dec. I. ann. I.* Et *Bartholinus* obſervavit *C. III. h. 21.* ex *flatibus* ſœpè commotum uterum impoſuiſſe mulieribus, quæ falsò ſibi perſvaſerant, ſe & uterum geſtare & embryonis motum percepiſſe.

MEM-

MEMBRUM OCTAVUM.

DE AFFECTIBUS ANTE, IN, ET POST PARTUM.

CAP. I.

DE USU N. M. IN ABORTU PRÆCAVENDO.

§. 1.

NAturam in arduo generationis opere multos experiri insultus, lippis tonsoribusque notum est. Testantur id toto die infausta prægnantium fata, quæ inter periculosissimum frequentissimumque existit *abortus*, wenns den Frauen übel/oder unrichtig gehet/ wenn sie einen Mißkram halten/ ajunt Germani nostri. Interim cantabimus *Lætare*, quod in auxilium nobis à Deo datum sit saluberrimum μοσχοκάρυον.

§. 2. Optimæ notæ *aqvæ* seqventes: *aqvæ*

Rec. Aq. apoplect. Ludov., ceras. nigr. menth. an. unc. j. & sem. cinamom unc. sem. corall. rub. præp. scrup. j. pulv. margarit. scrup. sem. tinct. anodyn. gutt. xx. *sir. è N. M.* corall. an. dr. iij. M. D. cochleatim.

Innumeræ gravidæ abortum præcaverunt frequenti usu *aqvæ caryophyllorum compositæ*, i. e. quæ

quæ ex flore betonicæ altilis cum *moschta*, cinamomo, *maci* & caryoph. aromat. destillata est. e) Elegans hoc medicamentum multis aliis, imò ipsi balsamo embryonum præferendum. Gravidis terrorem passis convenit *aqua contra terrorem Schröderi*, f) simulqve præcavet abortum ac fœtum confortat. Nec aqva Ejus tristantis, aut aqva vitæ mulierum, vel aqua virtutum sine fructu erit. g) Optatissima *aqva*, vulgò *bals. Embryon.*, in P. A. R., vel *Zwelferi*, seu *Norinbergensium*, quas conjunctim reperies in *lexico Spinæ*. h)

potio, §. 3. Singularis efficaciæ etiam ad *abortum* præcavendum *potio* hæc;

Rec. Balsam. embryon. unc. ij. aq. cinamom. unc. j. corall. pulv. margarit. pulv. an. scrup. I. sirup. cinam. & *brod. è N. M. condit.* an. dr. j. M. pro aliquot dosibus.

Vel; Rec. Aqu. embryon. unc. ij. N. M. dr. j. & sem. sacch. ros. vel perlat. q. s. ad gratiam.

CL. *Graba* i) ex *Sennerto* k) hanc mixturam commendat:

Rec. N. M. unc. sem. galang. dr. ij. cinam. dr. j. off. de corde cervin. num. ij. f. pulv. consperg. spirit. vin. vel malvat. & affund.

e) Velsch. Mictom. I. num. 10. f) l. c. p. 149. g) Id. p. 150. seq. h) p. 60. seqq. i) Elaphograph. S. II. c. 18. p. 242. k) T. III. L. IV. P. II. S. V. c. 7. f. 138.

affund. mell. despumat. calid, q. s. qua de mixtura sœpius sumat gravida ad quantitat. fabæ.

Vel; Rec. Aqv. menth. cortic. aurant. an. unc. ij. vit. mulier. tinct. cinamom. an. dr. vj. corall. rub. præp. scrup. ij. *ol. dest. macis* g. v. ambr. gris. gr. ij. sirup. cort. aurant. & limon. an. q. s. l)

§. 4. Qvod si magno appetitu feratur ad cibum mali succi gravida, & aliàs insalubrem, is non in totum denegandus. Et si forsan stius particeps fieri nequeat, ipsi mellis particula cum N. M., vel aqua è tenellis vitis Mense Majo destillata, vel aqua cortic. citri & aurant., malvaticumve, in quo radix pœoniæ macerata fuèrit, exhiberi debet, ne fœtui aliquid adversi accidat. l) *Diez.* hoc summo cum emolumento expertus est. m] *elect:*

Rec. *N. M. condit.* cortic. citr. condit. nuc. jugland. condit. myrobal. chebul. condit. an. unc. sem. conserv. menth. fl. salv. anth. ros. rubr. an. unc. j. spec. diamargarit. cal. aromat. ros. an. scrup. ij. c. sirup. è. succo cydon. & brodio Zingib. an. q. s. f. s. a. elect. Dos. mane ac vesperi quantitas nucis jugland. dimid.

Vel; Rec. Conserv. rosar. delicat. unc. ij. *nuc.*

l) Mœb. L. IV, Instit. Med. P. I. c. 2. p. 442. m] l, a.

nuc. indic.condit. unc. sem. conf. al-cherm. incomplet. dr. ij. sirup. acetos. citr. unc. j. M. pro elect:

Vel; ℞. Conserv. ros. rubr. unc. j. condit. cort. citr. unc. sem. conf. alcherm. in-compl. dr. ij. sp. de hiacyntho scrup. ij. pulv. contra abort. Augustan. dr. ij. Marchion. scrup. ij. schmaragd. præp. corall. rubr. præp. an. dr. j. margarit. præp. dr. sem. ebor. sine igne parat. scr. j. c. *brodio N. M.* f. elect. Dos. casta-neæ quantitas sæpius. n)

pulv. §. 5. *Pulvis Jüngkenianus* talis: o)

Rec. Fol. meliss. rorismar. an. M. j. fl. citri arant. tunic. ros. lavend. an. P. ij. ci-nam. cardamom. *macis N. M.* an. dr. sem. croci scr. j. f. pulvis.

Vel: ℞. Coriand. præp. unc. sem. sem. anis. dr. ij. corall. rub. præp. dr. j. cinam. el. scr. ij. *N.M.* scr. j. sacch. ros. tab. unc. iv. f. pulv. p)

Vel; ℞. Ebor. præp. pulv. Marchion. mar-garit. an. scr. sem. trach. de spodio gr. vj. *ol. N. M. dest.* g. ij. M. f. pulv. Div. in 2. p. æqv.

Pulvis Dominarum in gynæceis celebris hic est:

℞. Rad. diptamn. alb. sem. sesel. ammeos. cinam. an. dr. iij. cumin. dr. j. & sem. fœnic.

n) Dolæus Encyclop. med. p. 302. o) Vad. mec. p. 5. p) Binninger. C. II. obs. 48.

fœnic.apii carv.an.unc. ij.*N. M.* calam. aromat. Zedoar. an. dr.j. Zingib. *macis* caryoph.an. ſcr.ij. croc.ſcr.j.fol. ſabin. dr. j. f. pulv. ſubtil. q]

Tragæa *Verzaſchiana* hæc eſt : r)

℞. Sp. diatr. ſantal.dr. ij. diamarg. fr. corall. rub.præp. an.dr.j. rad. tormentill. dr. ſem. off. de cord. cerv. ſcr. j. cinamom. el. N. M. caryoph. an. ſcrup. ſem. ſacch. opt.unc. vj. f. tragéa.

Pulvis *Brandenburg.* talis :

℞. Granor. Kermes dr. j. rad. tormentill. raſur.rbor. ſant.rub.an. dr. ſem. corall. alb. rub. præpr. caryoph.fol.ros.r.margarit. præp. maſtich. an. ſcrup. j. *nuc. moſch.* ſcrup. man. Chriſt. perlat. dr. iij. f. pulv.

Auguſtanorum hic : s)

℞. Gran. chermes dr. j. ſantal. rubr. dr. ſem.caryoph.ſcr. j. N.M. ſcrup. ij.Rad. tormentill. dr. ſem.margarit. præp. corall.utriusque præp. an.ſcrup. j. fol.auri num. iij. Man. Chriſt. perlat. dr. iij. f. pulv.

Datur ex ovo ſorbili, vel vino generoſo ſæpius à ſcrup. ſem.ad integrum.

Zwelferianus hujus deſcriptionis eſt ; t)

Y x Rec.

q] Rolfinc.Med. comment.ſpec. L.IX. S. VI. c. I. p. 834. r] Cent. obſ. num. 82. s) Pharmacop. Cl. IX. p. 276. t) in Pharmac. Reg. Cl. IX. p. 854.

Rec. Granor. Kermes unc. ſem. margarit. orient. præp. corall. rub. præp. an. dr. iij. *N.M.* unc. ſem. ros. rubr. lign. aloës gummos. maſtich. el. ſuccin. alb. an. dr. iij. ſacch. albiſſ. unc. iij. *ol. ſtill. nuciſt.* & coriandr. an. ſcrup. j. vel dr. ſem. M. f. pulv.

Apud *Spinam* ita extat: u]

℞. Granor. Kerm. legitim. unc. ſem. margarit. orient. dr. ij. corall. r. præp. lapid. carneoli præp. an. dr. iij. lign. aloës gumm. unc. ſem. *N. M.* dr. vj. ſantal. rubr. rad. tormentill. an. dr. iij. ireos florent., cyper. rotund. ſuccin. alb. præp. an. dr. ij. eſſent. citri ſaccharin., arantior. ſacchar. an. ex recentib. cortic. par. unc. j. *ol. N. M. expr.* dr. j. f. pulv.

Philoſophia colûs in gynæceis gravidis ab affectibus animi, ira vel terrore commotis commendat *N. M.*, ſed non ſine ceremonia & quodam qs. religione, fortè, ut quæ aliter imperitis placitura non erant, novitate hôc libentius admitterentur, & firmiori ſpe exciperentur. Jubet eam nudam, vel flore adhuc tectam, involvere lino, aſſare ſub cineribus, poſt dividere in quatuor partes. Una earum contuſa excipiatur modico melle in cochleari, & comedatur; altera bihorio exacto, tertio ibidem bihorio exacto, quarta eodem

u] in lexic. p. 740.

dem temporis curriculo præter lapso. Et ic octo horarum spatio curationem quatuor hæc prœbia absolvere, ceu vera præbia, & omnes eventus sinistros prohibere, decernit. vv)

§. 6. Externa inter *balsamus* erit: *balsam.*

Rec. *Ol. N. M. expr.* dr. ij. ol. macis caryoph. citri dest. an. scr. sem. ol. mastich. coct. dr. iij. f. balsam.

Vel: Rec. *Ol. N. M. expr.* unc. j. citr. caryoph. angelic. spic. an. scrup. j. castor. scrup. sem. mosch. gr. iij. gumm. asphalt. subtiliss. pulveris. q. s. M. D. S. Hertzstärckender Balsam zu Pulß und Hertz-Gruben.

Vel: Rec. Ungvent. Comitiss. unc. sem. *ol. nucist. destillat.* M.

Vel: Rec. *Ol. N. M.* caryoph. amygd. d. an. dr. ij. cer. q. s. M. Inung. sœpius regio umbilici. x)

Vel: Rec. Ungvent. Comitiss. unc. j. & sem. ol. mastich. dr. iij. N. M. *dest.* gutt. vj. M.

Balsamus embryonum juxta correctionem *Zwelferianam* studiosè paratus maximè etiam inservit. y) Aut ventri & umbilico imponatur panis dulciarius, seu mellitus, e. g. Rc. micam panis albi, vel pastam melitam Noriberg. cum vino malvat. calidè abdomini imponen-

vv) Rolfinc. l. a. p. 830. x) Binninger, l. c. p. 182. y] P. A. R. p. m. 504.

ponendam, asperso pulvere caryophyllorum & N. M. cinamom. herbisqve majoran, fl. ros. &c. Vel: Rec. Crust. panis tost. consperg. *N. M.* caryoph. &c. irrorent. bals. embryon. seu vin. malvat. & impon. ventri calidè. Vel: Rec. placent. mellit., (Honigkuchen/) coq. in pultem cum vino hispanico, adde unum è pulveribus supra dictis, ut fiat *cataplasma* calidè applic. ventri; cui itidem addi potest aq. vit. mulier. bals. embryon. *ol. macis* & caryoph. Vel:

catapl.

Rec. Oss. de cord. cerv. N. M. caryoph. an, dr. j. contus. add. Mell. calid. despumat. M. super igne, & calido frusto panis secalin. oblongo illitum applic. umbilico.

obs.

§. 7. Acria utero gerentibus inimica, quia sangvinis ὀργασμὸν promovendo fiunt emmenagoga; quàm adversa verò hæc gravidis tempore incongruo existant, notum est. Rectè igitur Cous z] à fortioribus abortum consequi asserit. a) Id me docuit honesta & modesta femina in *Regio* Prussorum *monte*, quæ ab immoderato aromatum usu piperis, Zingiberis, cinamomi &c. periculosissimum sibi faciebat abortum.

CAP.

z) L. 1. de morb. mulier. c. 42. t. 2. a) conf. disp. Wedelian. de acrium natura, usu & abusu c. 3. p. 21.

CAP. II.

DE USU N. M. IN PARTU DIFFICILI.

§. 1.

MEritò refertur *N. M.* cum floribus in India condit, medicamenta inter contra partum difficilem à *Macasio*. b) Ideo *Joann Georg Schmied*, Physicus Regiomontanus, in Franconia, *aquæ Dominarum Mynsichti* c) nucem nostram addebat, & egregium habebat medicamentum ad partum facilitandum, fœtum mortuum & secundinam expellendam. Dabat cochleatim sœpius de ea.

§. 2. *Pulvis* partum provocans *Zwelferi* hic est: *pulv.*

Rec. Pulv, glac. Mariæ fixæ, quæ est species talci unc. sem. casſiæ lign. veræ, borracis Venetæ an. dr. ij. croci austriaci, pilæ capræ sylv. *macis* an. dr. j. ol. cinam. g. xij. f. pulv.

Balsamum pro parturientibus vid. in *thes. pharmacevt, F. Hofmanni* d)

§. 3. Quàm salutaris sternutatio in *δυσοκία* sit, jamdudum Dictator noster dixit *obs.*

b) L. post. Prompt. mat. med. c. 35. p. 869.
c) S. XIX. p. 321. d) p. 116.

xit e] Πταρμὸς siquidem partum movet quatit, & provocat. Compresſis enim magnâ vi muſculis epigaſtrii, & ſpiritu à ſuperis ad infera violentius depreſſo, facilius fœtus excluditur, ut inſigni obſervatione confirmat Incomparabilis Artis noſtræ Stator *Harveus*. f) Novi juvenculam, ſcribit, quæ ob ſummum pariendi laborem in animi deliquium incidit, ſtatimque adeò conſternata, ſtupida & comatoſa facta eſt, ut nullis remediis excitari potuerit. Ad eam vocatus (cum clyſteres prius injecti eſſent, aliaque remedia idonea citra fructum ullum adhibita, nec quicquam per os deglutire poſſet,] pennam *ſternutatorio* fortiori illitam in nares indidi, unde commota (licèt ſtupore usqve adeò obruta eſſet, ut ſternuere, aut excitari nequiret,) totius corporis convulſione quâdam tentari cœpit, quæ ab humeris exorſa, paulatim per totum corpus ad inferiora pertingebat. Quotiescunqve autem ſtimulo hoc uſus ſum, promovebatur partus; tandemqve, inſciâ matre, & in affectu comatoſo adhuc permanente, natus eſt infans ſanus & vegetus. Ego aliquando ad pauperculam gregarii militis Weſtfali conjugem, in ſumma δυςοκίᾳ conſtitutam, propter Deum vocatus, cui, cum omnia plebeja remedia ſpem illius eluſiſſent, & cario-

e) V. aph. 35. & L. II. Epid. S. 5. t. 43. f) exercit. de partu p. m. 366.

riora res angusta domi inviderèt, subitò ptarmicum dedi, immixtis aliquot granulis N. M. quô naribus attractô crebriores promovebantur sternutationes. Ipsa quidem in animi deliquium lapsa, infantem tamen peperit vegetum sanumqve. Qvô exclusô facilè ad se rediit. g) Puella in os vulvæ suæ imposuerat *castaneam*, & cum manibus extrahi non posset, vetula quædam cum pipere fecit eam sternutare, subitòqve egressa est. h) Similem historiam de *phaseolo* naribus altiùs indito, & sternutatione extrapulso vide *Donatum*. i) Adde *Sennertum* k) *Bernh. Lohneri* disp. inaug. de h. m. l) & alios.

§. 4. *Malapyraqve* jumentis mirè gravia *alia*, esse, scribit *Plinius*, m) non quòd jumenta edendi desiderio capta sudorem emittant, uti opinatur *Schedius*, n) sed quia exhalationes pyrorum malorumvè diversarum patium sunt, unde usu venire auguratur Excell. D. *Simon Paulli*, o] ut necessariò per asperam arteriam intromissæ ad pulmones jumentorum, dum aguntur onusta *malis pyrisvè*, vel etiam dum iis onustas vehes trahere coguntur, ex parte circulationem sanguinis prohibeant,

g) Conf. L. Albrechts disp. inaug. de sternutator. c. 2. §. 12. h) Savanorol. tr. vj. c. 5. rubr. 11. i) L. II. H. M. c. 12. p. 220. k) L. IV. Prax. P. I. S. c. 10. p. 59. l) p. 29. m) L. XXIII. c. 7. n) C. III. Viridar. Philolog. hist. 47. o) Botan. quadrip. Cl. II. p. 127.

beant, quam lassitudini similia symptomata inseqvantur, quod seqvens historia comprobabit. *Anna Maria Prümerin*, robusta mulier, quartá vice tunc in puerperio & summis augustiis constituta, ob frequentissimas lipothymias, & respirationem valde difficilem, symptomata aliàs sibi insolita sensit, ut munere suo in enitendo partu parum, seu tamen langvidè fungi potuerit, varias tam Medico, quàm turbæ mulierculārum, dedi | speculationes eruendæ δυσοκίας hujus causæ, generosioribus nunc remediis incassum adhibitis. Cum omnia conclamata viderentur,& sequior sexus densius conflueret, maritus doliolum, *pomis* recentibus *Borsdorfianis* plenum, & abs ipsa *Prümeria*, ut sanctius custodiretur, infrà lectum positum, è triclinio tulit, ut viam daret concioni. Qvô factô demum altis suspiriis & gravi gemitu ad se rediens illa, tertiâ abhinc horâ bellam puellulam exclusit, adeò ut manifestum sit, poma obicem istum posuisse. De *pyris* idem asserit *Crato*. p)

alia, §. 5. Conjux Pastoris pagani in partu diu se torquens, divinam qs. opem summumque levamen à Musica tandem percepit. Cum enim circa Kal. Januar, ludimoderator cum pueris suis, more patrio, ostiatim cantaret per villam, & jam ad fores Parochi sui venisset,

p) L. V. consil. med. 40. p. m. 215.

et, amoris & honoris ergo plures decantavit hymnos. Queîs illa adeò delectata, ut etiam voces inter psallentium adhuc sine magna difficultate pareret. Vide, quæ de sono campanarum, partum facilitante, memorat *L. Hünerwolf.* q)

§. 6. Rustica mulier gravida tempore messis ex villa sua, primo ab urbe lapide distante, ad nundinas hebdomadarias itura, ut coëmeret, quæ convivio & solennitati baptismali necessaria videbantur, fessa tandem ad colliculum & sola in via considet propè lignetum, per quod eundum erat, pariens ibi filiam. Qvam, uti potuit, linteis asperioribus à sordibus repurgatam, iisqve obvolutam in corbem suam reponit, sicque tandem, viribus recollectis, tardo gradu cum ea in forum & macellum ambulat, ex hoc in cellam vinariam, sumtoqve generosioris vini potu, eôpse die in pagum suum revertitur, uti schedæ paternæ referunt. Doleo, quòd locum, seu urbem non addiderint. Cum tamen Parens in nundinis Lipsiensibus à fide digno Silesio hanc historiam se accepisse scribat, nescio, an ibi, seu in vicinia, contigerit. Quicquid sit, illustrabimus eam aliâ. Mulier scilicet gravida maritum in castris stipendia facientem comitabatur. Cumqve exercitus quotidie in alia loca migraret, fortè *alia*,

Yy 5 à mi-

q) Dec. II, Eph. Curios. ann. VIII. obs. 17.

à minoris fluminis occursu impeditus, per horam substitit, simulqve gravida hæc, ingruente jam partu, ad arbusta & vepreta proxima secessit, solaqve citra ullius obstetricis operam, aliumvé apparatum, duos infantes peperit, quos ad flumen deferens, aquâ proluit, seqve ipsam lavit. Qvô factô gemellos rudi velamine inclusos humeris gestavit, eôdemqve die nudis pedibus (ut erat exercitum comitata,) duodecim mille passuum iter fecit, idqve sine ullo valetudinis dispendio. r)

alia, §. 7. Exempla fœtûs humani in utero mortui, corrupti, & per ἐπίκρασιν tàm κάτω quàm aliâ viâ, educti compilârunt *M. Donat.* s) *Reyes* t) & *Schenckius.* u) De sceleto vituli in vulva vaccæ reperti Ottimus Bartholinus, vv) & de alio sceleto vitulino unà cum vivo vitulo excluso *Schenck.* x) Villicus in Stormaria alebat vaccam, ultra decimum quintum mensem nunc prægnantem, quæ tandem, post varios langvores, inutile uteri sui pondus, totum putrefactum, non sine magno cruciatu, & abominabili fœtore, partim per vulvam, partim per os, frustillatim & per intervalla, intra quatriduum scilicet re-

r) Harveus exercit. cit. c. f. Add. Schenck. L. IV. obs. 163. s) L. IV. H. M. c. 22. t) camp. elys. jucund. qv. num. 90. p. 1172. u) L. IV. obs. 179. seq. vv) C. II. hist. 2. x) L. IV. obs. 184.

ejecit. Hoc saltem miror, quî Natura per os colluviem istam exantlârit? Domestici enim id manifestè notârant, imò particulas ossium & alia ex ore traxerant. Qvàm mirabiles Dei & Naturæ viæ! Ecce enim, per quas vias abortus iste ἄνω rejectus; quo de inauguralem suam dissertationem habuit D. *Maroldus*, Consil. & Archiat. nuper Electoral. Brandenb., civis & condiscipulus olim meus in Illustri Gymnasio *Ernestino*, y) quomodo felis per os peperit, qua de Summus *Bartholinus*? z) quomodo *corvus & gallina* potuit esse viviparus? a) Dixerim lectori meo, quod *Plinius* olim *Licinio Suræ*: b) Scrutare tu causas, potes enim, quæ tanta miracula efficiunt. Mihi abunde erit, si satis expressero, quod efficitur.

§. 8. Triduo quidem mater *Cardani* laboravit in partu, capite infantis prominente, qui vi tandem extractus matrem redemit. c) Novi in Borea honestam feminam, rarioris texturæ, quæ in difficili partu ob absentiam ordinariæ obstetricis, aliam è proxima villa vocabat. Qvæ verò cum animadverteret, embryonem esse extinctum, parum modestè nec christianè cum optima femina egit. Trunco enim caput, è genitalibus locis propen- *alia,*

y) Vid. Dec. I. Eph. ann. 1. obs. 108. z] C. III. epist. 8. p. 37. & C. V. hist. 98. a) C. I. obs. m. 39. b) L. IV. epist. ult. c) Schenck. L. IV. obs. 165.

pendens, non subsequenre, à læva ad dextram, ab hac ad illam id contorqvet, & tamdiu invertit, donec à reliquo corpore violenter sejungeretur, quod in patinam conjectum ipsemet vidi. Dato tamen à mulieribus medicamentis domesticis, inprimis largiori haustu decocti seminis lini & florum chamomillæ, eôqve ventre puerperæ crebrius calidè foto, truncus tandem protrusus est.

alia, §. 9. Nôsti historiam, scribit Nobilis Naturæ Consultus ex primaria Civitate Imperiali, quam *Bartholinus* Tuus, ὁ δαιμόνιος ἀνὴρ, reliquit, de marito pro uxore puerpera dolente ac decumbente, d) subjunctâ ratione probabili, quam Exc. *Amphion* Vester e) aliâ notabili illustravit. Est ludimagister paganus in Vicinia, Vir honestus, & Musices egregiè gnarus, qui, tertiâ nunc vice, quando uxor parturiens svetos dolores sustinuit, *colicâ* afflictus gravissimè decubuit, omni cruciatu protinus cessante. simul ac ista liberata est, aliàs malo huic nequaquam obnoxius, sed athleticè valens, quod αὐτόπτης refero. Adde rarissimam istam, maritum inter ejusqve conjugem, idiosyncrasiam, à CL. *Rommelio* nostro notatam. f)

alia, §. 10. Soror mea *Susanna*, ait D. *Rösler*, Ar-

d) C. V. hist. 79. e) Dec. I. Eph. ann. II. obs. 215. f) Dec. II. ann. VII. obs. 215.

rchiat, Ligio-Brigensis, g) cùm in partu la-
pravit, non potuit ullâ ratione fœtum eniti,
si prius edisset *cancros*, hos enim maximè
appetebat, & cum vix unum comedisset, statim
nixa est filium. Magna & stupenda prorsus
imaginationis vis, præsertim in prægnanti-
bus, qua de in peculiari libro *Fienus.* Devo-
tissima mulier, ubi stabat, ibat, sedebat, vel cu-
babat, ibi imaginem crucifixi habebat appi-
ctam, seu affixam, aut positam. Diu noctu-
que inter ubera ejus pendebat, ceu fasciculus
myrrhæ, ut nunquam non pijs suspirijs JESU
crucifixi meminisset. Nunqnam præterijt,
ut aspexit talem imagunculam sine osculo,
aliove summi amoris indice. Pariebat de-
num filium primogenitum, ipsi DEO in ute-
ro sacratum, qui elegantissimam JESU cruci-
fixi imaginem pectori habebat impressam,
sangvineis lineolis, vel potius arteriolis, artifi-
ciosissimè distinctam. Vide sîs etiam Curio-
sos nostros. h)

§. 11. Plebeja mulier, tertiâ vice parturi- *alia*,
ens, varias inter difficultates, consilio viciniæ
suæ, *indusio mariti braccisq;* ejus induta, cal-
ceos farsit matri sylva recenti, sicque [ut potu-
it] in casula sua obambulavit, & brevî accele-
ravit partum. De indusio dextroque mariti
calceo

g) in obs. Dec. I. ann. III. annex, num, 246,
h) Dec, II. ann, vj. obs, 150.

calceo induto vid. etiam *Mich.* Pabst / i) à sperulam odoratam commendat *Crato.* k]

alia, §. 12. De *partu* in utero materno *vermi-nefacto* terribilem, sed verè curiosam, histori-am consignavit Amicus noster Venerandus D. *Ambros.Stegman*, Medicus Islebiensis, l) quam ipsius verbis accipe: Rustica quædam ex pago *Helfta* me convenit & retulit: se o-ctavo mense jam gravidam sentire in infimo ventre motum vermiculantem: Es sey nicht anders / als wenn der untere Leib voller A-meissen wäre. Gerebat quidem ventrem prægnantem, sed ex toto marcidum, nec ulla fœtûs vivi, vel moventis indicia edentem, hinc potius ex obstructione mensium, quàm ex ingravidatione intumefactum esse ventrem hariolabar. Ne verò fœtui, si quis adesset, nocerem, corroborantia, uterum respicientia, & alia in ejusmodi casibus dubijs proficua illi ordinabam, & jubebam, ut si quid sinistri acci-derit, mecum communicaret. Absoluto no-no mense accersitus ad rusticam hanc, con-vulsam sine intellectu & voce deprehende-bam, propinavi itaque illi optima quævis, ut aliquo modo refocillaretur. Hinc cùm ad remipsam indagandam tùm à patiente, tùm ab adstantibus admonerer, tacto abdomine observabam, molem versûs prorumpere in-gen-

i] im Kunst-und Wunder-Buch P. I. p. 25. k) L. V. consil. 40. p. m. 215. l) Dec. III. Eph. ann. VII. obs. 32.

entem atque admodum mollem, partes va-
inæ internas deprehendebam ſiccisſimas,
ullamque uteri aperturam; vel pariendi co-
atum alium. Abiens ſvadebam, ut luteum
liorum incoquerent juri gallinæ, & oleo a-
nygdal. pingve redderent, ordinabamque
ellentia cum confortantibus mixta per vices
dhibenda. Altero die poſt reviſebam æ-
ram, illamqve doloribus partûs inſufficien-
ibus, languidis, & per longa intervalla re-
urrentibus oneratam videbam, hinc fortio-
a pellentia illi propinanda, itidemqve fo-
nenta applicanda & linimenta ad infimum
entrem, lumbos ac regionem circa os ſa-
rum, pectinem, oſſa pubis, pudendaqve
um cervice illinenda ordinabam, à qui-
us parturiens in vehementiores partûs do-
ores incidebat, quos non longè poſt hiatu-
a uteri, aliaqve partûs inſtantis indicia ſe-
quebantur. Cum autem pariens admodum
debilis, nec tanta uteri apertura adeſſet, ut
fœtus ab obſtetrice apprehendi posſit, hinc
llam ſupinam reclinato capite, elevatis coxis
& poſterioribus locandam ſvadebam: obſte-
tricem verò inſtruebam, ut obſtetricantem
manum oleo delibutam ſenſim ſenſimqve in
uterum immitteret, alterâqve parientis abdo-
men leniter comprimeret. Dictis obtempe-
rans obſtetrix, referebat: inſtare quid qui-
dem utero, ſed nullum eſſe partum, neqve
manu poſſe extrahi. Jubebam, ut quale
quá-

quale unco apprehenderet, illudque lenite & paulatim extraheret. Hinc maximo mo limine & longo labore protrahebat saccu lum quendam (qui membrana erat exterio fœtum includens, χόριον dicta, admodun densa & p. n. crassa] ex quo innumera ver mium progenies figuræ latæ & coloris rubr in conspectum veniebat, qui totum fœtum exceptis paucis ossiculis, consumserant. Edi dit post annum incolumis & sana sanum fœ tum rursus in lucem, cum quo iterum aliquo viginti ejusmodi vermium, absque tamen læ sione matris & infantis, simul exclusit.

alia, §. 13. Femina gravida nescio quô inordi natô appetitu ferebatur in *crocum*, adeò u omnes fastidiret cibos, nisi croco essent con diti. Peperit tandem lepidum puellum, cu jus tota cutis *crocei* coloris erat, quem an adul tior retinuerit, nescit, hoc qui dixit, *Isibor dus.* Simile exemplum ex *Amat. Lusit.* m) allegat *Orpheus* noster D. *Hertodius*, n) quod ipse etiam in cane bono cum successu tentà vit. Studiosus, valde lascivus & venereus aliquando *semen*, *croceo* colore tinctum, emit tebat, ob varia edulia croco tincta assumta. o)

alia, §. 14. Plebeja mulier, retento fœtu mor tuo, in summo vitæ discrimine constituta obtinet à juniore Medico pulverem cum ve

hicu

m) C. V. curat. n) Dec. I. Eph. ann. I obs. 60. o) Dec. III. ann. VI. obs. 273.

vehiculo, à quo brevî liberabatur, ut exultaret postea qs. in messe. p]

℞. Troch. de myrrh. scrup. j. succin. alb. præp. dr. sem, borrac. gr. vj. f. pulv. D. c. aq. artemis. unc. ij. puleg. lil. alb. an. unc. sem. instillat. gutt. iv. *ol. dest. N. M.*

Hauserat hoc remedium ex *Augusti Thoneri*, Collegii Med. Ulmensis Directoris, observationibus, multâ experientiâ confirmatis. q)

CAP. III.

DE USU N. M. IN FOETUS DEBILITATE.

§. 1.

Singularis prudentiæ, pietatis, humanitatis & reverentiæ est, ita tractare uterum habentes, ne ulla occasione offendantur ac lædantur. Omnem enim læsionem sensit fœtus, omnemqve & animi & corporis affectionem maternam, & cum matre compatitur. Qvi itaqve uterum gerentes offendunt, & abortui seu corruptioni fœtûs occasionem præbent, in judicio Dei ab homicidii crimine non absolvuntur. r)

§. 2. Bonum igitur *claretum Sennertianum*, s) *vinum*,

p) Esa IX. 3. q] L. III. p. m. 193. r) Joël L. VIII. Pract. S. 3. p. m. 481. s) l. c. p. 50.

eltx. ℞. Zinzib. caryoph. an. dr. j. *macis*, Spic. nard. galang. sem. anis. coriand. præp. an. dr. ij. sacch. libr. sem. Vin. rhenan. seu rubr. mensur. ij. f. s. a. claret.

elect. §. 3. Si matrem fœtúmque cardiaca roborant, spirituosa, aromatica, salia volatilia &c. cum specificis maritata, hoc utiqve non inconveniens erit:

℞. Sal. volat. aromat. seu oleos. unc. j. ol. cortic. aurant. *macis* succin. an. g. v. Mixta stent in digestione. Dos. gutt. xx. ter quaterve de die c. vino generoso seu hispanico. t)

§. 4. Grata etiam fuerint *electuaria*:

Rec. Conserv. borrag. bugloss. ros. rub. an. unc. ij. meliss. unc. j. cort. citr. condit. myrob. chebul. condit. an. unc. j. extr. lign. aloës scr. j. marg. præp. dr. sem. corall. rub. præp. ras. ebor. an. dr. j. fragm. lap. pretios. an. scrup. j. *N. M. condit.* dr. ij. c. sirup. de pomis & miva cydon. f. elect.

Vel; Rec. Conserv. ros. rubr. unc. iij. caryoph. *N. M.* cinamom. an. dr. ij conf. sem. fœnic. unc. ij. contund. omnia & c. mell. pur. unc. iv. M. in mortar. affund. vin. malvat. cochl. iv. D. Sæpius portio magnitud. nuc. jugland. u)

Sola

t) Dolæus l. a, p. 316. u) Sennert. l. c, p. 349.

Sola *nux aromatites moschata* nondum matura cum pulpamento in India condita roborat fœtum & matrem.

§. 5. *Rotulæ* ita præparantur: *rotulæ*;

Rec. Margarit. præp. dr. j. corall. r. præp. ras. ebor. an. dr. sem. fragment. 5. lap. pretios. an. scr. j. cort. citr. flav. *macis* cinam. caryoph. an. dr. sem. croc. scrup. j. lign. aloës dr. j. ambr. gris. gr. v. sacch. in aq. ros. diss. unc. vj. f. rotul. vv)

Adde *Rotulas angelicas præservativas* pro gravidis *Mynsichti*. x)

Vel; Rec. Margarit. præp. scr. i. corall. r. præp. scr. ij. *macis N. M.* an. dr. j. cinam. dr. sem. sacch. ros. tab. unc. sem. f. pulv. c. sacch. in aq. ros. dissol. unc. iij. f. rotul.

§. 6. Ditioribus hunc *balsamum* commendat *Lohner*: y] *bals.*

Rec. Extr. lign. aloës, chermes, *ol. nucist. expr.* an. dr. j. & sem. bals. peruvian. scr. j. ol. dest. meliss. g. vj. M. D. ad pyxid.

§. 7. *Sacculum* & *emplastrum* vide in praxi *Sennertiana*. z) *Grüling*, puerperæ in debilitate omnium membrorum hos etiam dedit sacculos: a) *sacculi*

Rec. H. meliss. ocymi, fl. ros. rubr. an. P. ij. fl. viol. borrag. tunicat. an. P. j. cort. citr.

vv) Id. l. c. x) S VII. p. 166. y) disp. cit. z) l. c. p. 373. & 350. a) C. vj. obs. 36.

citr. sicc. lign. aloës, cinam. *macis* an. scr. ij. cordial. temper. an. scr. j. f. tres saccul. aq. carbuncul. seu vino malvat. irrorandi, iterumqve expressi cordi & pulsib. manuum applicandi.

obs. §. 8. *Vagitus uterinus* vulgò pro infausto habetur signo, fœtusqve debilis indicio. Nos *vagitûs* hujus pluscula exempla, causamque ejus physicam, alibi dedimus, b) fausta ejus exempla recitabit CL. *Verzascha*, c) cui addas *Eph.* nostras. d)

alia, §. 9. Ridicula verò narratio *Rommeliana*. e) Mulier in partu difficili & laborioso, cum mentio fieret *bals. embryon*, quem vulgò Kinder-Balsam vocant, istum postulabat. Missa alia à Seplasiario sub nomine des Kinder-Balsams *ungventum pediculorum*, eine Lauß-Salbe (quod ita à plebejis urbanitatis gratiâ nominari solet) quia fortasse nullius alterius Balsami præter hujus notitiam habebat, petit & accipit, statimqve parturienti portionem haud exiguam ad devorandum exhibet, quam ægerrimè deglutit, de ingratissimo hujus medicaminis sapore conqverens, ingeminans, se Ulmæ apud heram suam longè aliud balsamum, liquidùm scilicet & instar aquæ limpidum, in usum trahi obser-

b) in lagograph. curiosa S.I. c.3. c) Cent. obs. med. 3. d) Dec. II. ann. VIII. obs. 196. e) Dec. II. ann. VII. obs. 216. p. m. 407.

servâsse, sed non audiebatur. Nihilominus tamen paulò post feliciter enixa est, errorqve synonymiam commissus detectus fuit.

CAP. IV.

DE USU N. M. IN SECUNDINIS RETENTIS.

§. I.

RElicta in utero *secundina*, nisi maturè expellatur, brevi tempore putrescit, & suo tetro halitu diaphragma, cor, ventriculum & cerebrum inficit, ac pernitiosa symptomata, ut sunt strangulatio uterina, respirationis difficultas, & animi deliquium, miseris mulierculis infert. Ruptis igitur moris, subveniamus & opitulemur.

§. 2. Nihil tam inimicum utero est quàm *frigus*, pessimè igitur consulunt obstetrices, si moram nectentibus secundinis, & non, ut fieri debebat, fœtum sequentibus, puerperæ à vehementissimis partûs laboribus, per plures horas, imô integros interdum dies durantibus, misereqve aliquando ipsas excruciantibus, summè defatigatæ, æstuanti & sitienti, largum *aquæ frigidæ haustum* ebibendum propinant, & non raró bibere nolentem, durioribus verbis ad bibendum cogunt, dicentes: man müsse die Mutter erschrecken / daß sie die Nachgeburt gehen lasse. f] *obs.*

f) Dec. II. ann. VIII. obs. 174.

alia, §. 3. Matrona ista maximo cum appetitu comedit folia *macis*, si gravida foret, illudque aroma non duntaxat cibis, tanquam condimentum, in copia addebat, sed etiam noctu sub cervicali linteo involutum recondebat; ut eo pro lubitu vesceretur: partu edito vix gustabat amplius. g) In scholio Exc. D. *Hannæus* hæc subdit: Qvàm miserè torqveat puerperas invisa *secundinæ* adhæsio, pluribus infelicibus jam pridem compertum est documentis; eluctabuntur verò ex hac styrte felicius, si gravidæ, inde usque à medio gestationis tempore, prandium cœnamqve clauserint quotidie frusto panis, vino intincti, cui inspergatur pulvisculus, ex æquali portione comminutarum *Moschatæ*, bynes, Maltz/ & salis communis, confectus. Remedium est vario usu comprobatum. Sic Amicus noster. h)

alia, §. 4. Gravissimè etiam peccant mulieres nostræ, si neo-puerperæ abdomini, à præteriti partus laboribus æstuanti & madenti, nudo orbem stanneum (einen Zinnernen Teller) per se, vel injectione in frigidissimam, frigidum redditum, inopinatò & subitò imponunt, sicque voti sui compotes fieri, secundinasqve ultra debitum retardantes, expellere stolidè præsumunt. Varia inde mala, horripilatio, pectoris angustia & suffocatio,

g) eâd. Dec. & ann. obs. 115. h) l. c.

catio, ventris dolor, animi deliquia, lochiorum subitanea suppressio, oris uteri præceps occlusio, passio hysterica, nonunquam etiam hæmorrhagia magna, virium summa prostratio, convulsiones epilepticæ, & tandem mors ipsa. i)

§. 5. Publicæ ventilationi in Reg. Acad. Hafniensi dissert. de *Secundarum extractione* olim exposuit ὁ θαυμάσιος καὶ χαριέστατος *D. Th. Bartholin.*, Præceptor desideratissimus. k] Cujus experientiâ & ratione fretus in difficili puerperio *Joannæ Gronfeldin*, infante tandem mortuô expulso, svasi, ut retentas secundinas (medicamentis incassum adhibitis) peritâ mulieris manu extrahi curaret. Illa confidens dexteritati meæ, totum negotium commisit carnificis Höxariensis viduæ, mulieri prudenti & in hujusmodi casibus expertæ, quæ cuncta peregit feliciter citra dolorem, citra omne, quod alii prædixerant, periculum. Bellè enim ipsa diu post valuit, plurium liberorum mater. Comitissæ secundina post partum per tres septimanas, sine ullo tamen notabili commodo, substiterat; cum verò, svasû alicujus vetulæ, jusculum ex *chærefolio Romano* sumsisset, subitò onere levata fuit. De secundinæ frustulo ultrà mensem in utero, retento, à D. *alia*, *alia*,

i) l. a. p. 435. k) Add. C. V. hist. 39.

Cummen. autem feliciter expulso, vid. *Eph.* nostras. l] De morte verò à violenta secundinæ ruptione lege *Ledelium* nostrum. m) De secundina per annum cum dimidio sine molestia retenta, tandemqve spontè excidente *Dec.* II. *Eph. ann.* I. obs. 31. add. *obs.* 184.

CAP. V.

DE USU N. M. IN TORMINIBUS POST PARTUM.

§. I.

DOlores post partum fiunt, censente *Harvéo,* n) quòd uteri cervix tunc se modicè contrahat, & propterea sangvinis grumi cum difficultate aliquà prodeant, cui contradixit *Deusingius*, Doctor quondam noster, o) ab utero in grumos difficilius exeuntes insurgente, & qs. novum pariendi conatum instituente, eosdem derivans. Rectius verò *Franciscus de le Boë Sylvius,* p) Magnus studiorum meorum Fautor, in utero causam quærit, nempe à secundinarum arctius connexarum separatione læso & excoriato, quem ideò sangvis permeans mordicet ac rodat; à qua etiam causa deinde ista sangvinis in grumos concretio deduci potest. Quicquid sit,

l) Dec. I. ann. III. obs. 117. m) Dec. II. ann. IV. obs. 68. n) exercit. de partu, o) diss. de generat. fœt. in uter. P. III. §. 106. p) L. III. Pr. c. 9.

t, ſat mihi, & hîc *nucem* noſtram non o-
nninò ſterilemſe exhibere,

§. 2. Obſtetrices Reginæ Galliarum de pulv. *pulv.*
q. pulvere puerperæ drachmam unam ſta-
m à partu, cum vino albo, ſeu juſculo, de-
erunt:

Rec. Rad. conſolid. maj. dr. ij. & ſem. nucl. perſicor. *N.M.* an. ſcr. iv. ambr. gris. (niſi ſit hyſterica) gr. aliquot. q]

iver. dr. ſem. ſuccini addidit, & magni ſem-
er fecit hunc pulv., repetitum à *Dolæo.* r)

el: Rec. *N.M.* anis. cinam. an. ſcr. j. f. pulv.
).c. vin. albo,

el: Detur *ol. N.M.* ſcr. j. c. juſculo,

el: Rec. nucl. dactyl. & perſic. an. dr. ſem. N.M. ſcr. iv. pulv. diamarg. calid. dr. ij. anis. dr. j. cinam. ſcr. ij. croc. ſcr. ſem. ſacch. ad pond. omn. f. pulv. tenuiſſ. D. dr. ij. c. vin. alb. bis tervé in die, ſi dolores urgeant. s)

Quàm proficuum ſit *ſperma ceti* in recenti de-
octo Zedoar. ſalv. & cort. aurant. ſumtum,
xemplo illuſtravi in *Salvia* mea. t) Excell.
). D. *Lanzon.* feminam curavit magnis do-
oribus poſt partum affectum, ſolâ exhibitio-
ıe ſpermat. iſtius recent. in decoct. artemis. u]

q) Birling. in append. var. medicam. p. 178.
) l. c. p. 335. s) River. L. IX. Prax. c. 23. p.
364. t) S. II. membr. 8. c. 4. u) Dec. III.
Eph. ann. I. obſ. 41.

§. 3. Inungi etiam post venter *oleo Rive riano*, vv) quod magnæ efficaciæ erit. Add *Scharfium*. x)

CAP. VI.

DE USU N.M. IN LOCHIIS SUPPRESSIS, ET IMMODICIS.

§. 1.

Ην μὴ ἀποκαθαίρηται τὰ λόχια ἡ γυνὴ, νῦσος αὐτῇ μεγάλη ἔσαι καὶ κινδυνεύσι ἀποθανεῖν, *nisi mulier à partûs purgamentis repurgetur, magno morbo tentabitur, vitæque periculum incurret.* y) Qvoc *Macer*, vetus Poëta, sic effert: z)

Hæc si plus justo vitio cogente moratur,
Aut mors *subsequitur*, dolor *aut qui vi toleratur.*

Æqvum igitur erit laborantibus succurrere, & ecce manum auxiliatricem promtè offer N.M.

pulv. §. 2. De *immodicis* notabilis historia D. *Ledelij*: a) in districtu, ait, nostro Grün bergensi erat nobilis ab U., cui post partum difficilem sanguis copiosissimè fluebat per uterum cum periculo vitæ. Matronæ adstantes exsiccabant aliquid *sangvinis profluentis*, & in-

vv) l.a.p.463. x) de Juniper.c.22.p.294. y) Hipp.L. de nat.puer. z] L.II.mat.med. c. 10 a) Dec. II. Eph.ann. III. obs. 99.

ſciæ ſub forma pulveris exhibebant eum ju-
mine. Lege sîs ſcholion *Schröckianum*.
uſtica prorſus deplorata accipit adhuc à vi-
na pulv. ex amylo, N. M. & ſiliquis. [Jo-
annesbrodt) paratum, quem partim ſam-
ebat, partim cum aq. fol. querc. per inter-
illa bibebat, & adhuc vivit, Deo benedicen-
. Non poſſum ſatis admirari ſimpliciſſi-
æ plebeculæ, omnium literarum expertis,
luberrimam praxin, ex voto interdum ſa-
s facientem. In ſolius Dei gloriam, citra
rtis meæ contemtum, hæc dixero, qui par-
ulis & pauperculis ea aliquando revelat, quæ
el Magnus Æſculapius neſcit, ſeu præ faſtu
emnit. Certè puerpera, ob lochia ſuppres-
, in magno verſans periculo, etiam gene-
oſis remediis incaſſum uſurpatis, obtinet
andem à probo ruſtico pulv. è *cranio capo-
is*. Quô cum vino ſumtô, fluxus ex voto
nanavit, adhuc ſuperſtite *Magdalena*, ex
ujus ore hæc ſcribo;

§. 3. In his, cum periculoſisſimis ſympto- *elect.*
natibus, inprimis diarrhæa, *Lentilius* even-
ualiter, ſi acrius inſtarent, eo abſente, hoc
rdinabat *electuarium*:

Rec. Conſerv. ros. rubr. unc. ſem. conf.
de hiacynth. dr. j. miv. cydon. dr. ij.
laud. opiat. gr. j. N. M. dr. ſem. ſirup. cy-
don. dr. iij. M.

SECTIO-

SECTIONIS TERTIÆ.

PARS I.

DE USU N. M. IN FEBRIBUS.

CAP. I.

DE USU N. M. IN FEBRIBUS IN GENERE.

§. I.

NOta est fabula de *Medea* & *Jasone*, fi
sius & eleganter à *Nasone* descripta. b
At quantus sub hoc putamine lutet nucleu
Nomen Artis Medicæ à *Medea*, à μεδέω
curam gero: c) quid enim Medicus, ni
custos salutis? d) Mater Medeæ *Idya* dicta
sic etiam Medicinæ Ἰδῆα, seu εἰδῆα, scien
gnara, ab εἴδω, εἴδομαι scio, est enin
scientia sanandi, e. i. ars scientifica. Avus Me
deæ *Phœbus* dicitur. Ipse apud Ovid: e)

Inventum Medicina *meum est*, *opiferqu*
per orbem
dicor, & herbarum *subjecta potentia nobis*

In arte Magica tantopere versata erat *Medea*
ut alia inter stupenda facta etiam de cœlo si
dera deducere, decrepitisque senibus juve
ni

b) L. VI, Met. f. 1, & 2. c) Linden. Med. Phy
siol. L. I. c. 2. §. 3. d) Curt. L. III. c, 6. e) L. I,
Met. f. 9.

em vigorem reddere calluerit. Qvid ma-
nobilitat Medicum quàm *Magia naturalis*,
scientia abstrusarum, admirandarumqve
tutum in Naturæ sacrariis latitantium, ut
rporibus ætate morbisqve confectis pristi-
m vigorem nitoremque, sanitatem putâ,
ldere, & sic *Medeæ* exemplo de cœlo qs.
ducere sidera queat, ideoque ut *Jason* à
edea, ab omnibus meritò amatur, sum-
oque habetur in pretio. *Jason* verò ab
ἰᾶσθαι quis alius, quàm Medicus? qui
e *Medeæ*, i. e. Artis Medicæ, quos trucu-
ntos corpus nostrum infestantes morbos
on abigit, quos dracones, ignivomosque
uros, sanitati adversantia monstra, non pro-
rnit? queîs superatis *vellus aureum* glorio-
s Victor, ut postera laude recens crescat,
portat. Si verò contingat, ut Medicus
ore *Medeæ* à solo suo natali, ie. *ratione* &
perientiâ deviet, à recto tramite declinet,
erque varios errorum labyrinthos abreptus,
pinionumque lenociniis inescatus, spon-
m suam *Medeam*, i.e. ipsam Medicinam re-
udiet & relinquat, nil aliud hoc divortium
uàm experimenta per mortes, hominumque
nterneciones ac lanienas, cum summa me-
entis ignominia, pariet. Delabimur ad
ebres, quarum magnum præsidium & dul-
e decus *nux* nostra *myristica*.

§. 2. Præstantissimum *elixir* D. *Michaëlis*: *elix.*
Rec. Summit. absinth. cent. min. card. ben.
rut.

rut. hort. pentaphyll. an. M. II. rad. ger
arist. rot. imperat. cal. aromat., ari, fil
an. unc. j. caryoph. N. M. Zingib. alb. p
per. long. an. unc. j. sp. vin. q. s. f. elix.

Mynsichtianum tale: f)

℞. Spec. febrifug. nostr. unc. IV. pipe
long. caryoph. N. M. an. unc. j. H. cen
m. card. ben. absinth. an. M. j. qui
que fol. rut. an. M. iij. pulverisat.
mixta extrah. opt. spiritu vini. Tinctu
spirit. aufer, & recentem aff. tamdiu
donec omnis tinctura & essent. extract
sit. Ultimò S. V. in MB. ad medieta
abstrahe, & remanentem spirit. c. essen
per chart. emporetic. filtra, S. ad usum

essent. §. 3. *Essentia antifebrilis Wedelij* composi
hæc est:

℞. Rad. galang. Zedoar. summ. absint
an. unc. j. acori veri dr. vj. Chin. d
chin. lign. colubrin. cass. caryophyl
fl. centaur. min. an. dr. iij. cort. citr. a
rant. rhab. el. an. dr. ij. *macis* N. M. ca
ryoph. an. dr. j. & sem. costi veri sqv
nanth. an. dr. j. Incis. & mixt. extra
c. sp. vini. addit. s. q. spir. salis, ac
essentia.

pulv. §. 4. *Pulvis* febrilis *Ettmülleri* erat:

℞. Sal. abs. card. ben. antim. diaph. a
scrup. j. *ol. macis* gutt. ij. M.

Mynsichtianus, seu species ejus febrifugæ hæ: g

Rec

f) S. XVII. p. 272. g] S. V. p. 129.

Rec. Cochlear.long.teſtar. præp. corn. al- ciſſ. igne calc. an. unc. j. ſal. centaur. min.card.ben.abſinth.an.unc.ſem. tart. vitriolat., mag. vitriol.an.dr. iij. cal. aromat. N. M. an.dr.j.& ſem., ſem. hyperic.caryoph. piper. long. camph. an. dr. j. R. tormentill. ariſt. rot. Zedoar. oſtrucii an.dr.ſem. f. pulv.ſubtil. Abigit ferè omnes febres, inprimis quotidianam, tertianam, & ſœpe quartanam.

§. 5. *Electuarium* tale habet *Jüngken.* h) *elect.*

Rec. Conſerv.ros.unc.ij. nuc.indic.condit. Zingib.condit.an. unc.j. trag. ſtomach. arom.dr.vj.theriac.unc.ſem.ol.caryoph. cinam.an. g. x. chin.de chin.unc. ij. c. brod. *Nuc. ind. condit.* f. elect;

...*denham* jubet, i] ut febricitans quantita...m N. M. majoris mane & ſerò quotidie de...ret diebus à paroxyſmo vacuis, poſtea per...t cum antifebrili ſuo cortice.

§. 6. Ad meliorem ſomni proventum na...s, tempora, pulſus hoc *balſ.* inunge: *balſ.*

Rec. *Ol.* N. M. *expr.* ſcr.j.balſ.ros.citr.ſcr. ſem,opii, acet.ros.ſol.gr.V. M. ſonderlicher Ruhbalſam. k)

...el: Rec. Ungvent.alabaſtrin. dr.iij.philon. rom. dr. ſem. *ol. nuciſt.* expr. g. IX. M.

...febri epidemica maligna cum recidiva con-

h) in fund. Med. eclect. p. 809. i) V. ...pp. p. 355. k) Lotich. L. I. c.7. obſ. 14.

conjuncta & insigni horripilatione in Vi nobili *Lotich.* l] hoc ordinabat oleum :

oleum, Rec. Ol. cydon.menth.nardin.an. unc.i N. M. *expr.* dr. sem. ol. macer. N. M dest. an. g.iij. M. Ungat. regio stomac calidè bis in die.

Vel : Rec. *Ol.* N.M. *expr.* dr. ij.angelic.suc citr.meliss.dest.an.g. x. junip. scr. j. M cordis regioni mane & vesperi inu gat.

catapl. §.7. *Cataplasma* febrile *Mynsichti* m) du bus linteolis comprênsum,& super pulsus triusq; manus duab.horis ante paroxysmum positum , febres puerorum quàm plurima præsertim tertianam notham,seu spuriam cu rat , & mirabiliter sœpe paroxysmum sedat.

saccul. §. 8. Nec *sacculus* fastidiendus in febl symptomat., aut *empl. Dolæi.* n]

obs. §. 9. Parens meus anno ætatis suæ xx singulis mensibus (à Marito usque in Sep tembrem) & quidem in novilunio febre co ripiebatur, unum saltem diem durante. Co fer sîs *Schenckium.* o) Alium novi, qui sin gulis septimanis, ipso die Veneris, mane ci ca tertiam & quartam, insultum tolerabat fe brilem ultrà duos menses. De febri octav die recurrente vide *Ephem.* nostras. p)

CAP

l) l. c. m] S. XXXVII. p. 518. n) Encyc med. dogmat. L. IV. c. 10 p. 207. seq. o) L VI. obs. 64. p) Dec. I, ann. IV, obs. 70.

CAP. II.

DE USU N. M. IN QVOTIDIANA.

§. 1.

MIſera res febris eſt, pejor autem, ſi quotidie affligat, viresque nimium atterat. nterim haud abjiciamus animum, ſed contra udentius eamus. Asſiſtit nobs *nux moſcha-*, ſuamqve opem ùltrò largitur.

§. 2. Quandoque præ aliis hîc proſunt ſti-tica ex alumine, quia focus in ventriculo eſt: *pulv.*

Rec. Alum. crud. ſcr j. ſal. abſinth. N. M. an. ſcr. ſem. ol. caryoph. g. ij. M. D. c. vino abſinth. ante paroxysmum.

pecies diæſulæ *Mynſicht.* q) valent. in omni ebre quotidiana à dr. ſem. ad dr. j. datæ ulv. febrilem *Schröderianum D. Hofman in ave Schröder.* præſtantiorem fecit additione *I.M.* dr. j. & alumin. unc. ſem. *Elect :* dia-hænic. Meſv. & Fernelii ſuá quoque gaudet fficaciâ, nec non *extractum diacitri* Reus-erianum. *elect :*

§. 3. Invenerat verno tempore ruſticus *V*eſtfalus ova ſerpentum, quæ, tanquam rem ovam, conjugi ſuæ monſtraturus, domum ortat, viſaque in vitrum retrò fornacem re-onit. Cumqve aura adhuc aſpera ſpiraret, ſaqve ruſtici conjux puerpera tunc eſſet diu octuqve Vulcano ſuum dabatur pabulum. Omnibus tandem à continuo calore in vitro uptis, prorepsêre ſerpentuli, qui hinc inde *obſ.*

ſe moventes cum vitro in pavimentum deciderunt, miroſqve fecêre gyros, quos verò ingratos hoſpites ocius oppresſit colonus; pœnitens, ſe tamdiu angves foviſſe in ſinu. Puerpera verò moleſtisſimâ quotidianâ correpta, ægrè reſtituebatur poſtea. Ceterum confer D. *Borrichij* inſignem tractatum *de Hermet. Ægypt. ſapient.* r) Sic terror facit curatqve febrem. Somniabat puella, ac ſi eqvus eam momordiſſet, ex quo terrore febris poſtero die abacta erat. s) De terrore morborum remedio vide *Pechlin.* t] De purgatione ex ſola imaginatione lege D. *Schmiedium.* u) Puellus ſeptennis ſomniârat, ac ſi febrim ſuam, quæ priori die eum eximiè cruciârat, per alvum rejiceret. Stercus rejectum mane in lecto repertum, febri non amplius redeunte:

CAP. III.

DE USU M. M. IN TERTIANA.

§. 1.

COmmunis Medicorum error eſt, queritur *D. Hofmann,* vv) febres intermittentes non protinus appropriatis tolli debere, niſi prægresſi fuerint aliquot paroxysmi. Salva-

r) c.10.p.270. s) Add. Dec.I.ann.II. obſ. 150. t) L.III.obſ.24. u) Dec. I. ann. IV. obſ. 160. & ann.VI.obſ.238. vv] in not. ad C. I. c. 57. Poter. obſ.

va res eſt,ſi neglectis obſtructionibus in principio ſtatim conſtringentibus motum humorum, ſicque ipſius morbi ſpiritum ſuſpendere velimus; quod ſi autem ipſam radicem morbi aggredimur, tunc tutius eſt, ſtatim ipſum morbum præſcindere, in quem finem ſœpius unica doſis emetici vel ſpecifici cujusdam, nullo in ſangvine conſiſtente vitio, non rarò ſufficit. Qvod monitum ab omnibus probè notandum. Jam vires narrabimus N. M. in tertiana.

§. 2. *Nodulum* laxativum puerperæ in tertiana notha datum vid. apud *Horſtium.* x) Febri hac populariter haud ſine malignitate graſſante, vinū Hipprocraticum præſcribebat molliuſculis D. *Crüger*, y] horis aliquot ante paroxysmum calidè ſumendum ad unc. v. aut vij. Duo verò Viri obeſi & robuſti, vino aliàs dediti, duas libras ex hauriebant, à febre planè liberati. Tale autem erat: *vinum.*

Rec. Gran. paradis. cardamom. caryoph. *macis* an. ſcr. ij. cinam. dr. iij. vini Francic. libr. ij. ſacch. q. s. aff. vin. calidiſſ. & in cantharo aq. fervente ſtent per aliquot horas.

§. 3. Sirupus roſatus compoſitus ſine elleboro modeſtius quidem purgat, quàm *Monani* helleboratus, nihilominus tamen feli- *ſirup.*

x) L. I. obſ. 10. y) Dec. III. ann. II. obſ. 14.

citer adhibere poteris intertiana, ut *trypher. persic. Mesvæ.*

elix. §. 4. *Elixir* febrile *Mynsichti* z) præservat & abigit, post evacuatum corpus, omnes febres. Dosis instante paroxysmo, vel paulò ante, ut simul cum paroxysmo operetur, ad dr. j. ad ij. & unc. sem. in aq. cent. m. absinth. aut card. ben. Robustiori ab uncia sem. ad dr. vj. datur. Præterea cacochymici & hydropici magno juvamine potui quotidiano immiscere possunt: suâ enim amaritudine putredinem omnem arcet, partium verò tenuitate obstructiones tollit.

pulv. §. 5. *Dolæus* a) hunc habet *pulv.* pro una dosi sumendum:

Rec. Alumin. crud. scr. j. N. M. dr. sem. oli ban. piper. an. gr. v. ol. caryoph. g. j. M D. in aq. centaur. min.

Vel da alum. crud. pulv. & N. M. an. p. æqv ante paroxysmum. Sequens multis profuit

Rec. Pulv. conchar. in ripa Visurgis col lect. scr. j. vel dr. sem. lap. cancr. scr. sem pulv. lumbric. terrestr. simpliciter para g. xv. N. M. *gr.* ij. M. D. in decoct absint. & centaur. min. b)

Commodè etiam crebrius usus sum pulv. so lut. tartarisato, & pulv. solut. de tribus, c)

§. 6. *Rolfinc.* juveni intertiana continu cur

z) vid. c. I. §. 2. a] l. c. L. IV. c. 8. p. 16
b] V. tr. m. de lumbric. terrestri S. II. M. 3. 24. p. m. 166. c) P. A. R. p. 853.

:um vires vitales, earumqve organum maxinè langverent, alia inter hoc *elect:* d) dabat: *elect:*

Rec. Conſ. ros. rubr. vet. acetos. fl. anth. tunic. an. unc. j. *cond. N.M.* dr. iij. lact. hiſpan. cichor. an. unc. j. conf. alcherm. c. M. & ambr. dr. iij. ſpec. diarrh. Abb., diatr. ſantal. an. dr. j. & ſem. ſir. cinamom. è toto citr. an. unc. j. ceras. q. s. M. S. Stärcklatwerge.

§. 7. *Pilulæ* de *rhabaro* tertiæ deſcriptionis hæ; e] *pilul.*

Rec. Rhabarb. dr. j. & ſem., diagrid. g. xiv. aloës, maſtich. an. ſcr. iv. ſpic. nard. N. M. an. g. vj. f. c. ſir. ros. ſolut. pilul.

§. 8. Si febris vomitoria fuerit externè ventriculo ſeq. applica *cataplasma:* *catapl.*

Rec. Farin. frument. libr. ſem. bacc. laur. & junip. an. unc. j. & ſem., ſem. anis. fœnic. cumin. an. unc. ij. *N. M. macis*, caryophyll. an. unc. ſem., cepar. contus. unc. j. coq. ex aq. commun. ad conſiſt. cataplasmat., tunc add. ſp. armoniac. unc. j. ſp. matrical. unc. j. & ſem. *M.* & applic. ſœpius calidè. f)

§. 9. Rara & ſtupenda prorſus ſymptomata, putâ loquelæ, memoriæ & rationis imbecillitatem, convulſiones triduanas, delirium *obſ.*

 me-

d) L. IV. conſ. 5. p. 443. e] Vidius L. VII. de med. comp. intern. c. 13. & Tiling. Rhabarbarolog. p. II. c. 8. p. 155. f) Jüngken. Vad. mec. p. 133.

melancholicum, visum imminutum, & aphoniam à venæsectione notavit DD. *Rommel*, Amicus colendus. g) Habuit *Insulanus* noster quendam in familia sua temperamenti maximè sangvinei, cui crebriorem venæ sectionem imperârant Medici. At quoties parebat, inprimis vere & autumno, toties altero, vel tertio die postea certò certius incidebat in tertianam. Ratio in promtu est. Scilicet quia sulfur in massa sangvinea ita copiosius congeritur, sal verò [quod ipsum frenare & ab efferatione cohibere debet,) hac ratione subducitur. Etenim sangvis, quò magis inveterascit, eò evadit salsior, sale nimirum præ ceteris elementis minimè evaporante. Qvò verò sale magis abundat cruor eò minus sulfure. Sal enim sulfur atterit absumit, & evaporare facit. Cum itaque venæ sectione pristinus sangvis detrahitur, ejus vice alius opulentior & sulfure impregnatior substituitur, adeò ut evadat minus sallus & plus sulfureus. h)

§. 10. Erat Studiosus in Regia Academia *Oxoniensi*, natione Styrus, qui contra tertianam varia hactenus usurpârat, sed sine voto. Venit tandem Svecus, & præsentissimum espondet remedium certamqve medelam. Dedit autem ille *testiculos gallinaceos* in pulverem tusos, cum decocto centaurei minoris ante

g) Dec. II. Eph. ann. V. obs. 140. seqq. h) Vid. Willis, de febribus c. 9. p. m. 166.

nte paroxysmum, qui ocius cessit, sine omni recidiva. Commendantur testiculi isti etiam à *Schrödero*, i) *Fischero*, k) & aliis. *Centaureum* verò flagellum tertianæ, ut, licèt Svecus iste ex mera petulantia pulverem hunc tyro dederit, alium in finem, hic tamen voti sui, etiam præter opinionem, compos factus sit. Vice-Capitaneus in castris Hungaricis eandem febrim iisdem testiculis crebrius faustè profligavit.

§. II. Retulit mihi olim in mari Balthico nauta Revaliensis, se tertianarium, sumtô fortiori emetico, febrim vivam, eamque saltantem adhuc rejecisse. Risêre, qui aderant, auditores, sed non ego. Potuit sentina ista nitro-sulfurea jam rejecta & in terram lapsa, crebrius sese motitâsse, sursum deorsumqve [illegible]s, subsultans. Tota scilicet radix, qualitatibus febrilibus munita, unico pharmaco hoc vulsa erit, ut spiritus fugam meditantes, atque ideo saburram elevantes, sed ob ἀντιπερίςασιν aëris impediti, inque rursum subsidentes, bellum hoc spectaculum præbuerint. Qvi si in corpore mansissent, per totum diffusi, utique suâ vellicatione, ab acrimonia excitata, multos adhuc horrores rigoresqve peperissent. Quid enim, dic [illegible]ades, est febris, quàm impuritas nitro-sulfurea, quæ digestis temporibus separata, ex al- *alia*;

i) Pharm, cit. L. V. Class. 2. c. 55. p. 318. k) L. II. corp. Med. Imperial. S. V. tit. 3. p. 726.

tata, suscitata, accensa, vel in actum deducta horripilationes, rigores, frigora, æstus, somnos narcoticos, cephalalgiam, pulsuum alterationes, & cetera producit, pullulatque ex ista impuritate febris, non secus ac flos ex germine suo. Qvæ omnia cum Acutissimus *Rhodius* l) solidè probârit, abrumpimus.

alia, §. 12. Varios dedisti sudores (scripsit mihi eruditus amicus Belga) in observationibus tuis selectis, Ephemeridibus vestris adjectis: Corallii vice superaddo *sulfureum*. Juvenis tertianarius accipit à me pulv. antifebrilem cum vehiculo suo antè paroxysmum. Sumit ille & dormit. Excitatus à domestico, miratur largissimum sudorem, in quo cubuit, prorsus *sulfureum* & fœtidum, qui totum impleverat hypocaustum. Dedi adhuc semel alió die pulv. istum eâdem dosi eâdemqve horâ. Sudor quidem (non tamen adeò largus) expressus, at sine ullo fœtore vel odore sulfureo, ipseqve à febri perfectè liberatus est. Hûc traxeris scholion *Sachsianum* ad observ. *Hagendornianam*, m) & *Schmidianam*, n) nec non *Acoluthianam*. o)

alia, §. 13. Inter summa acutarum febrium remedia potum frigidæ tempestivè adhibitum ponit *Pergamenus*, p] inqviens: potio frigidæ

l) discurs. supra idéam Med. Phil. Severin. c. 12. m) Dec. I. Eph. ann. 2. num. 191. n] eâd. Dec ann. IV. num. 1:8. o) Dec. II, ann. IV. obs. 168. p) L. IX, M. M. c. 5.

idæ extingvit febrem, Naturam robustam eddit, ut deinceps per alvum & sudorem expellat, quæcunqve noxia sunt. Idem testatur alibi. q] Adde sîs *Schenckium*, r) *Kergerum* : s) *Amat. Lusitanum*, t) & *Willisium*, u) qui nervosas dabit rationes. Cum in Regia & Equestri Danorum *Sorana*, in ædibus Exc. Domini M. *Hieronymi Weizij*, Eloqv. Prof. ord., Civis & Hospitis mei honoratissimi, studiorum gratiâ commorarer, tertianâ circa caniculares correptus, temtis omnibus medicamentis, spretâ venæ sectione, nec ullis diætæ legibus observatis, adolescens, quid ponderis haberet hæc doctrina veterum, in meipso experturus, unâ vel alterâ horâ ante paroxysmum, descendo in cellam frigidissimam, confidens in arena, togâ abjectâ prægrandem cantharum tenuioris cerevisiæ plenum, (puram enim aquam aversabar,) inque frigidam ab ipsa aurora collocatum, hilariter vicibus aliquot exhaurio, & jamjam instante paroxysmo in horto, ædibus vicino, variis commotionibus, exercitiis & cursitationibus tamdiu me defatigo, donec sudore totus perfusus conciderem, inqve molli gramine sub umbra arborum svaviter obdormirem, nullo subsequente paroxysmo. Tribus

 vi-

q) L. IV. de rat. vict. in acut. t. 12. r) L. VI. obs. 10. s) de Ferment. S. III. c. 3. p. 244. t) C. IV. curat. 18. & C. V. curat. 43. u) de febrib. c. 8. p. 163.

vicibus id repetivi, & in hunc usqve diem abs omni febre securus & immunis vixi. Qvod cum audiret *Weizius* meus, ingenuè fassus est, se olim *Gedani* eâdem febre detentum, in accessu paroxysmi altum conscendisse montem, & capite mitrâ pallioqve bene ob-& involutô, ex vertice ad radicem ejus conglobatum se devolvisse aliquoties, febre penitus cessante.

alia, §. 14. Integram historiam araneorum dedit nobis *Liesterus*, in qua varia præsidia diversorum morborum promsit. De furore Venereo à comestis araneis vid. D. D. *Lochneri* raram observationem. vv] Dn. *Joann. à Bibra*, Hereditarius in Irmelshausen, Ordin. Equestr. in Röhn. & Werra Præfectus quondam, tunc Consiliarius Intimus Saxo - Römhildensis, Aulæqve & Cameræ Director, bonâ fide retulit D. *Kelnero*, Practico jam Nordhusano, Apellam quendam famulo Patruelis sui tertianâ ultra novem menses miserè excruciato & emaciato, omnibus incassum adhibitis, duas seu tres *araneas*, justæ magnitudinis, cum pane butyraceo, inscio tamen ægro dedisse, & mox jusculum calidum ac pingve. Qvô sumtô, ad sudorem compositus ille, exque voto in integrum restitutus. Multoties postea hoc antifebrile in nobilibus pariter ac plebejis, bono cum successu, usurpatum est.

§. 15.

vv) Dec. II, Eph. curios. ann. VI. obs. 216.

§. 15. Adducebatur ad D. *Lebenwald* puer *alia*, ruſticus xv, annorum, optimi corporis habitûs, ſed totaliter viſu deſtitutus. Cauſam morbi inquirenti reſpondent, puerum nunquàm aliquo affectu oculorum, ſeu capitis laboráſſe, nec Parentes aliquâ tali labe affectos fuiſſe, ſed eum ante medium annum incidisse in *tertianam*, contra quam Venator medicaſterculus ipſi chartulam certis *characteribus* inſignitam devorandam dedit. Qvâ vix deglutitâ, tanta perturbatio capitis & in eo ſonus obortus fuit, ut ipſi non aliter viſum ſit, quàm ſi omnes totius mundi campanas pulſari audiiſſet. Hanc metamorphoſin ſtatim excepit omnimoda viſûs privatio. x)

CAP. IV.

DE USU N. M. IN. QVARTANA.

§. 1.

NOn ſemel indignatus ſum noſtris hominibus, qui quartanam ſcandala inter Medicorum reponunt, qs. tam atrox & formidoloſus hic affectus foret, & quarta furiarum. Bono animo meticuloſos eſſe jubet *CL. Langius*, y] cum hanc febrim ſanandi omninò Chymiater potis ſit. Sed nos etiam multoties, ſine Chemiæ adjutorio, ſimplici quodam remedio fauſtè profligavimus, & alii vilis-

x) eâd. Dec, ann. II. obſ. 106. y) in Miſcell. med. curios, num. II.

vilissimis aliquando rebus. Heîc nos de ef ficacia *N.M.* saltem fabimur.

Vinum, §. 2. J. *Frideric.* Herwig talem *nodulum* præscribit: z]

℞. Rad. gentian. cichor. plantag. an. dr. ij H. card. ben. cochlear. an. M. sem. summit. fumar. centaur. min. an. P. iij. fl. 4 cordial. an. P. j. absinth. P. ij. lign. colubr sassafr. an. dr. j. cass. caryophyllat. chin. de china an. dr. ij. & sem. cinam. cost. ver macis caryoph. an. scr. sem. Concis & cont. D.

pulv. §. 3. Aniculæ cum suis asseclis N.M. inauratam, quam strenæ loco accipiunt, pro infallibili venditant febrifugo, præcipuè in quartana. Nec caret hæc res ratione, ait *CL. Diez,* a] cum enim sit diaphoretica, diuretica & cardiaca, quorsum mirâre? Interim ne nescias vim & efficaciam superstitionis, ecce historiolam. Vinebat ad me ante quinquennium decrepita ferè anus ex pago, nî fallor, *Spichert*, propter Deum remedium domesticum contra hanc febrem petens. Do ei *N.M.* pulcrè inauratam, à vicino strenæ loco mihi missam, jubeoqve, ut contusam adjectâ parte anatica alumin. crud. pulverisat., in cerevisia ante paroxysmum sumeret, inqve lecto desuper, si quiret, pro tolerantia virium sudaret. Paruit Vetula, cum omnimoda restitutione, & amplissima gratiarum actione.

§. 4.

z] disp. de quartana p. m. 17. a) l. a.

§. 4. *Morsuli* corroborantes apud *Horstium* *morsul.*
les: b)

Rec. Sp. diarrh. Abb. dr. j. diagalang. dr. sem. caryoph. N.M. grosso incis. dr. j. & sem. citri condit. incis. dr. ij. conf. alcherm. dr. j. sacch. in aq. borrag. sol. unc. vj. f. morsul.

lios in tabe vid. apud *Cratonem*. c)

§. 5. *Balsamus Herwigianus* hic est: d) *bals.*

Rec. Ol. *macis expr.* dr. j. anis. carv. petrol. alb. an. g. IV. *macis* menth. caryoph. an. g. iij. bals. peruv. g. v. F. balsam. stärckender Magen-Balsam.

Vel: utere *linimento Cratoniano.* e) *Horst.* *linim.* ordinabat exterius *linimentum* ad regionem mucronatæ cartilaginis: f]

Rec. Ol. mastich. absinth. an. unc. j. *N. M.* expr. dr. j. pulv. caryoph. menth. sicc. an. scr. j. bals. peruv. scr. sem. cer. parum f. linim.

§. 5. *Ferrara* g) miris commendat modis *oleum*, seq. *oleum*, quô inungi debet tota spina dorsi, à nucha incipiendo, & ad os sacrum procedendo:

Rec. Ol. laurin. vulpin, de euphorb. spic. *N. M.* terebinth. an. dr. ij. M.

Cataplasma dabit *Jüngken*. h)

§. 6.

b) L, I. obs. 13. c) L. VII. cons. p. m. 329. d] disp. cit. p. 18. e) L. V. cons. 27. p. 129. f) l. a. g) in obs. chirurg. num. 49. h) l. c. p. 58.

obs. §. 6. Infantes, citra ullum vitæ errorem à matribus contraxisse *quartanam*, asserit quidem *Fernelius*, i) sed sine exemplo. Unicum quod, scio, Tibi narrabo. *Anna Dorothe* Meisenthurm, militis cujusdam sub Nobilissimo Chiliarha Monasteriensi ab *Elberfel* conjux, tertiâ vice tunc gravida, altero statim mense pertinaci corripitur quartanâ. Ultimis mensibus in & ante paroxysmum embryonem maximè inquietum, tremulum, & ab uno in aliud latus sese volutantem manifestè sensit, ut tristem sibimet ipsa prædiceret eventum. Tandem, superato eôdem die terribili paroxysmo, circa decimam nocturnam peperit filiolam, quæ unâ eâdemqve horâ, unà cum matre febri istâ affligebatur. Vidi miserrimam puellulam, stupens sanè, quî tenerrimum corpusculum tam graves sustinuerit insultus. Mater tandem, Deô opitulante, convaluit.

alia, §. 7. *Justinus Landwehr*, LL. Candidatus eximius, seriò mihi dixit in illustri Frisiorum Universitate *Franeqverana*, se in patria sua, quæ Prussia erat, tunc Electoralis, nunc Regia, quartanarium adolescentulum vidisse, instante paroxysmo primò in risum & cachinnum solutum, mox svaviter delirantem, inqve delirio saltantem, non sine animi tripudio, sicque algorem facilè ferentem, verum, superveniente æstu fatigatum, à qve suis in lectum con-

i) L. IV, Patholog, c. 14.

›njectum plerunqve superdormivisse. Cura-
s à Medico tribus emeticis, ante paroxys-
um datis, quæ tamen *Willisius* noster in
ıartana nihil omninò prodesse scribit. k)
e epilepsia saltatoria vid. Eph. nostras. l)

§. 8. Juvenis quidam Pomeranus xxvij. an- *alia,*
›rum *Trajecti* fiebat *qvartanarius* qui, præ-
ô leviori rigore, æstum sensit maximum, in-
re eo (at comprime risum!) molestam
tyriasin. Cupido quippe rei Venereæ erat
mma, membri erectio continua, cum do-
re & subsultu sursum deorsumqve. Gessan-
verò paroxysmo, & hæc affectio quievit,
ultum negotii facesserat Medico, qui ta-
en, præmissis universalibus, & tàm antife-
ilibus quàm antiscorbuticis selectioribus ca-
junctis, omnes questus faustè pepulit. m)
e *satyriasi* atrocissimos inter dolores arthri-
cos & podagricos vid. Exc. Garmann. n)

§. 9. Rara & cara historia *Doleana* o) cum *alia,*
holio *Schröckiano*. Habui olim civem quar-
ınarium (est observatio Amici Belgæ,) cu-
e meæ commissum, qui, superato nunc al-
ore, in brachiis, pedibus & dorso *maculas*
tras nummiformes mihi ostendit, non sine in-
gni stupore. Universa cutis *tigridis* instar
unctis & maculis istis distincta erat. Decli-
nan-

k) de febrib. c. 3. p. 131. l) Dec. II. ann. III.
›bs. 169. m] conf. Dec. II. Eph. ann. IV. obs.
13. n) L. I. de mirac. mortuor. tit. XI. §. II. p. 105.
›) Dec. II. Eph. ann. IV. obs. 118.

nante autem æstu protinus evanuêre istæ Admiscui antifebrilibus meis generosa scor butica, à quibus optimè ille habuit, pedeten tim in meliorem sanitatis statum provectus qui adhuc vescitur aurâ. Adde ex anthema ta *alba* in *æthiope* febricitante. p)

alia, §. 10. Catè, nî fallor, Belgæ: *ut à Sole* ajunt *nebulæ, sic ab halecibus dissipantur mor bi. Imò nunquàm magis sterilis Medicorum messis, quàm sub horum adventum*, notante Amplissimo *Tulpio*. q) Femina Gothana quartana ferè consumta, tandem ante paro xysmum *tres* integros, recentes, salitosqve *ha rengos* summo cum appetitu devorabat, febr eâpse horâ feliciter depulsâ. Adeò haren gus *Thuringorum nectar & ambrosia*, dicen te *Rolfinccio*. r)

alia, §. 11. Puella rustica in quintum usque men sem malè cruciata in mensium suppressio nem incidit, quam tertio die secutæ convul siones *epilepticæ*, singulis postea diebus circ vesperum plerunqve repetitæ, *febri* auten penitus cessante. Subseqvebatur tanden *quotidiana*, quæ denuò sustulit omnem *con vulsionem*, puellâ adhuc valente. Adeò con vulsio febri superveniens salutaris erat, & con tra febris convulsionis remedium. *Qvarta nam*

p) eâd. Dec. ann. VIII. obs. 123. q) L. II obs. 24. r) de partic. corp. affectib. L. III. c 2. p. 192.

iam superventu *pleuritidis* curatam vid. in *Actis Medicis Hafnienfibus.* s)

§. 12. *Henning.Kleinschmied*, Barbitonsor Höxariensis, ingenuè mihi fassus est, se aliquando à *quartana* ad tantam pervenisse maciem, ut vix pedibus amplius insistere potuisset, appetitu adeò prostrato, ut non perferre valuerit odorem ciborum coctorum sine leviori lipothymia. Tandem mirà dulcedine & suavissimo odore tosti *ventriculi suilli* in ædibus vicini captus,tribus ante paroxysmum horis integrum eum, ex liberalitate hospitis, avidissimè voravit, febri ab illâ horâ usqve ad excessum vitæ constanter profligatâ. *alia*,

13. Dn. *Michaelis Krumbügels*, Consiliarii quondam Cameræ wolfenbyttelensis, famulus xvj. annorum, ipsis diebus canicularibus *quartanâ* exquisitâ correptos, obtinet à me pulverem ex rad.jalap.sp.diaturbit.c.rhab. crem. tartar.& mag. Jalapp. confectum. Qvô ingens saburra phlegmatica, unà cum multis *vermibus*, expulsa est, puerô ex voto restituto, omniqve insultu febrili penitus sublato. Simile exemplum mecum communicavit D. *David Kelner*, Practicus in Imperiali *N*orthusa. *alia*;

§.14. *Georgij Botzenbarts* Giengensis filius xv. annorum laborabat febre *quartana* longo tempore; multa equidem ad illius ablationem adhibebantur, sed omnia incassum. *alia*;

s] Vol. IV. obs. 71.

Tandem maxima *saltandi* cupido eum incessit, quapropter ad nuptias fortè fortuna illic loci celebratas properat, atqve animum saltandi cupidine repletum exsatiat, à quo tempore nullos amplius paroxysmos sentiens, incolumis vixit. t)

alia, §. 15. Dixit mihi ante aliquot annos per urbem nostram transiens Vir Consultissimus *D. Ignatius* Knüttel JC., Amicus sincerus, matrem suam jam â bis sex annis *quartana* ultra biennium laborâsse, & à nemine vel tantillum levaminis, aut juvaminis accepisse, etsi longè latèqve Medicos & Medicastros, juvenes & vetulas, lictores ac carnifices consuluisset, tandem venisse æditaum paganum, virum simplicem, at religiosum, certamqve spopondisse medelam, si pro labore caballum argenteum Lyneburgicum (einen Lyneburgischen Pferdethaler) obtineret. Qvæ gaudii speique plena, non simplex, sed duplum, triplum, quadruplum contrà dextrâ scævâque promisit proemium, modò ex hoc inferno tandem foret redemtio. Exiens ille cepit *bufonem*, captum suspendit, & tostum parumper in Sole dissecuit, *corq;* ereptum, ac in subtilem pulverē redactum, unâ ante paroxysmum horâ, in calido vino ægræ propinavit. Non poterat effari, quos illa sustinuerat, cruciatus, è quibus primarius ferè intensissimum & constantissimum frigus ad bihorium usque, cum perpetuo & ter-

t) Dec. III. Eph. ann. III. observ. 100.

rribili dentium stridore. Qvô autem ela-
ô, sopor obrepsit, & saluberrimus sudor,
cque tragœdiæ hujus febrilis clausula in
unc usque diem. Interim ne nesciret sa-
ix mulier, an phantasiæ, seu fiduciæ in Vi-
m, vel potius ipsi *corculo* hanc suam salu-
m acceptam ferret, aliis in eodem luto hæ-
ntibus porrexit liberaliter, & cum optato
entu. In nullo tamen, nisi in seipsa, tan-
s notavit cruciatus, aut frigus, licet sumto
lvere plerunque instans paroxysmus fue-
atrocior, quô tamen finitô, febris vel
onte cessavit, seu longè mitior modestior-
e facta, ab altera pulveris dosi faustè sub-
a est. De mira & salutari *bufonis* in peste
febri quartana exhibitione vid. etiam D.
ündelius. u)

§. 16. Si *podagra*, vv) *epilepsia*, x) & *tertia*
y) contagiosa, quantò magis *quartana*,
nsentiente *Sennerto*. z) Raro enim hanc
ie scorbuto offendes, cujus contagium quis
gaverit? E multis exemplis, ait laudatus
lga, Amicus noster, unicum hîc attexo. Fi-
is primarii civis G. R. xvi. annorum febri
c afflictus non tantum *informatorem* suum,
cujus latera semper cubuit in lecto, sed et-
n *matrem, sororemqve*, puellam vix decen-

 nem,

u) Dec. II. Eph. ann. VIII. obs. 104. vv] Dec.
ann. IX. obs. 44 & Dec. II. ann. VI. obs. 143.
Salmuth. C. I. obs. 55. y) Id. C. III. obs. 51. z)
II. de febrib. c. 20. p. 296.

nem, cum quibus ex uno eodemque urceo perpetuò biberat, infecit, &, nisi intervenissem, plures fortè ex ista familia lue hâc correpti fuissent. Conf. *Hagendorn.* observation. a)

alia, §. 17. In *Serapidis* templo non minus atque *Isidis* æde supplices ægros per *insomnia* olim de morborum remediis esse commonitos, è *Strabone* b) discimus, idque ὁ Πολυμαθέστατος *Meibomius* in aureola sua disp. *de incubatione in fanis, Medicinæ olim causâ, facta*, habita sub clypeo *Conringiano*, anno 1659. doctius & prolixius evicit. Memorabile exemplum dabit *Plinius*, c) & *Q. Curtius.* d) Novi ego honestum febre *quartanâ* ultra triennium constanter excruciatum, absque omnibus pro deplorato habitum, qui dissolvi tandem cupiens, integras ferè noctes, flexis genibus, lachrymas precesque inter in cubiculo prostratus jacuit Deo animam commendans. Obrepit aliquando dulcis sopor. Videt per quietem speciosam Virginem è Muséo suo venientem, quæ manu eum duxit in pomarium, ædibus vicinum, ubi herbam cum radice evulsam venustula porrexit, dicens: *in hac salus tua. Bibe, & viceris!* Diu tergiversans & parum æstimans nocturnum istud mentis ludibrium, retulit aliquando

CL.

a) C. I. obs. 54. b) L. XVII. c) L. XXV. c. 3. d) L. IX, c. 8.

L. D. *J. G. Schmidio*, tunc in Regio Franniæ monte Physico, (à quo historiam acpit,] qui seriò monuit, ut virgineum istud queretur consilium, nunquàm fortè pœniindum. Fecit: & ecce sensim restitutus integrum. Herbam autem, qua de suprà, *arum* fuisse, verum quartanæ ῥιζότομον, spicor, licèt *Schmidius* mihi revelare noerit.

§. 18. *Petrus Schäfer*, rusticus Eichsfeldiaus, Vir xxviij. annorum, ex inveterata *quarna* in incipientem hydropem lapsus erat. iso primum homine, & conjuncto isto (ut lgus retur) Medicorum scandalo catius exenso, vix aliquid spei superesse putabam, ngulari tamen Viri in me fiducia commos, & historiæ D. *Franci* e) memor, præmis laxante, diebus intermissionis mane ac esperi de spiritu salis coagulati Mynsichti ım aqua absinth. agrimon, & sp. fl. samuci gr. xij. dedi: ipso autem accessionis die ovem decemve ante paroxysmum horis, t sola Jalappa, cum crystallis tartari & viiolato tartaro pulvisculum, à quo largiter : cum εὐφορίᾳ evacuatus. Unâ ve) ante insultum febrilem horâ sumsit remeum meum antiquartanarium, simplex ac ıtum. Et tertiâ vice hoc repetito, febris essit, hydrope etiam postea, inquilinis maximè *alia*;

e) Dec. *II.* ann. *III.* obs. 110.

ximè auxiliis, Dei gratià, profligatô. Magna ſalutis ſpes in purgantibus, ipsô accesſionis die, experientiâ *Amati Luſitani* f) & inſignis *Timæi à Güldenklee* g) circumſpecte datis; (temeritatem enim, ſeu exceſſum quis laudaverit, qua de *Borell.*, h) ut mirer, *Frid. Hofmannum* i) cum *Williſio* noſtro k] apertè ſcripſiſſe: ne hilum ea valere. Ego ſanè in omni quartana (multas autem, Deo juvante, curavi] ex voto ſemper purgantibus uſus ſum.

alia, §. 19. Adoleſcens, accepto pulvere purgante, cui *mercurius dulcis* immixtus erat, incidit in ſpontaneam *ſalivationem*, cum notabili tumore & inflammatione faucium, inſigni verò decremento *quartanæ*. Serum acido-viſcoſum, primaria febris hujus cauſa, vix perconvenientius evacuatorium, quàm glandulas ſalivales, expelli poteſt. Qvàm pauca verò mercurii dulcis portiuncula hoc in affectu intenſisſimam ſalivationem provocet, vide apud *Ballonium* l) & *Williſium*. m)

alia, §. 20. Venator *quartanæ* ſuæ admodum pertæſus, ſvasû ſocii ſui, ſumſit pulverem de *cuculo*, Menſe Majo capto & incinerato, cum vino rubro, collo verò appendebat *oculos ranis vivis* erutos & ſiccatos. Et hæc fides ſanum eum fecit.

§. 21.

f) C. *I.* curat. 8. g) L. *VIII.* cas. med. 19. h) C. *IV* obs. 33. i) L. *I.* M. M. c. 10. p. 374. k) de febrib. c. 4. p. 149. l) L. *I*, Ephemerid. m) de ferment. c. 6.

§. 21. Nunquam me puduit, monente *Hippocrate*, etiam abs aniculis & barbitonsoribus viliora experimenta expiscari, modò probata & sœpè cum successu usurpata sint. Miles præsidiarius à quartana totus emaciatus, ut vix ossibus amplius hæreret, accipiebat à vetula haustulum, quem ante paroxysmum intrepidè exhausit, inque lectum se conjecit, ut præstolaretur sudorem. Incidebat in somnum, & ecce! febris omninò sublata erat. Dedit ista poculum hoc aliis quartanariis, semper cum successu. Prœmiô tandem oblatô, juratò asseruit, esse recentis *stercoris canini* masculini unicum cochlear, quod in vino, seu spiritu ejus diluebat. De usu stercoris *anserini* in eodem morbo, vid. *Eph.* nostr. n) *suilli*, o) *passerini. gallinacei & ovilli*, p) easdem, queîs adde *D. Frommans anser. Martinian.* q) De *quartana* pediluvio curata *Dec II. Ephem.* r) Dn. *Godofredus Blanckenberg*, Ecclesiastes Wolfenbyttelensis, Amicus colendus, pro se & familia sua parârat *acetum* quoddam alexipharmacum ex salv. card. ben. scórd. centaur. min. angelic. &c. quo de cum honestissima Virgo ultrà novem menses quartanaria unum alterumvé cochlear sumsisset, ab illa horâ immunis vixit, quod ex ore ejus refero. Dedit *Blanckenbergius* i-

 dem

n) Dec. *II.* ann. *VI.* obs. 40. o) Dec. *I.* ann. *III.* obs. 120. p) Dec. *II.* ann. *IV.* obs. 15. q) P. *II.* c. 4. §. 2. r) ann. *VI.* obs. 144.

dem acetum aliis pauperculis in eodem affectu bono cum eventu. Adolescens xvij. annorum sumsit ante paroxysmum spirit. vin. rhen. adust. cum. acet. vin. rhenan. an. p. æqv., & subitò feliciter convaluit. Puer decennis, post quintum paroxysmum, ipso accessionis die, purgans obtinuit. Qvô sumtô largiter, citra molestiam tamen, evacuatus, febri eôpse die pulsâ. *Qvartanam* à cerevisia recente profligatam meminit *Lyser.* s) Unico pulv. purgante eandem ex voto devicit *August. Thonerus.* t) Octogenaria, affatim bibendo poculum unum *aqvæ calentis*, unde vomitus excitabatur, subitò etiam restituta est. u) Profectò in nulla re amplius, curiosius & excelsius ingenium ostendi potest, quàm in Medicina domestica, in qua præsentissimum Dei digitum & mysteria Naturæ, omni hymno majora, pie & simpliciter mirabimur.

CAP. V.

DE USU N. M. IN FEBRI SUDORIFICA.

§. I.

De sudore Anglico, quem ὑδροπύρετον, *sudatorium* febrem vocant, con-

s] obs. 9. ad Th. Bartholin. t) L. I. obs. 11. de febr. intermittent. p. m. 79. u) Zodiac. Med. Gallic. ann. IV. M. febr. obs. 6. p. 31.

constat, illam in Anglia ab anno 1486. primas exercuisse vires, magnamqve ejus trucuentiam inferiorem postea Germaniam Galliamqve pervasisse, adeò, ut quam primum urbem aliquam invaderet, singulis diebus, quingentos vel sexcentos occuparet, & ex ægris primò vix centesimus quisque evaderet. In humore subtiliori, cui serum affine, μίασμα illius delitescebat. Fusius pulchriusqve cuncta deduxit *Erdman Leupold*, seu Præses ejus, in *diss. sua inaug.* de h. m. vv) qui legi meretur. Videbimus, an & quid *nux* nostra hac in re efficiat.

§. 2. Rusticus sudore hoc qs. correptus, *pulv.* sumto aliquoties seq. pulv., ex CC. philos. N. M. & sal. absinth. parato, sudorem sudore expulit, narrante *D. Mühlenberger*. Alius in furnum, unde panes jam educti fuerant, se conjiciebat: ibi cum totus sudoribus destillâsset, emersit. Qvi autem postea in eodem furno excoquebatur panis, nescio quid virulenti mandentibus conciliavit, teste *Riquino*. x)

§. 3. Observârat hunc affectum post pestem *obs.* *Brunsvicensem* in uno & altero D. *Giseler*, Amicus meus, dum viveret, honorandus. Anno 1527. in universa Europa pestis sœvissima oriebatur, teste *Fonseca*, unde suspicari licet reliquias quasdam & seminia minoris mo-

vv) Jen. 1697. c. I. seqq. x) de sudator. febr. pag. 85.

momenti, minusque respectivè atrocia, sudorem hunc post se excitâsse. Fuerunt quondam, ait *Busbequius*, y) *sudor Anglicus* & *lues Gallica* morbi peregrini & incogniti: quos cum Medici longè lateqve vagantes usitatis & communibus medicamentis reprimere conati essent, neqve quicquam proficerent, tandem multorum pernicie edocti novis remediis adversus novas ægritudines sibi pugnandum intellexerunt, quod quidem adeò feliciter cedebat, ut uterque morbus, qui antea invictum se præstiterat, mox cederet & in ordinem redigeretur.

alia, §. 4. Communicavit non ita pridem Amicus Reverendus terribile exemplum hujus sudoris, ut ipse putabat. Verum quia confudit *scorbutum* cum febre hac sudorifera Britannica, istud hîc adjungere supersedemus.

CAP. VI.

DE USU N. M. IN FEBRE SINGULTUOSA.

§. 1.

Testatur utique *Epiphanius Ferdinand.* z) per Deum, *singultum* in febri maligna ceu characterem summè exitialem, sibi semper

y) consil. de re milit. contr. Turc. p. 308.
z) hist. 27.

per observatum: & *Mercurialis* a) ait, se neminem cum hoc symptomate servatum vidisse, contrarium tamen evincent exempla recentiorum. Age igitur *nux aromatica*, & hîc tuas exere vires, ut agamus *Deo gratias!*

§. 2. Celeberrimus *Wedelius* b) dicit: *castoreum* in cardialgia divinum esse remedium, item in singultu ac ructibus. Exemplum subjungit de Viro, laborante febri singultuosa, in quo castorina summo cum emolumento fuêre adhibita. Ob volatiles enim & sulfureas particulas, terreis modificatas, temperatum fere existit *castoreum* quod omnes motus fibrarum peregrinos tranquillos reddere valet. Flatus siquidem ac vapores acres, superius ventriculi orificium mordentes ac dilatantes egregiè ceu ex carminativis non postremum discutit & temperat, ut cardialgia [& singultus) ab allegatis causis utplurimum dependens, evanescat. Castoreo tutò interdum *N. M.* admiscere potes. Species *diacretæ Mynsicht.*, c) quæ *N. M.* cum *mace* recipiunt, cum alexipharmacis & laudano opiato sociatæ omne punctum tulisse in periculosissimo hoc affectu, testatur D. *Lentilius*. Persvasus enim erat Doctissimus Medicus, omne istud malum ab acido salinis halitibus, orificium vellicantibus, profectum. Hunc in modum verò aliquoties propinabat;

Rec.

a) comm. ad Hippocr. hist. L. III. Epid. b)

b) Amœnit. mater. medic. p. 157. seq. c. S. V. p. 114.

pulv. Rec. Spec diacret. Mynſ. ſcr. j. bez. miner. lap. prunell. an. ſcr. ſem. laud. opiat. gr. ij. M. d)

§. 3. *D. Tilingius* noſter febrim hanc ſingultuoſam ex humore maligno acri & rodente, tunicisqve ventriculi impacto, ſubortam *emulſione* ex ſem. melon. c. aquis convenientibus & margaritis præparatis confectâ correxit & frenavit. e) Secutus hanc methodum D. *Hanneman*, & ruſtico cum filio ſuo easdem ſpecies *diacretæ* dedit cum emulſione ac cataplasmate ex fermento acerrimo. Filio deliranti, & agrypnia invincibili vexato, absqve vehementisſimo ſingultu per ſextiduum quaſſato, has formulas præſcripſit: *emulſ.*

℞. Sp. diacret. Myns. ſcr. iij. bez. mineral. lap. prunell. an. dr. ſem. laud. opiat. gr. vj. M. f. pulv. Divid. in 3. p. æqv.

℞. Ferment. acerrim. unc. j. theriac. dr. iij. *N. M.* num. j. f. cataplasma ſine igne cum oleo menth. dr. ſem. D. in duplo.

Rec. Sem. melon. unc. j. pap. alb. dr. j. amygd. d. excortic. num. xxx. f. l. a. emuls. c. aq. ſcorzoner. compoſit. unc. xiij. edulc. ſacch. perlato.

Patri autem haſce dedit:

Rec. Diaſcord. fracaſt. ſcr. iv. theriac. cœleſt. gr. vj. lap. prunell. gr. xx. ſp. diacret. Mynſicht. ſcr. ij. M. f. bolus, divid. in 3. p. æqv.

Rec.

d) Dec. II. Eph. ann. IV. obſ. 156. p. 293. e) Dec. II. ann. II. obſ. 62.

Rec. Aq.ſcorzoner.compoſit. unc.iij. acaciæ unc.ij.& ſem.ſambuc.unc. ij. ſpirit. ſamb.unc.j.diaſcord.fracaſt.dr.v.M.D.

Rec. Semin. frig. maj. excortic. an. dr. iij. ſem.papav.alb.dr.ij.amygd. d. excortic. num.xx.f.emuls.c.aq.ſcorzoner.compoſit.unc.xij. edulc.ſacch.perlat. D.f)

ectè igitur Curioſiſſimus *Oribaſius* ſp. diaretæ nominat *moleſtisſimi & infauſti ſymptoatis domitrices* , g) easqve prolixius dilauando examinat. *Eſt præterea*, addit, *medicamentum hoc laude dignum, quod in brodio atim liquefiat , nilque delicatis negotij faeſſat, ſecus atque pulverum nonnulli, qui diuina ſubactione opus habent. Huic proinde , malignitatis reſpectu bezoard. mineral., æſtûs tque ſitis, lap. prunell. addatur , & laudan. djecta doſi acuetur , medicamentum hinc in ingultu malignis juncto, par inveniri poſſe vix redo.*

§. 4. Efficax deniqve balſamum à *Simone balſam. Andrea Beckero* prolatum ; h)

℞. *Ol. N.M.expr*,dr.j.angelic. citr. ſuccin. aneth.anis.an.g.iij.cinam. caryoph. an. g. ij.camph.g.j. balſ. peruv. ſcr. j. M. f. bals. S. kräfftiger Magen-Balſam.

CAP.

f) Dec. II.ann.V. obſ.118. g) l.c. p. 298.
h) diſp. de h. m. Jen. 1676. c. f.

CAP. VII.

DE USU M. M. IN FEBRI CONTINUA ET MALIGNA.

§. 1.

NE verò ignores, quantum auxilium nonnunquam etiam in continuitate & malignitate febrili tulerit optatissimum *aroma* nostrum, fideliter indicabimus, ut ubique occasionem nanſciſcamur psallendi: *Deus mirabilia fecit: Dextera Domini mutavit omnia:* sit nomen ejus in secula benenictum!

potio — §. 2. *Vinum* laxativum *Horstianum* i) videatur. Hâc potione sœpius usus est D. *Petrus Gvequier*, Nosocomii Lugdunensis Præpositus:

℞. Elect. è ſucco roſar. unc. ſem. diſſolv. in aq. abſinth. & plantag. adde rhabarb. el. ſcr. ij. *macis* g. v. f. Potio.

pulv. — §. 3. In malignis & contagiosis febribus hic *pulvis* à nonnullis laudatur, & dicitur fuisse secretum Regis Hispaniarum:

Rec. Myrrh. sel. mastich. bol. armen. terr. sigill. lign. aloës, caryoph. *macis*, croci, an. p. æq. M. f. pulv. singulis matutinis sumendus præservationis gratiâ.

Morsul. — §. 4. D. *Gieswein* in febri maligna hos *morsulos* præscripsit, qui certè æstimandi sunt;

Rec.

i] L. I. obs. 15.

Rec. Cort. citr. R. ſcorzon. condit. an. dr. ij. magiſt. corall. perlar. an. ſcr. j. ambr. gr. g. ıv. ol. citr. *N. M.* cinam. an. g. ij. ſacch. in aq. roſ. ſol. q. s. f. morſul.

l capitis, cordis, ventriculi, jecinoris, uteri, num &c. intemperiem calidam; item ád feres ardentes, bilioſas &c. valent *Morſuli ro-i Mynſicht.* k)

Rec. Conſ. roſ. rubr. opt. unc. ij. ſp. diarrh. abbat. unc. ſem. de gemm. fr. diamarg. fr. an. dr. ij. conf. alcherm. troch. de berber. fl. nitr. an. dr. j. mag. perlar. or. corall. rub. elæoſacch. roſ. citr. cinam. an. ſcr. j. *macis* ſcr. ſem. ſacch. albiſſ. in aq. roſ. & fragor. an. s. q. diſſ. unc. xvj. f. Morſul. D. à dr. ij. ad ıv.

§. 5. *Trochiſcos* dabit *Rolfinc.* l) In febre ntinua c. convulſionibus ſuccedentibus in etu variolarum ordinavit *Horſt.* m) pro in-ıctione ſpinæ hoc liniment. *trochiſc.* *linim.*

Rec. Ol. chamomill. unc. ſem. lumbric. rutac. an. dr. vj. *N. M. expr.* dr. ſem. M.

umque extrema propter vehementiam prædentium convulſionum qs. paralytica videıntur, hoc dedit:

Rec. Rad. pœon. galang. an. dr. iij. ſummit ſalv. hyſſop. beton. an. P. j. fl. chamomill. pœon. an. P. ſem. fol. origan. rut. recent. incis. an. M. ſem. bacc. laur. junip. an. dr. ij. ca-

k) S. VIII. p. 170. l) L. XI. M. C. S. S. III. I. p. 919. m) L. I. obſ. 15.

ij. castor.dr.j. Incis. & cont. coq. in ol
comm.rec.libr.sem.vin.vet.unc.iij. coq
ad vin.consumt.Col.& express. add. *ol*
N. M. expr. dr. ij.ol. succin. rorismar
an.dr.j. M.f. linim.

pomum §. 6. *Pomum ambræ* sic fieri potest: n]

℞. Ladani unc.sem.styrac.liquid.. calamit
an.dr.ij.mosch. alexandr.scr.sem. ambr
gr.iv. Zibeth.gr.vj.ol. caryoph. cinam
*N. M.*lign.rhod.an.g.x.c. mucilag. tra
gacanth. aq. fl.naphtæ fact.sub fin.add
ol. cinamom.citr. lign.rhod.an.scr.sem
F. Massa.

Ex hoc parati globuli sindoni rubro involu
ti indant.pyxid.argent. vel tornatili ex corn
elephant., foraminib. pertus., affabrè con
cinatæ.

cucuph. §. 7. *Cucupha* si desideretur,inserviet *Hor*
stiana: o)

Rec.H.Salv.rorismar.verben.an.P.ij.fl.ros
rub.balaust.an.P. iij. mastich. el. succin
alb.an.dr.sem,*N.M.* dr.j.sem. nigell. dr
j. & sem.f.pulv. gross. pro cucupha.

obs. §. 8. Qvædam virgo ardente febre labo
rans petiit *vinum adustum*,acceptô eô largum
fecit haustum; inebriata hinc in somnum &
copiosum sudorem lapsa, perfectè convaluit
p) De vini in febribus, præsertim etiam ar
denti

n) l.a.Rolfinc.p.927. o] L.I.obs.28. p. 52
p) Dec.II.Eph.ann.II.obs.p.53.

entibus usu, vid. Sachs. nostr. q) Refert. *Zach Lusitan.* r) se in febri maligna; præ-ente siti intensa, cum lingvæ siccitate & ni-gredine, ægro jam desperato vinum dedisse eliciter, ut hoc solo remedio restitutus fuerit. Add. *Bartholinum*, s) & D. *Albrecht.* t)

§. 9. Nunquam me fefellit, ait D. *Wald-schmied*, t) Vesicatoriorum usus in morbis malignis. Applicare jusseram duo *vesicatoria* arpis manuum Viri xxx. annorum graviter lecumbentis, paulò post intumuêre manus um inflammatione & livore, sed evidenti um levamine, & symptomatum febris ma-gnæ remissione, intra paucos dies spon-è cessârunt tumor, livor, inflammatio, æger-ue convaluit. *alia*,

§. 10. De febre maligna ex *mictu* (ut vul-gus putat,) *bufonio* historiam de seipso Del-phis olim mihi narravit D. *Ernest. Stage*, cui, prævia venæ sectione, pulv. bezoard. Sennert. um CC. philos. præp. & *gr. IV. N. M.* in q. galeg. ocius opposuit. Communicavit tiam ante annos aliquot D. D. *J. Adam Zapf.* Archiater tunc Saxo-Meyningensis, Amicus honorandus, casum rariorem, quem hîc repeto. *alia*,

q) in Ampelograph. L. II. S. VI. membr. 2. c. 5. p. 499. Schol. ad prædict. obs. p. 87. & not. Hofmann. ad C. I. obs. 81. Poterii. r) L. I. Prax. admirand. obs. 93. s) C. VI. h. 7. t] Dec. II. Eph. ann. VIII. obs. 168. t) Dec. I. ann. II. obs. 214.

alia, Thuringus quidam in silvam aliquando excursurus, offendit in agro inusitatæ magnitudinis *bufonem*, quem lapide petens, eundem à corpore bestiolæ resilientem, & jam (uti fatebatur) venenô ejus madidum eâdem reassumsit manu, jactu repetito. Succedit inflammatio dextræ valde dolorifica, efflorescentibus in ea pustulis, vesicisque viridibus, lutei planè ichoris plenis. Mox tota manus cum dimidio brachio immensum intumescens, ad XIV. dies horrendos peperit cruciatus. Adeó difficulter hoc virus expelli poterat. Alterô, imò tertio anno circa idem tempus, quô cum bufone duellum habuerat, malum cum omnibus symptomatibus recruduit, Dei tamen gratiâ & experti Medici manu faustè profligatum. Quartô annô Idem metuens bonus Thyrigeta, consuluit laudatum D. *Zapfium*, qui catè respondit; subesse adhuc fermentum aliquod venenatum, radicaliter eliminandum. Commodè Huic tunc incidebat historia Principis cujusdam, qui, arreptâ forsan ex errore *vipera* (rens, vulgarem esse serpentem, quos aliàs captare solitus erat,) eine Kupfer-Schlange seu *dipsas* quæ dicitur, & quatuor in ore habet dentes caninos, seu hamulos, in digito abs eadem morsus est. Subitò intumuit totum brachium, planè jam fuscum, & verberibus qs., seu lineis rubicundis pictum, vel distinctum, cum immensa siti, & crebriori, eaque maximè terribi-

ibili, ſyncope, omnibus bezoardicis fruſtrà n auxilium vocatis. Tandem de ipſius, quæ nomorderat, *viperæ*, in ollam conjectæ & calcinatæ pulveræ, quantum cultri cuſpis capere poterat, internè ei datum. Reliqvus cinis, vino ſuperinfusô, paululum ebulliit, deque hoc ægrotus calidè bibebat, ſubſecuto largisſimo & fœtidiſſimo ſudore, lodices & linteamina croceo quodam colore tingente, ceſſantibus deliquiis, ſiti, aliisque ſymptomatibus, & Principe tandem feliciter reſtituto. Hanc hiſtoriam *Zapfius* noſter ruminans, ſimiliter tres *bufones* calcinabat, & Thuringo ſuo per triduum ſeq. pulv. bezoard. propinavit.

Rec. Rad. anthor. contrayerv. an. gr. vj. oſſ. bufon. ad grys. calor. calcinat. ſpin. viper. ad nigredin. calin. an. gr. xij. bez. ſol. gr. v. lap. bez. or. gr. iij. M. S. Schwitz-Pulver auf einmahl.

Inſtante nunc tempore, quô malum iſtud bufonium olim recrudeſcere ſveverat, nihil omninò ſenſit ille, præter intolerabilem dextræ pruritum. Qvintô annô, ſumtis antè duabus doſibus pulv. jam dicti, nullam prorſus ſenſit moleſtiam bellè poſtea valens. Sic ubi virus, ibi etiam virtus. Sanè inſveviſſima iſtâ peſte, quæ ante annos aliqvot totam vaſtabat Angliam, nil magis profuit, quàm ſequens pulvis, cujus deſcriptionem Idem *Zapfius* ab Amico quodam Anglo bonâ fide accepit, ego verò, ob ſalutem publicam, hîc tranſcribo:

 Rec.

Rec. Fl. sulfur. unc. sem. lact. sulfur. dr. ij. sulf. antimon. aurat. scr. ij. bufon. ad color. ciner. calcin. dr. iij. (vel eorum loco sal fix. bufon. [ne terreat, quæso te, dosis) dr. ij. CC. philos. calcin. dr. vj. corall. rub. terr. lemn. & sigillat. an. dr. j. & sem. ambr. gr. scr. j. R. Zedoar. Zingib. albiss. an. dr. j. & sem. ol. cinam. scr. j. sal. succin. vol. scr. ij. M. f. s. a. pulv. S. in vitro.

alia, §. 11. Opilio Megapolitanus xxxviij. annorum à febre ardente resurgens, de calvitie amissisque *flavis capillis*, queîs mirè antea superbierat, maximè querebatur. Verum inuncto crebrius capite succo ceparum, cum melle & urinâ puellæ nondum menstruatæ commisto, nigerrimi & crispuli luxuriare cœperunt crines. Cepas equidem tali in affectu commendat etiam *Sim. Paulli*, u) at sine lotio. Adde, quam de sexagenario recitat, historiam *D. König.* Medic. Basileensis, cui post casum canitiei nigri in vertice surrexêre capilli. vv]

alia, §. 12. *Antonius Kleebach*, Mathem. Studios., febri malignâ ex contagio decumbens, poposcit à matre carnem vitulinam, cum foliis *majoranæ* coctam. Qvâ de portiunculam sumsit, totum ferè jusculum cum appetitu absorbens. Alterô die in aurora cum urina simul majoranam rejecit, quod pro infausto signo

u) Bot. quadrip. Cl. *III.* p. 250, vv) Dec. *II.* Eph. ann. VI. obs. 39.

no habuit Medicus, nec ineptè, si consu-
as observationes *Verbelij*, & *Molthari* apud
D. D. *Joann Danielem Horstium*, Fautorem
lim nostrum. x)

§. 13. *Canutus Olsen* Norvvagus, adoles*alia*,
ens xvij. annorū, valde phlegmaticus, ideoq;
atarrhis subinde obnoxius, ab ipsa infantia
ermonis usu fere destitutus, incidit tandem
n febrem ardentem, quâ, copiosâ humidita-
e & phlegmate circa vocis instrumenta for-
è tenaciter impacto, tandem exusto & con-
umto, organisque vocalibus ad munus suum
ptioribus redditis, subitò, indistinctè licèt, fa-
i cœpit, promtius postea & expeditius, ut bo-
nâ fide mihi retulit D. *Ambrosius Rhodius*,
Medicus & Mathematicus insignis. Sic *Ægles*,
Samius athleta mutus, cum ei victoriæ, quam
adeptus erat, titulus & prœmium eriperetur,
indignatione accensus vocalis evasit. y] Adde
Crœsi filium. z) De muto à percussione cu-
rato vid. D. *Desgrands Prez*, Med. Gratia-
politani observ., a) de contractura per iram
curata *Marcell. Donat.* b) Nobilis puellus à
Bilow, quadriennis ferè, *dysenteria* correptus,
alia, §. 5. Scribit *Insulanus* nôster, *Gvicboldum* & Patrem suum, nec non Comitem Poppenburgicum, in aula Conradi Imperatoris vidisse metallifossorem ex silva *Hardgo* annorum XLII., cujus capilli & barba erant *cærulei* coloris, addens; Eruditos causam conjecisse in vapores metallicos, partim in singulare Viri temperamentum, partim in bilis quandam speciem, quam æruginosam dicunt. De *sudore* planè *cæruleo* ex eadem bile æruginosa curiosissimam vide sîs historiam D. Dolæi: s) pilos virides dabunt *Th. Bartholin.* t) *Petr. Borell.* u) ac inprimis D. *Rommel*, Imperialis Reip. Ulmens. Phys. ordin., vv) Vidit enim ille, unà cum D. *Liebentantzio* & D. *Eccolto*, Commilitonibus suis, in agro Patavino rusticum sanum & robustum, cujus caput verè *viridi* capillitio copioso lasciviebat, nullo ad hibito fuco, seu artificio, sed à Natura ita tinctum, nec unquàm metallifossoribus ille colonus adfuerat, (uti *Bartholini* & *Insulani* homines,] sed quicquid ornamenti id erat à liberalitate Naturæ acceperat. Qvid? quod *Parmæ* Idem vidit eqvum viridibus

r) L.I.c.1.p.4. s) Dec.I.Eph.ann. VI. obs. 67. t) C.I.h. 40. u] C.II. obs.56. vv) Dec.II. Eph. ann.VI, obs. 226.

us pilis superbientem, ideoqve *la Speranza* ictum. Nullum planè subfuisse fucum, santè asseveravit Hipparchus. x]

CAP. VI.

DE USU N. M. IN SCABIE.

§. 1.

Uit seculum, quô, scribente *Cominæo*, y) Ludovicus xj. Galliarum Rex Medico suo ecem aureorum millia pro menstruo stipenio solvi curabat, ita ut intra quintum menm ille acciperet quinquaginta quatuor milla, præter Episcopatum Ambianensem, eis nepoti, & munera publica, propinquis : amicis ejus donata. z) Sed fuit hoc seculm! Hodie saluberrimum nobilissimumqve tud Spiritûs S. χάρισμα a) vilius algâ est, ierum plebis ludibrium & fabella vulgi. Veım adhuc cœlum volvitur. Videamus salm efficaciam N. M. in *Scabie*.

§. 2. Sapones & smegmata reliquias resiuasqve ejus maculas abstergunt & corriunt; *Sapo*,

Rec. Sapon. venet. unc. ij. styr. calam. lap. medicam. an. dr. ij. R. ireos fl. dr. j. N. M. cinam. an. dr. sem. santal. alb. dr. j. asæ dulc.

x) Add. Dec. II. Eph. ann. VII. obs. 155. & lankard. coll. med. P. I. p. 115. y) L. IX. c. 10. e R. G. Ludovic. z) Camerar. meditat. hist. . I. c. 4. a) I. Cor. XII. 9.

dulc. ſcr.ij. caryoph. ſcr. j. moſch. gr. iv. f. l. a. globul. S. Wohlriechende Seiffen-Kugeln.

Vel: Rec. pulv. roſ. lavend. major. menth. chamom. rom. an. dr. iij. caryoph. cinam. N. M. an. dr. ij. R. ireos fl. unc. ſem. lign. rhod. dr. ij. ol. deſt. major. menth. an. g. iv. hyſſop. ſpic. an. ſcr. ſem. tartar. per deliq. unc. j. ſapon. venet. libr. ij. c. ſ. q. aq. lavend. f. globulus.

obſ. §. 3. Variolas in embryone notârunt *Hildanus* b) *Th. Bartholin.* c) *Möllenbrack* d) & alii. Morbillos D. *Ledel*, e) hydropem D. *Seger* f] & *Schenck.* g) icterum *Panaról.* h) & D. *Hagedorn*, i] ego quartanam, amicus quidam ſcabiem. Peperit enim anno 1689. ſcabioſiſſima mater *A. R. S.* puellulam ſcabie mirè deturpatam, quæ etiam, ſuperveniente caduco, vivere deſiit.

alia, §. 4. Nobilis *Steinhuſij*, Amici mei conjux, athleticè ſibi valere viſa, bene paſta & ſvaviter dormiens, unicâ nocte in tota & ſola facie, cruſtâ inſigniter obductâ, cum eminente & monſtroſo capitis tumore, fit ſcabioſa cum ſtupore omnium. Monſtrum dixiſſes & monſtro quid tetrius, ſi vidiſſes honeſtam Matronam, Præmiſſâ venæſectione & purgante

b] C. IV. obſ. 55. c) C. IV. h. 50. d) Dec. I. Eph. ann. I. obſ. 53. e) Dec. II. ann. III. obſ. 97. f) eâd. Dec. & ann. obſ. 42. g) L. IV. obſ. 144. h) Pent. IV. obſ. 44. i) C. III. obſ. 57.

e, ſolo ſale viperino, catè confecto, omnes ſuſtuli querimonias. *Tuncorem* qs. *momentaneum* membri virilis vid. apud Curioſos. k)

§. 5. Vidi virginem Batavam, cui, menſibus retentis, utraqve mamma tota fiebat *ſcabioſa*, cruſtâ ſatis durâ obductâ, omnibus aliis membris planè intactis. Verum digeſtis expulſisqve humoribus peccantibus, menſes facilè provocabantur. In Inſula *Mœna* alia mihi occurrebat olim XXIV. annorum, ex ſuppresſione menſium fœtidisſimâ *faciei ſcabie* deformis, quæ tamen unico, eôqve domeſtico, remedio fauſtè reſtituebatur. l) *alia*;

§. 6. De ſcabie neo-gamorum, quam vocant die Braut-Krätze / eleganter *Hünerwolf* noſter. m) Alius à radicata ſcabie recidivam paſſus, ſupervenientibus aliis ſymptomatibus, animam nuper exhalavit. E tripode *Lentilius* noſter: n] *non aliter*, inquit, *ſe habet* recidiva, *quàm obſeſſum ab hoſte caſtrum, quem virtus & ſollicitudo obſeſſorum propulit; ſi autem inde ſecuriores facti, dum munimenta bombardariis & tormentariis ictibus labefactata non reparare ſtudent, ab alio hoſte denuò infeſtati, incauti demùm opprimuntur.* *alia*;

k) Dec. I. ann. III. obſ. 99. l) conf. ead. Dec. & ann. obſ. 62. m) Dec. III. ann. I. obſ. 118. n] Dec. II. ann. IV. in ſchol. obſ. 56.

CAP. VII.

DE USU N. M. IN CONTRACTURA.

§. 1.

HAud infima portio felicis civiliterqve beatæ vitæ est consortium aliorum. Meritò ergò inter molestiora mala recensenda, quæ hominem tanto bono spoliant. Hæc inter cum maximè *contractura* sit, morbus, nisi principiis obstes, chronicus, eoqve molestior, & commiseratione dignior, quò non apprehensorios modò, sed & progressorios artus occupare, adqve agendum & accessum aliorum ineptos reddat. Ergò festinandum est.

balſ. §. 2. Illustris *Boyle* spiritum terebinthin. adversus *contracturam*, ceu summum & divinum remedium, extollit. Hic autem ritè misceri potest cum *ol. N. M.* o) Balsamus nervinus *nucistâ* clarus apud *Schröderum* p) confortat nervos, paralysin & contracturam sanat, extrinsecus illitus.

obſ. §. 3. Rariorem *contracturæ* casum *Fribius* noster consignavit. q] Vide, quid de repentina manuum pedumqve *contractura* rustici nuper dixerim, r) in disquisitione de *morte* ver-

o] Vid. tr. de specif. remed. nat. p] l.c. p. 159. q] Dec. I. ann. III. obs. 63. r] §. 51. p. 104. Adde Dec. I. ann. VI. obs. 236.

erminosa. *Jeremias* Zeising/ sutor, perfectè scorbuticus, ad levissimam corporis commotionem, etiam hyeme, sub solo indusio, otus sudore diffluebat, cum insigni corporis ıstu ac pruritu, ita ut ad quamcunqve obmbulationem & negotium tandem ineptus eret. Svasu barbitonsoris succo semper ivi totum inunxerat corpus mane seroqve. udor quidem cohibitus, subsequente tamen niversali contracturâ summè dolorificâ, uam non diu sustinuit maturioris fati sui faer. Viden', quàm incautè sudores coërceantur, monente id jamdudum *Panarolo* s) t D. *Paulli.* t) Felix, quem faciunt aliena pecula cautum!

CAP. VIII.

DE USU N. M. IN ARTHRITIDE.

§. 1.

MOlestissimus morbus *arthritis* est, qui dolorum continuatione, vigiliis, aliisve atrocioribus symptomatibus satisfatigare : torquere, non statim tamen enecare solet gros. Eja tàm levamen quàm medicamen ostrum à *Nuce* laudatissima:

§. 2. Bona *aqua* arthritica Augustanorum,) cujus compositio etiam præ reliquis omni- *aqv.* us apprimè arridet CL. *Zwelfero*, eò quòd

 ex

s) Pent. *III.* obs. 16. t) tr. de febr. malign. . 62. & Botan. quadrip. Cl. *III.* p. m. 196. seq.) P. A. R. Cl. XV. p. 495.

ex meris balsamicis rebus conflata sit. At hæc sine *N. M.* haud est. Aqua arthritica D. *Spinæ* per infusionem hæc:

℞. Rad. pyrethr. unc. sem. H. rorism. fl. lavend. an. M. j. summit. pini M. sem. caryoph. *macis*, camph. an. dr. j. sp. formic. libr. j. stent in infusion. ad usum externum. vv)

Aq. *antipodagrica* D. *Th. Tantini* prostat apud *Müllerum*, x) arthritica D. C. cum *N. M.* apud *Hofmannum*, y) alia vid. apud *Mynsichtum*. z)

vinum, §. 3. Sexagenario Pastori Aulico *vinum* quoque ordinabat *Grüling*, a) ex quo ad pastum haustum primum sumebat:

Rec. Sarsaparill. Rad. chin. lign. sassafr. an. dr. j. & sem. R. pœon. irid. fl. an. dr. ij. caryoph. dr. j. H. chamæd. dr. ij. beton. salv. an. dr. j. fl. hyperic. primul. ver. an. dr. sem. *macis* dr. sem. sem. coriand. præp. scr. iv. Incis. & cont. D. pro vin. albi mens. iij. & sem. b)

Claretum *Mynsichtianum* pituitam crassam præsertim à juncturis & membris remotioribus trahit. Dosis unc. iij. addit. dr. j. cryst. tartari.

§. 4. Sequens experimentum multotie[s] au[...]

vv) in lexic. pharmacevt. p. 31. x] in myst. & mirac. suis p. 91. y] thes. pharmacevt. p. 3[...] z) S. XX. p. 340. a) C. I. obs. 13. b) add. Mynsicht. S. *XXII*, p. 345.

uxilium fuit certissimum, referente D. *Vesti*, rofess. Erfurtensi, c)

Rec. Spirit. lavend. *N. M.* rorismar. an. unc. j. Salis, nitri, Sal. armoniac. an. dr. sem. S. Eusserlich-schmertz-stillendes Glieder-oder Gicht-Wasser/ sich mit einer Feder damit anzustreichen. *Spirit.*

Elixir arthriticum cum *N. M.* dabit *Hofmannus*, d)

§. 5. *Pulvis* Rolfinccianus talis: e) *pulv.*

Rec. Rad. pœon. valerian. diptamn. alb. an. dr. ij. fol. chamæpit. chamædr. beton. an. M. ein viertel/fl. primul. ver. centaur. min. lil. convall. an. P. iij. sem. anis. fœnic. lign. sanct. an. dr. ij. *nucist.* num. ij. caryoph. Ind. *macis* an. dr. sem. oss. hum. præp. cryst. tartar. an. dr. j. elæosacch. cinam. anis. citr. an. unc. sem. M. f. pulv.

alios vide apud *Cratonem* f) & in *Jalapa* nea. g) Parochus paganus pro secreto mihi olim revelabat pulv. suum ex *N. M.* bacc. junip. & cremone tartari confectum. Qvod non malè ei interdum cesserit, scio: at de aliis idem promittere neqveo, licèt probè meminerim L. B. ab *Eyzing* granis juniper. se à podagra feliciter vindicâsse. Herr Eras-

c) disp. de arthritid. errat. p. 24. d) l. c. p. 53. e) L. X. c. 2. Med. Spec. comment. p. 856. f) .. VII. consil. 19. p. 105. g] p. 388.

rasmus, Freyherr von Enzing/hat alle morgen neun Wacholderbeeren gessen / welche ihm das Podagra vertrieben / daß ers sein lebtag nicht wieder bekommen/ait *Winckelmannus* meus. h)

elect: §. 6. *Electuarium* Rolfinccianum hoc est: i)

Rec. Conserv. chamæpith. anth. salv. betonic. an. unc. sem. extr. lign. gvajac. sassafr. an. scr. j. cent. min. rob. junip. an. dr. ij. oss. hum. præp. CC. ust. præp. succin. præp. an. dr. j. mag. margarit. scr. j. *ol. macis*, cinam. an. scr. j. sir. de stæch. arab. corall. Querc. aurant. q. s. f. elect. molle.

Generoso cuidam podagrico *Crato* k) alias inter præscripsit *elect.* jecur refrigerans, quod tale:

Rec. Conserv. ros. unc. j. & sem. anth. dr. iij. R. cichor. condit. unc. j. bugloss. condit. lact. hispan. an. unc. sem. cinam. incis. dr. sem. *macis* incis. scr. j. f. elect.

pilul. §. 7. Sequentes *Pilulæ* hyeme convenientissimæ & utilissimæ sunt, quia paulatim materiam & humores ad pedes defluentes educendo per secessum educunt:

℞. Aloës opt. rhabarb. el. an. dr. ij. agaric. el. dr. ij. caryoph. *N. M.* santal. citr. ros. rubr.

h) in der Hauß-Apotheck c. 13. p. 241. i) l. c. p. 858. k) L. VII. consil. 32. p. 268.

rubr.an.scr.j.myrob.chebul., Indor. an. dr. sem.Pulverisent.omnia per se deinde misceant., postea asperg.succo ivæ, & permittant. exsiccari, & ita iterum asperg., donec fuerint septies exsiccati, postea c. sirup. de beton.q.s.f. MP. Ex dr.j. f. pilul.num.iij. aut V.Deaurent. l) Sumat per mensem semel aut bis in ingressu lecti.*Pilul.arthritic.Nicol.*ad arthriticos dolores & podagræ insultus,nec non frigidorum humorum in articulos procubitus,comendantur ab Augustanis, m) sed præter meritum.n)

§. 8. *Morsulos* monstrat *Crato*, o) alibi hos conficit: p) *morsul.*

Rec. Spec. arom.ros.diamarg. fr. an. dr. ij. pulv. agalloch. dr.j. spod. præp. dr. j. & sem.sacch.in aq.meliss.sol.libr.sem. *ol. N.M.* g. iv. f. morsul.

§. 9. *Balsamum Burrhianum*, unà cum *cera* ejus *catholica*,dedit nobis D.*Trumphius*, q) *N. M.* haud experte. Verum nullum inde vidit effectum, tutius potius utar *ungventis* convenientibus, ut *Paræano*, r] quod in arthritide à causa frigida multum valet: vel *Brueliano*: s) *balsf.* *ungvent.*

Rec. Ol. lumbric.unc.j. galban. dr. j. ca-

l) Crat.L.VII.cons.18.p.89. m) P.A.R. Cl. VI.p.200. n) add.Jalap. m. p. 385. o) L. VII. cons.32. p.267. p) cons.seq.p.279. q) Dec.I. Eph.ann.X.obs.80. r) L.XVII. Chirurg.c.15. s) l.c.p.447.

stor. scr. ij. & sem. N. M. salv. an. scr. ij. & sem. axung. hum. ol. terebinth. an. unc. sem. f. ungvent.

Aut *Cratonian.*, t) quorum alterum ordinabatur Baroni cuidam: u)

Rec. Medulll. crur. vitul. unc. j. pulv. mastich. dr. j. & sem. caryoph. *macis*, lign aloës an. scr. ij. corall. præp. scr. j. ol. caryoph. scr. sem. M.

Alterum Episcopo in arthritide nodosa, melancholia hypochondriaca & renum affectione laboranti: vv]

Rec. Ol. amygd. d. recent., in quo fol ros. decoq., vel simul recentia exprim unc. IV. medull. crur. vitul. recent. unc j. mastich. dr. j. ol. caryoph. g. v. *ol. N. M* scr. j. M.

empl. §. 10. *Emplastrum* Rolfincianum hoc erat: x)

Rec. Gumm. galban. ammon. an. unc. j. carannæ unc. sem. solv. in acet. & trajice per linteum mucilag. sem. psyllii, cydon., rad. alth. consolid. maj. c. aqv. parat. unc. IV. coq. ad. humidit. absumt. & just. consist., add. ol. laur. unc. vj. *N. M.* expr. dr. iij. junip. dr. ij. cumin. scr. j. balf. sulf. terebinthinat. dr. j. & sem. pulv. R. ireos fl. unc. iij. & dr. j. Zedoar. aristo-

t) L. *I.* conf. 15. p. 118. u) & L. VII. conf. 34. p. 300. vv) l. a. x) Vid. Polis. myrrholog. c. 15. p. 121. seq.

ſtoloch. cav. an. unc. j. myrrh. oliban. maſtich. an. dr. iij. ſuccin. unc. ſem. croc. or. dr. iij. c. cer. pice, colophon. terebinth. q. s. f. empl.

§. 11. In lixivio ex cinere ſarmentorum viiumqve coqui jusſit ros. betonic. ſtæch. arab. & agaric. alb. Sapo autem ſic parabitur: Vid. *Crato*: y) *ſapo,*

Rec. Sapon. Venet. libr. ſem. ſantal. citrin. dr. v. R. ireos dr. ij. caryoph. lign. aloës an. dr. j. *macis* ſcr. j. moſchi parum.

Oleum arthritic. *Arniſæi* hoc eſt: z)

Rec. Rad. pyrethr. *N. M.* caryoph. an. dr. ij. fl. ſalv. betonic. anth. ſtæch. arab. ſpic. noſtr. celtic. an. dr. ij. R. ariſtol. rot. ver. hermodactyl. an. unc. j. bacc. junip. unc. ij. laur. unc. j. M. contus. omnib. aff. aq. vit. unc. vj. terebinth. libr. j. ſtent in digeſt. per IV. dies, deſt. in aren. per alembic. *oleum*

De oleo galbanet. D. *Wilh.* vid. *Jüngken.* a) *Nodulos* odoriferos præbet *Crato,* b) *Sacculum* accipe ab eodem. c) *nodul.*

§. 12. Locutus ſum nuper (ſcripſit mihi Londino Anglorum D. *Aug. Schopf.*) cum erudito & amico arthritico, qui, ſvaſu trium Medicorum, etiam *moxam* in uſum traxerat, ſed *obſ.*

y] L. I. conſ. p. 109. z) Birling. l. a. p. 48.
a] Med. præſ. ſecul. accommod. p. 704. b) L. VII. conſ. 19. p. 106. c) L. V, p. 196.

ſed candidè mihi faſſus eſt, ſe nihil levaminis vel auxilii abs ea obtinuiſſe, plus verò detrimenti, paroxysmis frequentius nunc inſultantibus. d] De planta hac Japponica latius & ex conducto qs. egêre *Herman. Buſchoſius* in ſingulari libello Amſtelodami belgicè edito, e] *Thom. Bartholin.* Senior, f) *Bernh. Wilhelm Geilfus* in diſp. ſua inaugurali de h. m. g] *Andr. Cleyer*, h) *D. Wedel*, i) D. *Elſcholt*, k) & alii. Verum, cenſurâ Celeberrimi *Borrichij*, l) vix plus præſtabit in malo podagrico, quàm alia veſicantia. Pro mollugine *artemiſiæ* habet *Wedel*, m) adeoqve moxam germanicam nobis largitur. Lanugo *verbaſci*, dolente loco accenſa, optato eventu idem præſtitit, notante *Heuſchio* n) ut *ranunculus pratenſis* apud D. *Doleum*. o)

alia, §. 13. Peregrinans citra manifeſtam cauſam de acerbis artuum doloribus conquerebatur, huic Nobilis Matrona IX. *pediculos ovium* in rob ſambuci dari juſſit, ipſeque ab omni dolore liber iter propoſitum alacriter & ſine impedimento continuavit, ſcribente

D. *Som-*

d) conf. Dec. III. ann. I. obſ. 145. e) ann. 1674. f) Vol. V. Act. Med. Hafniens. obſ. 3. g) Marburg. 1676. h) Dec. II. ann. IV. obſ. 1. i) Ead. Dec. ann. I. obſ. 6. k) Dec. I. ann. *VI.* obſ. 224. l) Vol. V. Act. Hafn. obſ. 80 p. 182. ſeq. m) l. c. n) Dec. *II*, ann. I. obſ. 27. o) Dec. I. ann. X. obſ. 128.

D. *Sommer.*, Archiatro Arnstadiensi, Amico nostro colendo. p) De arthritide universali, salivatione curata, vid. *D. Andr. Löw.* q)

§. 14. Arthriticus, consilio *Lanzoniano*, usum *betonicæ* sibi fecerat familiarem, ab omni vini potu abstinens, sicque sanus evasit. Apud *Burnetum* r) Generosus quidam Bernensis exsiccatam *betonicam* in pulverem redigebat, & saccharo permixtam ad dr. j. cum bono fructu usurpabat. Multi alii tabellas ex pulvere *betonicæ* cum saccharo in aqua *betonicæ* soluto parant, adqve fugandam arthritidem adhibent. s) *alia*,

§. 15. Neqveo omittere, ait *Moufetus*, t) nobilem *Ricardum Caundisium*, Thomæ illius Inclyti Cosmo-naturæ patruum doctissimum, quem podagra multis annis excruciatum, menstrua hæmorrhoidum inferiorum per hirudines apertio perfectè curavit, adeò, ut nunc magnâ totius aulæ admiratione sanus solusque, sine adminiculo incedat, & valentulus doloreque vacuus senium perferat.

§. 16. Sacerdos quidem continuis doloribus arthriticis divexatus & miserè afflictus, ab omni vino abstinebat, solâ *aquâ simplici* pro potu usus. Et ab isto tempore arthriticus esse desiit. Eodem successu Soc. Jesu Sa- *alia*,

p) Dec. *II.* ann. *II.* obs. 174. q] Dec. *III.* ann. V. obs. 156. r) in thes. Med. Pract. L. I. s) Dec. *III.* Eph. ann. *I.* obs. 30. t) theatr. insect. L. *II.* c. 41. p. m. 324.

Sacerdos continuo *aquæ* potu, à doloribus iſtis evaſit immunis. u]

alia,

§. 17. Terror & error multos curârunt morbos, teſtantibus id hiſtoriis apud *Donat.* vv) *Salmut*, x) Curioſos noſtros y) & quàm plurimos alios. Parocho in Comitatu *Peynenſi*, podagrâ & chiragrâ miſerè afflicto, ex amore & officio inſerviebat cuſtos templi; At moroſus patiens, ut ſolent ejusmodi homines, quicquid faciebat ille, ſiniſtrè interpretabatur. Die quodam Dominico cuſtos in horto parochi ædibus vicino, neſcio quem in uſum, colligit cum myrmecio *formicas*. Qvas domum portaturus revocatur à Parocho. Accurrit ſubitò, reponens tamdiu ſaccum ſub lecto, donec juſſa Paſtoris ſui implêſſet. Interea ſignum dandum erat ruſticis ad preces veſpertinas. Oblitus ergò ſacci ſub lecto poſiti, clauſis ædibus, in templum properat. Beſtiolæ turmatim conſcendunt lectum, miſellumque Parochum terribiliter excruciant. Is ſacrum inter & ſaxum conſtitutus membra elevat, ſurgit, inque vicinam cameram prorepit. Ibi, abjecto induſio, juxta feneſtram nudus conſidens, tibialibus, ore & digitis fortè arreptis, beſtiolas ut potuit, abegit. Supervenit tandem cuſtos, deprecans errorem ſuum. Delatus itaqve Parochus in alium lectum,

u) Dec. *III.* ann. *III.* obſ. 25. vv) L. *VI.* H. M. c. 5. p. 639. x) C. I. obſ. 48. y) Dec. *II.* ann. *III.* obſ. 93. & ann. VI. obſ. 28.

-ctum, incidit in somnum & largissimum su-orem. Ab hoc die athleticè vixit, notan-e *Insulano*.

§. 18. Eques Westfalus, narrante Nob. *alia*, *Francisco Gvilielmo de Steinhaus*, Amico, dum iveret, meo, omnem ferè substantiam suam ecoxerat, tandem, consilio Parochi sui, cere-isiæ recens coctæ injecit radices *bardanæ* & immitates *absinthij*. Ab usu hujus potus anti-ephritico-podagrici singulis septimanis non antum ingentem saburram, tartaream sed et-am plures lapillos, majores, minores, citra no-abilem molestiam, promtè exclusit. Næ, ce-evisia bene defecata (infit *Bartholinus* no-ter, z)) & vetustior alit & nutrit, ventricu-um roborat, podagram ab articulis avertit, calculos expellit, inprimis si *absinthio* vel *lu-ulo* condiatur, affectionibus denique inter-nis externisque, balsami instar, medetur. Sa-nè ob cerevisiæ potum *Olaus M.* a) olim in obsidione Regiæ Svecorum *Holmensis* lapil-los, sine læsione, aut passione, singulo mane in matula vidit expulsos, & instar granorum milii, ciceris & piperis, magnitudine nucis similes ejecit, nunquam exinde calculo, seu alio morbo afflictus est. De usu *bardanæ* verò retulit *Vastelius* Foresto, b) se, cum in lecto decumberet ex doloribus articulorum, ut membra non posset movere, bibisse deco-ctum

z) diss. *I.* Med. Danor. domest. p. 11. a) L. *XIII.* c. 27. b) *L.* XXIX. obs. 7.

ctum cerevisiæ, in qua radices *lappæ* incocta erant. Qvâ epotâ, cum nullis remediis curari posset, ut plurimum minxit lotium album instar lactis, & à doloribus curatus fuit.

CAP. IX.

DE USU N. M. IN LUE VENEREA.

§. 1.

INveterata *lues venerea* difficillimè curatur, accuratissimâ licèt institutâ medelâ: infecti enim & deturbati à statu suo naturali penitus sunt omnes corporis fluores, & insignis visceribus corruptela illa. Memini aliquando, (verba sunt *Hofmannia* c)] me militis aperuisse cadaver hoc malo defuncti, ubi membrum verrucis obsessum, cranium *porosum* & *carie* tactum erat, multæque polyposæ concrescentiæ in carotidibus & cordis ventriculo dextro reperiebantur, visceribns, hepate & liene corruptis, & ex facili friabilibus, ac prostatis & vesiculis seminalibus partim scirrhosis, partim sanie putridâ diffluentibus. Bene tamen, quòd lenimentum & sufflamen aliquod à *nuce* nostra præstolari queant ægri.

elect: §. 2. Prolixum *Electuarium*, quod *Crato* Nobili cuidam præscripsit, *nuce moschatâ* nobilitatum, quo de ante potum sudoriferum sum-

c) in not. ad c. 5. C. I. obs. Poter. p. 22.

msit dr. ij. d) *Trochiscos* idem dabit libello
: morbo gallico e)

§. 3. *Balsamus Cramerianus* fuit hic f) in *bals.*
piendis doloribus & ventriculi debilitate:

Rec. *Ol. nucist.* scr. ij. merc. dulc. scr. j. & sem. bals. Peruv. dr. j. ol. caryoph. gr. iij. menth. cr. g. v. hyosciam. scr. sem. M.

§. 4. Recordor, ait D. *Franc.*, g] quendam *obs.*
:ellanum primissarium, qui ex impuri trio-
ılaris scorti concubitu ob stultitiam suam
oc pretii loco abstulerat, ut pustulis in pe-
ibus circa pudenda & os corriperetur, post
omitorium consuetum, meo suasu, *decocto*
eronicæ cum ling. junip. rob. bacc. junip. e-
ulcorato restitutionem in integrum fuerit
onsecutus.

CAP. X.

)E USU N. M. IN FISTULIS ET UL-CERIBUS.

§. I.

IPsum sal scorbuticorum acerrimum non solum carnosos tubulos corrodit & depa-
:it, sed & ipsa ossa aggreditur, ipsisqve cariem
ıc putrilaginem inducit. Constant ossa ex-
ubulis tenerrimis, poros habentibus innu-
meros, in quibus circulationem sustinent de-
oositæ particulæ sangvineæ & lymphaticæ,
inos-

d] L.V.conf.38.p. 205. e) cit.lib. annex.p. 495. f) Eysel.de formul.præscrib.c.15.p.198. g) Veronic. theez. p. 138.

inosculantur enim illis venæ & arteriæ. Par ticulæ hæ depositæ acuto sale corrosivo im butæ ex facili tenerrimos ossis tubulos exe dunt & sauciant. h] Residet tamen spes ali qua in *nuce* nostra *moschata*.

obs. §. 3. Potionem vulnerariam, nulli secun dam, in curandis *fistulis*, præmissis præmit tendis, habet diligentissimus *Purmannus*, i quam ipsemet videbis. Memorabilis histo ria Poterii k) de juvene xxvij. annorum ne scorbutico, nec lue venerea affecto, teterri mis tamen ulceribus corrupto. Quæ indu biè ortum suum duxerunt ex discrasia san guinis & humorum maxima sub gravioribu febrilibus paroxysmis contracta, Labora bat ante aliquot annos juvenis xx. annor pleuritide cum febre gravissima, post cuju curationem totius corporis fermè partes oc cupârunt primum tumores satis notabiles do lorifici, conjuncti cum inflammatione, quo rum aliquot in pedibus abibant in ulcera pes simimoris, quæ tamen felicissimè tanden sanata fuêre, præmisso laxantium & edulco rantium usu, pulv. viperino mixto c. cinnab nativ., qui pulvis ad corrigendam sangvini & humorum pravitatem salino acrem mirifi cam opem effert tempestivè & ritè adhibi tus. l]

§. 3

h) Hofman. ad Poter. p. 68. i) Chirurg. Lorbeerkrantz P. II. c. 25. p. 391. k] C. II. c. 1 l] p. m. 133.

§. 3. *Pulvis* ad ulcera inveterata hic est; m) *pulv.*
Rec. croc. mart. ex vitriol. præcip. dr. iij. lact. Lunæ dr. j. & sem. terr. sigill. dr. j. myrrh. aloës, *macis* an. scr. j. camph. scr. sem. M. f. pulv.

§. 4. Enascebatur cuidam tumor dolorificus durus circa ani venas, qui à non tempestiva Chirurgi apertione & tractatione in ulcus putridum *fistulosum* abibat, quod omnnem consolidationem ferme respuebat. Tandem æstate generabantur in ipso *vermiculi* nigri stipati aculeis, qui manui applicati molestum excitabant pruritum. Chirurgus tentabat consolidationem omni modo, quâ factâ intolerabiles surgebant dolores, ita ut opus fuerit de novo apertionem instituere, quô factô, *vermes* in copia prodibant, quibus exemtis, & ulcere servato aperto, dolores conquiescebant. Memini, ante aliquot annos me Hornhusæ propè aquas sulubres vidisse scabiosum cachecticum Qvedlinburgensem, qui pedes ulceribus putridis obsessos aquis istis fovebat, post quarum usum *vermes* cinerei coloris, ad minimum digitum longos, ingenti cum admiratione quotidie fermè extrahebat insigni cum levamine. Circa hæc conferri potest *Welschius.* n) *obs.*

§. 5. De usu *fonticulorum* in ulceribus chronicis vid. *Hagendorn.* o) Ab homine plebejo *alia;*

m) Loss. diss. de hydrophob. ex Ettmüller.
n) de vena Medinensi. Vid. Hofman. ad Poter. p. 73. o) Dec. I. ann. III. obs. 214.

accepi,ait D. *Franc*; p) certo experimento tolli ulcuscula narium erodentia, si ex pulv. veronic., ceruss. venet.& tantillo axung. angvill. liniment. concinnetur, & eo inungantur.

CAP. XI.

DE USU N. M. IN TUMORIBUS.

§. I.

IN qualibet corporis parte evenire possunt multa variaqve tubercula, quæ tamen periculo terrere non debent. Qvædam ex his dura & renitentia, quædam mollia & cedentia sunt: quædam spatio nudantur, quædam tecta capillo suo permanent, fereqve sine dolore sunt. Qvid intus habeant, uti conjectura præsagiri quidem potest, sic ex toto cognosci, nisi cum ejecta sint, non potest. Pro diversitate humorum, qui ipsis insunt, varia accipiunt nomina, cui tenuis pulticula subest, *atheroma* dicitur, cui liquidior humor melli similis, *melliceris*: *Steatoma*, id est, quando pingve quoddam latitat. Omnia illa ex parvulo incipiunt, & diu paulatimqve increscunt & tunicâ suâ includuntur. q)

Morsul. §. 2. In tumore quodam ex crasso & melancholico humore ad crus delabente *Grüling* r) hos *morsulos* confortantes Nobili Viro dedit: Rec.

p) l. c. p. 126. q] Hofman. ad Poter. p. 62. r) C. II. obs. 37.

Rec. Sp.arom.ros.diarrh.abb. diamarg. fr. an.ſcr.j.dianth. ſcr. ſem. Magiſt. corall. perlar.an.gr.xv. cons. ros. borrag. citr. an.dr.jj.N.M. *condit.* dr.ij. ſacch. alb.in aq.borrag.diſſol.q.s.f. morſul.

In tumore brachii ſiniſtri monſtroſo & pertinaci, è defluxione oriundo, hos dedit *Lotichius* s) Matronæ de conceptione dubitanti:

Rec. Sp. Diambr.diamoſch.d. an. dr. j. arom.ros.ſcr.ij.N.M. dr.ſem.cubeb. ſcr. j. rad.& ſem.pœon.an.ſcr.ſem. pinear. virid. piſtacior. & amygd. d. an. dr. j. & ſem. ſacch. in aq. ros.& pœon.diſſ. q.s. f. morſul.

§. 3. De tumore *flatulento* aurifabri circa genu agetur fuſius in *Pharmacopœa* mea *ſtercoraria*,cui interim addo obſervationem *Lanzonianam* t) de Viro, qui tumorem ſine rubedine ac dolore in brachio ſiniſtro gerebat, quiqve diſſectus nil *niſi ventum* emiſit, u) Adde obſerv. *Hönnianam.* vv) De oſſiculo *coralliformi* ex tumore ſteatomatico exemto, vid. alium. x) *obſ.*

§. 4. *Herman.* de *Welfenbüttel* habebat magnum tumorem in capite, qui preſſus tenuem fœtidumqve emiſit humorem.Tandem *alia*,

s) L.VI. obſ.3.c. 2. p. 498. t) Dec. III. Eph. Curioſ. ann. *I.* obſ. 49. u) Add. Borell. C. *I.*obſ.8. vv) Dec.*II.* ann. *I.* num. 176. x) Dec.*II.*ann.*III.*obſ.182.

capiti ſuo innumeros *pediculos* immiſit, idqve linteo arctè beneqve munivit, ut nullus elaberetur. Cruciârunt eum terribiliter, tumore autem iſto penitus ab eis exſucto, optimè valuit. Adde, ſi velis, elegantem hiſtoriam D. *Jacozij*, Medici Coſtenſis, & lucem afflâſti *Iſibordianæ*. y)

alia, §. 5. In pago *Leuenförden*, Diœces. Padebornens., ancilla quædam Dn. Satrapæ de *Spiegel* trium circiter ſupra viginti annorum, in dextro ingvine tumorem geſtabat valde ſibi moleſtum, & craſſitie duos ferè pugnos æquantem, qui, impoſitis prius emollientibus, ferro apertus *album globulum* evomuit; qui accuratius inſpectus nihil aliud viſum fuit, quàm ovum & magnitudine & figurâ *ovi gallinæ* ſimillimum, vitello ac albumine conſtans, ſed ſine teſta. Adde ſcholium Curioſorum. z) De plus quàm *quadraginta ovis* partim gallinaceis, partim columbinis, magnitudine paribus, in tumore repertis, lege *Zodiac. Med. Gallic.* a)

CAP. XII.

DE USU N. M. IN DOLORIBUS VARIIS.

§. 1.

Dolor eſt triſtis ſenſatio animæ, nata ex membranarum nervearum & fibroſarum

y) Vid. River. in obſ. communic. p. m. 346
z) Dec. I. ann. VIII. p. 136. a) ann. V. obſ. ult.

um partium violenta passione. Causa materialis utplurimum salia sunt, quæ spiculis armata, lancinando nerveas partes influxum mpetuosiorem spirituum & contractionem excitant; unde molesta animæ sensatio. Qvapropter in omni dolore concitatiùs moventur spiritus, unde sangvis orgasmum patitur, & cor ipsum frequentius ad contractionem se accingit, ut major sangvinis sit impulsus. b) Et hasce molestias abigit placatve N. M.

§. 2. Doctissimus *Bernitz* c) affert magnum sedativum Archei, quod ad iij. seu v. g. vel in forma pilular. dat., seu in vino, sirupo, jusculo &c. dissolut. voto satisfaciet, dummodo patiens desuper in lecto ad sudorem somnumvé se componat. *mixtur.*

§. 3. *Reqvies Nicolai*, ab effectu sic dicta, *elect:* quòd dolorem obtundat ac mitiget, *N. M.* recipit. Confectio *narcotica Mynsicht.* d) mirum in modum omnes dolores mitigat, præcipuè capitis, pectoris, stomachi, matricis & totius ventris. Dos. à dr. sem. ad integram. Add. *elect. mitigativ. Zwelferi*, e) confect. *opiat. Mynsicht.* f] & ejusd. *laudan. opiat.* g) ac *Zwelferi.* h) Summum secretum

b) Hofman. ad c. I. C. *III.* Poter. p. 273. c) Vid. alter. fascic. medicamentor. Bernitzii tit. 6. p. 35. d) S. *XIII.* p. 217. e) Ph. Reg. Cl. *XIV.* p. 886. f) l. c. p. 216. g) Spin. l. a. p. 553. h) P. A. R. Cl. *VII.* p. m. 254.

pro sopiendo dolore habet *Lentilius* i) *oleo* *N.M.* auctum. *Oleum* vid. apud *Cratonem.* k)

ol.

obs. §. 4. Puella Beverensis, annorum fortè viij., cœperat claudicare, tumore in sura cum levi inflammatione prominente. Succesſêre dolores aliquando terribiles, cum crebris convulsionibus & extrema macie. Morbus credebatur à veneficio inductus. Ruptô tandem abscessu multi *vermiculi* nigri, *scarabæis* haud absimiles, prorepsêre. l) De *acu* deglutita ex crure erumpente vid. *Henr. à Moinichen.* m)

alia, §. 5. Generosus juvenis omni die matutino tempore, præcedente oscitatione ac horrore febrili, corripiebatur intentissimo oculi dextri dolore, pulsabant circa hanc oculi & capitis partem arteriæ, oculi erant magni, non autem rubicundi, lachrymæ effluebant, inappetentia, sitis erat conjuncta: durabat hic dolor per vj. fermè horas, & per mensem ferè excruciavit ægrum. Ipso in paroxysmo sal volatile oleosum naribus oblatum, levamen quoddam offerebat. Ratus Exc. *Hofmannus*, n) primis in viis spasmi hujus dolorifici causam hospitari, exhibuit pilul. mercurial. cum gummat. & gr. uno tart. emetic., roboratas: hæ assumtæ sedes & vomitum, mo-

i) P. *III*. p. 139. k) L. IV. p. m. 107. l) conf. Cynogr. m. S. IV. c. 6. §. 3. Dec. *I*. Eph. ann. IV. obs. 190. Hagendorn. C. *III*. obs. 70. m) obs. medico-chirurg. num, 21. n) ad Poter. p. 285.

movebant, post aliquot dies, paroxysmo finito, regimen lene sudoriferum ordinabat, oblato hunc in finem liquor. ex tinct. bez. ess. succin. anodyn. & sp. CC. constante; sudori sic indulsit æger per aliquot horas, & altero die semper mitior evadebat paroxysmus, donec, elapsis octo diebus, planè cessaret.

CAP. XIII.

DE USU N. M. IN GANGRÆNA ET SPHACELO.

§. 1.

GAngræna est mortificatio partium mollium & carnosarum, der warme Brandt: Sphacelus verò non tantum mollium, sed & duriorum & ossearum partium, der kalte Brandt. Differunt ergò solo gradu.

§. 2. Nares in puello piso obstructas habet CL. *Blasius*, o) & surditatem à piso D. *Dorstenius*, p) De pisis in abscessu vid. *Borell.* q] Nobilis cœnobita fonticulum in de dextro pede habebat, quem aliquando inter preces matutinas ille mundaturus, & devotioni fortè intensior, pisum, quod ob amplitudinem foraminis jam altius penetrârat, visum ejus effugiens, in pede reliqvit, aliudqve huic super addidit. Prius ab ambiente & affluente humiditate intumuit valde, doloresque pri- *obs.*

o] P. II. obs. med. 8. p] Dec. II. Eph. ann. III. obs. 62. q] C. III. obs. 86.

mò obtusos, deinde prurientes & pungitivos, cũ magna inflammatione peperit. Hanc excepit gangræna, quam tamen barbitonsor cataplasmate ex solis pomis putridis, cum stercore vaccino recente mixtis, feliciter pepulit. r)

alia, §. 3. *Mindæ* Westfalorum honoratiori Viro sexagenario unica in nocte in vertice capitis oboriebatur tumor cum magno ardore, dolore & febricula stipatus, exacto triduo conspiciebantur vesiculæ, quibus dissectis lympha acris emanabat, & nigredo cutis substratæ apparuit, quæ sine omni sensu erat, separatâ, parte corruptâ beneficio forcipis, mox cataplasma balsamicum putredini adversum camphora bene imbutum applicabatur. Paulò post ulcera, quæ etiam ipsum cranii os depascebant, præstò erant, stipata virium imbecillitate, calore præternaturali. Intrinsecè alexipharmacis contra malignitatem pugnabatur, ex quorum classe non possum non laudare sequens euporiston probatissimum, quod constat ex *vino, theriaca, lapidibus cancrorum & succo cancrorum fluviatilium*: hoc debitè mixtum, & sufficienti in copia calidè haustum, expectando post ejus usum sudorem, *gangrænam* in instanti sistit, & ne sphacelus ulterius serpat, impedit. Externè instar omnium esse potest *spiritus vini camphoratus* cum *essentia scordii & tinctura tartari* mixtus, additis *floribus salis ammoniaci* martialibus. s)

CAP.

r) add. Hagendorn. C. I. obs. 58. s) vid. Hofmann. not. ad c. 33. C. II. Poterii.

CAP XIV.

DE USU N. M. IN VULNERIBUS EX MORSU.

§. 1.

CORpus nostrum animalium morsibus puncturisqve obnoxium est, quæ verò partes præ ceteris afficiantur, studiosius inquirendum. Rentur nonnulli, omne venenum morsu inflictum primariò cordi esse inimicum, idqve statim petere. Verum uti non omnia animalium venena antipathiam specialem primùm cum corde habent, illudque statim occupant, sed alia aliis à Natura pernitiae bellum indicunt partibus: ita quoqve in morsibus animalium eadem videtur observari varietas. Refugium nostrum ad *N. M.*, seu sacram anchoram.

§. 2. Hæc *potio* vulneraria, quâ tutò uti potes, reperitur apud *Schröderum*: t] *potio*,

Rec. H. Vinc. per vinc. millefol. betonic. alchimill. an. M. j. Rad. Zedoar. dr. ij. vincetox. unc. j. nuc. vomic. dr. ij. *macis* dr. sem. *nucist.* dr. j. galang. dr. ij. coq. in aq. & vin. an. mens. sem. ad. casum. digit. 2. transversor. Colat. D. unc. IV. mane, totidemqve post meridiem.

§. 3. In vulnere sclopetario pasta furculæ *pasta*,

t] L. II, c. 75. p. 262.

cordis, seu orificio stomachi superiori, admovenda apud *Lotichium* talis; u)

Rec. Ferment. veter. unc. iv. succ. absinth. menth. an. unc. j. acet. vinos. q. s. ad incorporand., f. massa, vel pasta inducenda alutæ, ad manus latitudin., asperg. pulv. caryoph. dr. j. & sem. *nucist.* dr. j. f. pasta.

Idem, vv) præmisso cordiali bezoardico, contra profluvium alvinum, ventriculo sic obviam ivit:

Unim. ℞. Ol. mastich. dr. j. *N. M.* expr. dr. j. & sem. ol. nardin. unc. sem. absinth. coct. unc. sem. ol. menth. absinth. stillat. an. scr. sem. laudan. aq. vit. dissol. dr. sem. pulv. caryophyll. sp. arom. ros. an. scr. sem. c. cer. f. liniment.

§. 4. Pro roborando stomacho hoc dabat: x)

Rec. Ol. stomach. Craton. cydon. an. dr. iij. *ol. nucist.* expr. dr. sem. ol. caryoph. macer. stillat. an g. iv. M.

Oleum *Oleum hyperici* compositum D. *Ellenbergij* ut laboriosum, sic fructuosum. y) Externè furculam cordis, cum stomachi regione, sic illinebat z) *Lotich*:

Rec. Ol. menth. cydon. an. unc. sem. ol. stomach. Crat. dr. ij. *ol. nucist.* expr. dr. sem. ol. macer. *nucist.* salv. still. an. g. iij. c. pauca cer. f. linim.

u) L. VI. c. 8. obs. 8. p. 570. vv) l. c. p. 569. x) l. a. p. 558. y) Schröder. l. a. p. 247. z) Lotich. l. c. p. 574.

Cucupham conficit. idem. a)

§. 5. *Morsus hominis inter* asperrimos *numeratur: medentur* sordes *ex* auribus. b) Inest enim quoddam virus dentibus hominum, c] quod tamen hactenus non est probatum. d) De periculosis symptomatibus ex anseris morsu circa primam articulationem pollicis sinistræ manus vid. obs. *Tilingian.* e) Omnem ferè morsum virus habere asserit *Celsus.* f) Saliva est, at non omnis, sed tantopere agitata, ut spumæ reddatur similis, & acrimonam venenositatemqve quondam, ob bilis, quæ in iratis animalibus, dum mordent, commoveatur, quoqve humores maximè corrumpit, ebullitionem acquirat; talis saliva, quia virulentiam quandam habet insinuat se vulneribus dentibus factis, ad partes defertur corporis circumstantes; qnòd si illæ nervosæ fuerint, tum ob venenositatem & humoris acrimoniam stimulantur, ac ad spasmum, motus convulsivos, efficiendum, concitantur; si verò venæ & arteriæ lædantur, venas transit, deferturqve per eas ad cor, unde calor excitatur p.n. febres ac syncope, capitis dolor, totiusqe corporis inquietudo oboriuntur. g]

CAP.

a) l.c.p.558. b) Plin.N.H.L.XXVIII.c.4.c] id.L.XI.c.37. d] Vid.D. Mappi. disp. de aurium cerumine §. 95. e) Dec.II.ann.II.num. 75. f) L.V. de Re Med. c. 27. g) Vid. schol. ad obs. 75. Dec. II. ann. II. p. m. 181.

CAP. XV.

DE USU N. M. IN ARIDURIS, SEU ATROPHIA.

§. 1.

Vita & nutritio pari ambulant passu. Deficiente hâc quid homo nisi sceletum ambulatorium? quale cernimus in *atrophia*, pessimo mortalium hoste, cui tamen si non semper medicamen, saltem sufflamen, Dei gratiâ, opponit *nux* nostra gratissima.

§. 2. Qvando bilis serive acrimonia fluxum alvi concitaverit, hocqve modo id, quod nutritionem corpori spoponderat, ejecerit, ex usu erit sequens *pulvisculus*:

pulv. Rec. Bez. martial. gr. xxiv. pulv. abs. D. W. dr. j. unic. foss. scr. sem. terr. catech. scr. j. *ol. nucist.* gr. vj. f. pulv. pro 5. dosib. h)

linim. §. 3. *Linimentum* in *atrophia* Infatnum *Eyselij* hoc est: i)

Rec. Ol. menth. unc. sem. dest. carv. scr. j. *nucist. expr.* dr. ij. cinam. gr. vj. caryoph scr. sem. D. S. magenstärckendes Oehl 2. mahl des Tags den Leib damit zu salben.

empl. §. 4. Præmisso picacismo & inunctis balsamicis parti affectæ superligetur *emplastrum* hoc; k)

Rec.

h) Ebeling. disp. de atrophia c. 7. §. 9. i) de formul. præscrib. c. 25. p. 196. k) Jüngken. Med. præs. secul. accommod. p. m. 712.

Rec. Empl. nervin.dr.vj.ol.lumbr.terrestr. *N. M.expr.* an.dr.ij.cer.q.s.f.empl.

§. 5. Puer xj. annorum à prima infantia *obs.* er plures dies immanem patiebatur cephalgiam, erat habitus gracilioris, facie pallius, tandem in omnimodam incidebat atrohiam cum sudoribus nocturnis & continuis julatibus ob ingentes scapulæ sinistræ, ad ræcordia & versus hypochondrium ejusdem iteris, tendentes dolores, mox purgitivos, nox contractivos, seu spasmodicos, accedeat irritum tussiendi desiderium, cum anguia & spirandi difficultate, à quibus thoracis c scapulæ contractiones augeri videbantur; inc erecto corpore in lecto sedere cogebanr, manu semper tenens jam hypochonrium sinistrum, ob continuum dolorem pasmodicum. Tandem ad ultimam maciem redactus, feliciter curabatur destillato x *brodio gallinæ* cum herb. *chamædrios centaur.min. fl. hyperic*, in quibus latet vis antispasmodica, à paucis observata, & aliis, l] noante *Waldschmidio* nostro.

CAP. XVI.

DE USU N. M. IN VERRUCIS.

§. 1.

GLabra, polita & nitida cutis est, ex albo rubella, τὸ ζωλικὸν ἄνθος repræsen-

l) Dec, I. Eph, ann, III. obs. 236.

sentans. At quàm fragile bonum forma hæc in senio redditur sqvallida, inqve rugas sulcatur, labore densatur in callos, & quorsum singula? Ecce saltem *verrucas*, malum non adeò temnendum.

obs. §. 2. In se & suâ naturâ *verrucæ* morbos inter contagiosos non sunt recensendæ, possunt tamen ad eum gradum pervenire, ut μιάσματα exeuntia fermentifica reddantur, quod sanè lintea communia & arctior complexus verrucosorum testatur. Virgo *Pechliniana* m) corallinum collare alter sociæ prope cervicem verrucosæ circumponebat, quô iterum receptô, verrucis eâ parte infestabatur. *Brassavola* n) in propriis filiis idem vidit, qui eôdem ac soror verrucosa linteo faciem abstergentes contagio infecti fuêre, quod sanè, sine principiorum vitalium alteratione, fieri haud potuit. Venusta virguncula Patruelis sui manum dextram, verrucis obsitam, jam æstuantem & à sudore madidam diu & arctius apprehendens, mox à contagio idem malum passa.

alia, §. 3. Studiosus, post molestas & laboriosas dejectiones biliosas & valde mordaces, sentiebat circa podicem aliquot *verrucas*, ut considere tandem non potuerit. Alternatim verò oleo ceræ cum *oleo destill. N. M.* remisto, & salivâ jejuni hominis illitæ, paulatim

m) L. II, obs. 44. n) III. aph. comm. 26. p. 501.

im decidêre. Refert *Heerius*, o) poſt partum difficilem, indeqve facto jugi ſtillicidio, excoriata cute labiorum pudendi, plurimas *verrucas*, ſed molles, natas, quas vix duæ manuum volæ capere potuerint.

§. 4. Tetigerat nuper ruſtica mulier manu ſuâ verrucosâ dextram cadaveris infantis, verum ſine ullo levamine. Tetigit alio die, meo juſſu, defunctam in villa feminam, & omnes mox corrugatæ *verrucæ* diſparuerunt. Rationem hujus rei dabit D. *Frommann.* p) *alia*,

CAP. XVII.

DE USU N. M. IN AMBUSTIS

§. I.

EST autem ambuſtio læſio partium corporis ſolidarum, inprimis mollium, per ignem & res ignitas ab igne æthereisqve particulis vehementisſimè agitatis, facta, fibrarum arctiorem utplurimum contractionem & diſſolutionem continni ſubitaneam, cum fluidorum rarefactione inducens, ardoris ſenſum, ruborem, tumorem, veſiculas, eſcharam, & ulcera poſt ſe relinqvens, qua de fuſius egit D. D. *Slevogt* in ſua de ambuſtis diſſertatione. q) Adſis igitur grata in æſtu temperies, ô dulce refrigerium!

§. 2.

o) obſ. 14. p. m. 142. p] *L.* III. de faſcinat. P. II, c. 6. p. 479. q) §. 3. ſeqq.

ungvent. §. 2. Famosum *ungventum* Magni Ducis Hetruriæ à Patre *Cavallo* correctum ita paratur:

Rec. Pingved.porcin.circa umbilic. & abdomen libr.vj.vin.alb. opt. seu malvat. libr.viij. repon. in olla nova vitreata & liqvef.pingvedo igne moderato.Post.

Rec. Caryoph.aromat. *N.M.* an.unc.iij.simul ligent.in petia linea nova & rara ad modum pilæ & inf.hæc in prædicto vino, & pingvedine filo alligata, ac simul ebulliant lento igne, & ter vel 4 in hora spatula ferrea vel lignea exprim.dicta pila,bulliantqve ad consumtion.total.vini,tunc abluta ab igne pingvedine bene misc.ad mod.ungvent.& add.ol.viol.hyperic. balsamin. mar. an libr.sem.in his oleis.antè ebull. cortic. virid.sambuc.unc.iij.succ. cancr. fluviat. unc.ij.acet.unc. ij. ceruss.lot. & per 2 d. in acet.infus.dr.ij.simul c. oleo supra lapid. marmor. misc. & superiori ungvent.addant.Valet ad omnia ambusta sive ignis simplicis, sive ferri igniti, aq. ferventis &c. inungvendo partem bis in die, non tamen eam ligando, sed fasciis cooperiendo, conducit hæmorrhoidibus dolentibus & inflammatis peculiariter,item fissuris papillarum &c.r)

§. 3

r) Vid. Sachs.gammarolog. p. 810. seq.

§. 3. Apud Fabros ferrarios ex manubrio obs.
sto ligneo in malleo, (Hammer-Stiehl/)
i ferro candenti adhibeatur, scaturit oleum, quô loca ambusta feliciter inunguntur, uti D. D. *Franc. de Franckenau* vidit in Nobile, cujus facies valde pulv. pyrio combusta erat, qui tamen intra paucos reconvaluit dies. s)

CAP. XVIII.

DE USU N. M. IN SYNOVIA.

§. 1.

EXigua & levissima sæpius sunt, quæ totius machinæ immutationem seu destructionem intendunt atqve minatur. Videtur divino artificio singulariqve concentu ita constructum corpus nostrum, ut se habeat instar machinæ, cujus rotulæ ad motum necessariæ, si tantillum impedimenti vel læsionis accipiunt, tota statim machina compatitur, & operationes inordinatas producit. Notabile est, à levissima quandoqve fibrillarum nervearum irritatione totum corpus in consensum trahi, ejusqve simul & mentis motiones mirum in modum perturbari, sangvinis humorumqve crasi ac motione valde immutatâ. Plura exempla addit Exc. Hofmannus. t) At nec hîc otiosam deprêndimus *nucem* nostram.

s) Dec. I. ann. IV. obs. 105. t) disp. de h. m. §. 1.

potus, §. 2. Sunt, qui in tali casu commendant potum ex

N. M. macis, thur. myrrh. rubr. ocul. cancr. an. dr. j. de quo in vino gallic. D. mane ac vesperi.

obs. §. 3. De Synovia infaustam sectionem subsequente hanc historiam narrat D. *J. Mauritius Hofmann.*, Prof. Altdorfinus. u) Balneator, ait, vietori venam medianam scalpello vehementiori cum talitro adacto pertuderat, tendine musculi bicipitis subjacente simul læso, quod ipsum sicuti ab imperitis Chirurgis sœpius magno cum ægrorum periculo fieri jamdudum notavit *Adrian. Spiegel.* vv) Ita eventus in dicto vietore comprobavit; is namqve primò derepente brachii stuporem perpessus est, quem paulò post, redeunte sensatione, dolor insignis & inflammatio exceperunt, post elapsum autem triduum ichor flavescens, sive meliceria, aut synovia Paracelsi, ex labiis vulnusculi tumefactis, atqve ex pallido livescentibus emanare cœpit; cujus fluxione ultra octiduum in notabili copia perennante, miser vietor in febriculam continuam ac totius corporis atrophiam cum inappetentia & vigiliis continuis incidit. Qvi curatus fuerit ab *Hofmanno*, vide apud Ipsum.

CAP.

u] Dec. II. ann. III. obs. 26. vv) L. IV. de C. H. F. c. 15.

CAP. XIX.

DE USU N. M. IN FOETORE CORPORIS.

§. 1.

Sulfureum odorem è ſuis brachiis notavit *Cardanus*, ut ſcribit in vita ſua. x) Talis etiam ex pueri capite exhalabat Romæ, dicente *Alex. Taſono*, y) & in puero hydropico *ſulfureus* obſervatus *Baſileæ*. z] Cauſa fœtoris immediata eſt exhalatio ſulfuris peregrini reſoluti. Sulfur namqve deturpatum, ſeu balſamicum, de ſtatu ſuo dejectum, fœtoris auctor, latius id explicante D. *Wedel*. a)

§. 2. *Horſtius* refert exemplum b] de Virgine, quæ aliàs ſana, intolerabilem putrescentis cadaveris fœtorem è toto corpore exſpirabat. De Medico quodam Aſiatico notat *Galenus*, c) quòd tam putridum ſub alis hircum aluerit, ut nullus vir elegantior ejus acceſſum ferre potuerit, niſi odoratis quibusdam aſperſionibus virorem hunc prius mitigaſſet. Per annos bene multos novit *Hamendorn* viduam quandam, quæ alioquin optimè ſana, tantum de ſe edit fœtorem, ut ad aliquot paſſus non ſine ſumma percipi queat moleſtia. Qvæcunque etiam manibus contre- *obſ.*

x) c. 37. y) Medit. L. V. c. 36. z) Rhod. C. I. obſ. 8. a) diſſ. de h. m. c. 3. b) L. I. epiſt. Med. S, X. c) L. VI. epid. com. 4. §. 9.

trectat, seu vestimentis attingit, ejusmodi ex periuntur fœtorem plusquam cadaverosum d) Nôrunt mecum, addit *Sachsius* olim no ster, e) Viri plurimi literatum quendam, qu tantum de corpore suo fœtorem emisit, u cum aliquot ante annos theriaca misceretur & tot odorata ingredientia unà cum oleis de stillatis opobalsamo succedaneis pistillo agi tarentur, attamen fœtor in hypocausto odo ratis prævaleret, & nares adstantium graveo lentiâ cadaverosâ feriret.

alia, §. 3. Dixit mihi *Joanes Adolfus Zinzerling* Matruelis meus, se vidisse in villa Helvetic nobilem puerum apparenter sanum hilarem qve, qui perditissimum odorem, putrido ca seo ferè similem, imò aliquando deteriorem ex corpore suo spargebat, à Medico tamen correctus tandemqve abactus est. Medica menta inter, queîs, præmissis purgantibus & sudoriferis, usus fuerat, monstrabat mihi se quens:

Rec. Aqv. cinamom. *N.M.* fl. borrag. an unc. j. rorismar. sir. rub. id. an. unc. sem. *ol. still. N.M.* g. iij. M.

CAP. XX.

DE USU N. M. IN SUDORE NIMIO

§. 1.

DEus & Natura totum humanæ machina cor

d) Dec. I. Eph. Curios. ann. II. obs. 191. e] i Scholio,

rpus tàm quoad externa, quàm interna ubiq;
rosum esse voluit, ita, ut tota machina, quan-
quanta est, ubiqve & undiqve perspira-
lis sit, & cutim tanquam *nassam* circumpo-
am habeat. Cum verò Deus & Natura
hil faciant frustrà, ita nec poros frustaneos
se putandum, sed sciendum, eos, ut machi-
a humana sarta tectaqve diutius conservari
ossit, hinc inde disseminatos esse. Nimi-
ım opus erat iis, non tantùm, ut corpuscu-
nutrientia à Natura eò compulsa, se in illos
sinuare, ibi, pro diversitate pororum & par-
um recipi, ac in harum substantiam conver-
& assimilari possint; sed etiam ut partim,
væ, aut superflua à nutritione, aut ad eam
inus idonea, sœpeqve planè excrementitia
int, per illas pedetentim protrudantur usqve
d extimam corporis peripheriam, ibiqve licet
l insensibiliter plerumq; fiat, per cutim tran-
irent, & sic extra corpus eliminentur; par-
m, respirationi sufflamine injecto, excre-
ıenta fuliginosa per hos excluderentur, ut
t in apoplecticis & passione hysterica labo-
ıntibus; partim ut, quæ miasmata spirituo-
, subtilia, contagiosa, venenata & maligna,
uaquaversum corpori communicata, non so-
ım humores corrumpendo, sed ipsos quo-
ue spiritus suffocando, machinam humanam
estruere potis sunt, à provida Natura eò fa-
ilius & citius ejici possunt. Nos loquemur
ic de *sudore nimio.*

pulv. §. 2. Apud *Sylvium* hic reperitur *pulvis:* f) Rec. Rad. imperator. unc. j. casfiæ lign, cinam. opt. an. unc. sem. *N. M.* dr. iij. M. f. pulv. tenuisfimus.

Cancellario cuidam sœpius sudanti, corpore cacochymico, virtute debili, cum capitis gravitate & dorsi læsione, alia inter *Crato* g) præ- *ungvent.* scripsit *ungvent. stomachicum*, oleo *N. M.* imprægnatum:

obs. §. 3. In adolescentulo, febri maligna defuncto, ex omnibus cutis spiraculis tertiâ ab obitu horâ *sudor frigidus* liberaliter satis manavit, ut scribit, plusculisqve exemplis illustrat D. *Lanzonius.* h) De sudore ad *quartum* usqve diem post mortem, vid. hist. D. *Ledelij.* i) *Georg.* Donnerwald/ rusticus Albaccensis, ad nonam ferè horam post mortem cruorem stillavit; diu is miseram traxerat vitam cachecticam, ut ad leviorem quoqve corporis commotionem sudorem exanthlaret rubro colore tinctum. In cadavere *M. C.* sudorem quoque notavi, & mecum forte alii.

CAP. XXI.

DE USU N. M. IN ERYSIPELATE.

§. 1.

Κίνησις & σύςασις sangvinis vitiata multorum morborum causa est, sangvinis,

f) L. I. Prax. o. m. 541. g) L. VI. p. m. 423. h) Dec. III. ann. III. obs. 37. i) Dec. I. Eph. ann. III. obs. 83.

is, ajo, cum socio suo individuo in venis & rteriis, dividuo verò in glandulis & vasis ymphaticis, sero. Exemplo sit erysipelas, ve ab intrinseco ardore ad extimam vestem fflorescat instar rosæ, seu solis fervore inalescat pars, ut poris laxatis rarefactus humor insideat magis. Qvo de nunc breviter.

§. 2. Pistoris uxor erysipelas cruris convetum sibi malum floccipendens, admisso ëre frigidiusculo id retro pulsum sensit, inle colica hysterica. Post aliquot dies doloes atrocius sæviunt, assumtis quibuslibet vonitu rejectis. Adhibitus in medelam Pharnacopœus, clysterem unum atqve alterum pplicavit, sed binis in intestino moras traentibus. Vomitus inde continuati, aliquious etiam stercorei visi. Tunc equidem ost octiduum ad D. *Lentilium* itum est, qui *ulverem* præscripsit talem: k) *pulv.*

Rec. *Ol. N. M. expr.* g. xvj. sal. absinth. scr. ij. croc. gr. xij. laud. opiat. gr. ij. f. pulv. pro 2. dosibus.

Superstitionem redolet sectio illa *N. M.* per crucem instituenda, quam *N. M.* in erysipeate necessariam censet prolixis verbis *Adrian. Vesser.* l)

§. 3. Prædictæ pistoris uxori *Lentilius* has tiam *pilulas* dedit: m) *pilul.*

k) Dec. III. ann. I. in append. p. 131. l) in hes. sanitat. P. I. p. m. 269. m) l, a.

Rec. Op. thebaic. ſp.vin. ſol.& inſpiſſat.dr. ſem. N.M. Pulvriſat. dr.ſem.ol.caryohp. g. ij. menth. g.vj. f. pil. pond. gr. j. *D*. num. x. mane ac noctu.

bolus, §. 4. Singulis menſibus ante novilunium unâ vice mane jejuno ſtomacho ſumatur præſervationis gratiâ *bolus* hic: n)

Rec. Rob. ſambuc. unc. ſem. ſacch.alb.dr. ij. R.jalap.ſcr. j. ſeu dr. ſem. *macis* g. iij. M.f. B.

trochiſc. §. 5. *Trochiſci* de violis *Nic.Alexandr*.apud *Vidum Vidium* o] ardorem blandè & bellè mitigantes hi ſunt:

Rec. fl. viol.dr. xv. amyl.dr. ix. ſem.pap. alb.dr.vij. plantag.dr.iij.rhab.dr.v.balſ. vel ol.caryoph. s. N.M. dr. j. aq. ros. q. s. f. trochiſc.

obſ. §. 6. A diuturno eryſipelate faciei *Herman Dobler*, mercator Thorunienſis, tum ab eodem affectu cum frequenti dentium dolore femina quædam à multis jam annis potentiali *cauterio* ſe vindicârunt; de *cucurbitularum* ſcarificatarum efficacia vide obſervationem L. *Grasſii*, Phyſici Svidnicenſis. p) De eryſipelate faciei exulcerato lege obſ.D.*Franci* q] cum ſcholio, *Hannemannianam*. r)

CAP.

n) Gokel.conſil.24.p. 282. o) L. VIII. de medic.intern.compoſit.c.2.p) Vid.Dec.I.ann. III.p.282.& ann.IX.p. 201. q) Dec. II. ann. III.obſ.10,& ann.IV.obſ.52. r] loc.jam.cit.

CAP. XXII.

DE USU N. M. IN PRURITU CORPORIS.

§. 1.

SOlus aliquando *pruritus* (verba sunt *Sennerti*) homines vexat, & adeò molestus est, ut etiam Medici auxilium implorare cogat, rarò autem curatur in senibus, præsertim decrepitis.s) Nos agemus de eo,&, quod dicimus, exemplis illustrabimus.

§. 2. Civis *Elrizensis* 50. annorum per duos menses totius corporis pruritu vexabatur maxime sub vesperam cubitum iturus. Sumtâ bis potione purgante, totidemqve diaphoreticâ, ab omni molestia liberabatur: illa erat hæc;

Rec. Fol. sen. dr. ij. agaric. trochisc. dr. j. & sem. rhabarb. dr. sem., sem. anis. & fœnic. an. scr. j. *macis* g. xi. inf. in s. q. decoct. fl. & fruct. Mane factâ leni express. col. add. mann. calabr. dr. vj. crem. tart. scr. j. aq. cinam. dr. iij. M. t) *potio*,

§. 3. Femina xxxvj. annorum patiebatur mensium obstructionem, compressionem thoracis, gravitatem anhelitûs & inappetentiam cibi. cum eruptione macularum, quas vulgò vocant Leber-Flecken. Post sex ferè septimanas insignis & horrendus sequebatur *obs.*

s) L.V.Pract.P.III.S.I, c. 8. t) Grüling. C. IV, obs. 91. & obs. 98.

dorſi circa ſcapulas, & ad coſtas usqve ſpurias ſe extendens *pruritus*. Omnia veſtimenta debebant dilacerari, & crudelitas ungvium magnâ atrocitate in propriam carnem ſœviebat, nec poterat ſatiari ſangvine, donec largiter fluebat quod unicum erat dimidiæ horæ levamen. Non enim tàm citò ſangvis erat incruſtatus, cùm jam manus ad priſtinam ſœvitiam ſe armarent, miſero neqve ſatis lachrymis deplorando ſpectaculo. u) Similem *dorſi pruritum* narrat D. *Hannemann*, vv) & D. *Prückel*. x] de obſtetrice LXXXVI. annorum, cui levamen à largiori lactis & aqvæ potu. De totius corporis pruritu periodicè recurrente vid. D. *Lanzon*. y) Cauſa hujus pruritûs moleſtisſimi non alia videtur fuiſſe, quàm ſerum, particulis multis acribus terreſtrioribus vel fixioribus acuatum, in glandulis cutaneis à maſſa ſangvinea ſeparatum, qvod tranſpiratione aliàs in ſtatu naturali ſenſim & inſenſibiliter exhalare ſolitum, hîc tenuorem tantum partem disſipari permittens, crasſiorum in ipſis tubulis excretoriis ſtagnationem, & conſequenter earundem, majore blandiorum & attemperantium divaporatione ſubinde factâ, concentrationem ſenſim procuravit; quæ ita ferociores redditæ acredine ſuâ nervoſas cutis partes pungendo & vellicando

Cauſa,

u] Dec. I. ann. IV. obſ. 56. vv) Dec. II. ann. I. obſ. 68. x) Dec. I. ann. IX. obſ. 11. y) Dec. III. ann. I. obſ. 21.

lo molestum illum pruritûs sensum induxerunt; usqve dum forti fricatione spiritus majori numero allecti non poros tantum magis dilataverint, sicqve crassioribus istis excrementis exitum faciliorem concesserint, sed etiam unà hæc attenuaverint, atqve promtiorem ad divaporationem deduxerint. Hinc quoque maximum illum dorsi pruritum à *Cnöfelio* descriptum sustulit tum antimonii diaphoretici & bezoard. miner. internus usus, quæ vitiosi seri particulas acres absorbendo, atqve ita qs. volatilisando liberiorem transpirationem effecerunt, tum & mercurii sublimati in aqua soluti externa applicatio, qui activis suis particulis in poros penetrans serum in cute restagnans & coagulatum liqvando ac dulcificando vim suam exseruit. Unde non minus curam à P. *Borello* z) tentatam prosperè successisse, credi potest, qui pruritum ibi descriptum ab humoribus biliosis & acribus procedere autumans, vini usu interdicto, quæ ad bilis & ita acriorum unà humorum evacuationem facerent, juxta cum ptisana aperiente & victu incrassante, rebus utpote ad seri contemperationem facientibus, ordinaverat. Nec immeritò in exemplo à se prolato D. *Prückel.* lactis potui non ultimam curæ feliciter peractæ causam assignavit. a)

§. 4. Soror *Israelis Schmidij*, Medici Prus- *alia*, si,

z) C. IV. obs. 36. a) Vid. schol. Schröck.

ſi, ſemper inſtantibus, nondum verò fluentibus, menſibus moleſtum circa genitalia ſentiebat pruritum, qui tamen in fluxu, & poſt eum ceſſavit. Putat, ab acrimonia bilis, qvâ excesſivè abundabat, quæqve certo tempore efferbuit, ortam eſſe hanc moleſtiam. Add. obſ. *Schultzian.* b)

CAP. XXIII.

DE USU N. M. IN NIMIA SALIVATIONE.

§. I.

SAliva limpida & fluida ſponte ac citra ſingularem commotionem in ore ſecernitur, ſputum verò crasſius & mucoſius ex aſperæ arteriæ glanduloſa parte, vel ex ipſo narium ductu glanduloſo ſcreatu vel tusſi elicitur proditqve. *Saliva*, ut fluor activus, ex duplici elemento, uno tenuisſimo æthereo, ſalino-Sulfureo, & altero crasſiori humido atqve aquoſo (quod prioris vehiculum exiſtit,) componitur, ceu cuncta latius probavit D. *Hofmann* in diſſ. ſingul. de *necesſaria ſalivæ inſpectione* ad conſervandam& reſtaurandam ſanitatem. c] Diſcurſus noſter eſt de exceſſu ejus.

elect: §. 2. Viro copiosâ *ſalivatione* ſine tusſi & vomitu laboranti *Rolfinc.* d] alterantia & roborantia inter præſcripſit ſeq. electuarium:

Rec.

b) Dec. I. ann. IV. obſ. 47. c) §. 2. d] L. VI. conſ. 4. p. 658.

Rec. Conserv.menth.meliss. fl. aurant. an. unc.j.ros.dr.j.condit. Zingib.Indic.unc. I. acor.galang. N.M.an.dr.v. sp. diarrh. Abb.dr.sem.c.sirup.nostr. nuc. jugland. q. s.f. l.a.elect. Sonderliche Stärck-lattwerge.

§. 3. De *salivatione* in phtisi critica & salutari legi meretur D. D. *Wurfbain*, Amicus venerandus; e) De *ptyalismo* autem ferè lethali á cingulo mercuriali hanc enarrat historiam Medicus Metensis D. *Jalon*. f) Vir xxxv. annorum cacochymicus temperamenti melancholico-pituitosi scabie totius corporis laborans, à medicastra cingulum pro ea citius curanda ex panno rubro confectum, emit, neglectisqve aliis remediis statim eo se circumcinxit. Post biduum omnes oris partes, lingva, fauces, palatum, gingivæ & labia ipsa cum dolore ulceroso & phlogosi ita ipsi intumuerunt, & tanta viscidorum humorum copia ἀθρόως & confertim ex ore emanavit, ut, viis propemodum interclusis, nec loqvi nec cibum potumve assumere, nec respirare posset, quin imò facie in immensum auctâ & lividitate perfusa, suspensi hominis instar, illicò suffocatum iri videretur. Qvapropter Zona impigrè avulsa, (in ea purus putusqve mercurius pingvedine permixtus conspiciebatur, *obs.*

e] Dec. II. ann. I. obs. 122. Add. Schol. Schröck. & D.Hofmanni dissert.cit. f) Dec. II. ann. VI. obs. 107.

tur,) & amplissimâ in momento venæ sectione celebratâ, ægrotanti mox injectum fuit enema acre, c. dissol. elect. diaphœn. & vini stibiati unc. iv, à quo tam copiosæ successerunt dejectiones, ut octo vel novem horarum spatio pleraqve gravia symptomata remiserint, ægerque loqui & aliquot cochlearia jusculi, in quo sal. tartar. scr. j. dissolut., assumere potuerit, & sic per paucos dies continuato tàm in potu, quàm in jusculis ejus usu, pedetentim per inferiora tota humorum colluvies præcipitata est, ac æger intra octiduum, cum jactura tamen aliquot dentium, perfectam sanitatem recuperavit.

CAP. XXIV.

DE USU N. M. IN MORBIS à FASCINO.

§. 1.

D. D. *Slevogt* in prolusione quadam inauguralí g) pulcrè demonstravit, quàm honestè Medici *fumos* vendere soleant. Aliàs, inquit ore *Hünerwolfiano*, h) fascino *resistere dicitur* suffitus *ex felle serpentis, aut canis nigri. Ex* fascino *pedis tumorem, dolorem, ambulandi impotentiam, matrona haud ignobilis sanavit in continenti* suffimigio *ex abscissa pallij particula rei. Filia civis & figuli incantata, repentinum periodicum dolorem dorsi &* anxie-

g) ann. 1697. h) Dec. II. Eph. ann. VII. obs. 91.

anxietatem, nulli pharmaco diu cedentem, abegit à ſe ſtatim ſuffitu *fruſti tunicæ ſciſſæ incantatricis incuſatæ. Miles* ſuffiit *particulis chirothecarum, à compare præſtigiatore ſurreptis, manum dextram incurvatam, & extemplo faſcinum evanuit.*

§. 2. Vetula pesſimæ famæ ſolo intuitu formoſiſſimum puellum ſic faſcinârat, ut nil niſi umbra & oſſa ſupereſſent. Qvod verò pueri nitiduli potius quàm grandiores, & elegantiores juvenculæ potius, quàm annoſæ & deformes, in hanc incidant pasſionem, & propterea his magis cavendum ſit, ſangvini leviori, uti dicunt, defecatiorique adſcribunt, & molliuſculæ naturæ, ac teneriori corporis habititudini, quæ facilè in deterius vertitur. i] *obſ.*

§. 3. Ruſticus excellenter quadratus, quem vulgò Buſch-Petern vocabant, poſt univerſales corporis dolores, in ſiniſtro cunprimis brachio, horrendos, eosque lancinantes & perpetuos, à novem menſibus hactenus ſenſerat, omnibus fruſtrà tentatis. Cumque malum hoc à faſcino ſibi inductum conſtanter crederent, præ ſummis cruciatibus in Diæmolam aliquando ſe præcipitâſſet, niſi à vicinis retractus fuiſſet. Svaſit tandem Monachus, ut in ipſo Ss. Trinitatis feſto, oriente aurorâ, ex ſano brachio ſangvinem ad quinqve uncias emitteret, eôqve calidè adhuc ſum- *alia,*

i) Rod. à Caſtro Med. Polit. L. IV, c, I, p. 208.

sumtô, in lecto sudaret. Vespere, autem i balneo ex tribus tantum plantis, *hyperico, ruta & fl. verbasci* parato, per horulam sederet. Fecit misellus bono cum eventu, ut ipse mihi *Warburgi* retulit: Similem ferè historiam consignavit D. *Fromman.* k) Sangvinis humani usum internum cum aliis damnavimus in *Cynograph. curiosa.* l) Quantum vero contra veneficia sangvis *caninus felinusque* valeat, rarioribus historiis confirmat *Purmannus*, m) ubi simul emplastrum *Agricolæ* paucis immutatum, & *sangvine canino* nobilitatum, singulariter commendat.

CAP. XXV.
DE USU N. M. IN PHILTRIS.

§. I.

RECtè *Ovidius*: Philtra nocent animis vimqve furoris habent. *Caroli* IV. uxor, *Adolfi* iij. Ducis Clivensis filia, cum maritum in maximum sui amorem trahere conaretur, nullum damnum aut periculum cogitans, simplici animo illi potionem parari fecit, quâ assumtâ, morti succubuisset Imperator, nisi citò remedia obstitissent, & non nisi pilis orbatus fœdoqve corporis habitu evasit. n) Puer tena-

k) L. III. de fascinat. P. X. S. I. c. 2. §. 6. p. 962. l) S. III. c. 14. §. 2. p. 152. m) P. II. des Chirurgischen Lorbeer-Krantzes c. 32. p. 440. seqq. n) Vid. Nic. Casp. Elwerth. disp. inaug. de Philtris c. 9.

tenacissimæ memoriæ ab epoto philtro ita amittebat eam, ut proprii oblivisceretur nominis, fraterniqve, adeoqve rerum omnium literarumqve rudis fuerit, ut nec verbum latinum perceperit. Sic de alio *Rorsæus*, cui ardens amasia, ut remorantes nuptias properaret, nihil mali imprudenter cogitans, philtrum propinavit, quo in lentissimam mortem paulatim, nullis proficientibus auxiliis, eundem deduxit. Theologum propè urbem *Castrensem* à philtro menstruorum muliebrium cum leporis sangvine in condimento sumto, tantâ maniâ correptum, ut proprium occideret Patrem, meminit *Borellus*. o) Repeto igitur versum Nasonianum:

Philtra nocent animis, vimqve furoris habent.

§. 2. Fuit saga quædam, famula & nutrix prænobilis alicujus familiæ decrepita, *Maria Sprawelin* dicta, quam diabolus eò adegit, ut anno 1650. d. 11. Sept. in pago Nobilis alicujus, dicto *Plosheim*, non multum ab Argentina distante, Prænobilem atqve piam adolescentulam, decimo ætatis anno miserè fascinaret. *Nucem* enim venenatam ab amasio stygio acceptam femellæ illi dedit, atqve ut comedat, variis modis persuasit. Quamprimum autem *nucis* partem gustavit, reliquam projecit, ac acerbissimum statim sensit dolo- obs.

o) C. I. obs. 65.

rem, qui postea etiam ingravescebat, piamqve puellam miserè excruciabat. p)

alia, §. 3. *Petrus* van der *Door*, Batavus juvenis, ope *Nucis Moschatæ* philtrum acceperat, inde in pertinacem melancholiam incidit, à qua ægerrimè potuit liberari, ut ipsemet vidi:

- - - *Valeant* Medeides *herbæ*,
Moribus *ac* formâ *conciliatur amor.*
Sit procul omne nefas, ut ameris, amabilis *esto!*

SECTIO QVARTA.

DE USU N. M. DOMESTICO.

CAP. I.

DE USU N. M. STRENÆ LOCO DATA ET ACCEPTA.

§. I.

STrenas dictas esse qs. *trenas*, quod eò ternarius perfectionis atqve plenitudinis habeatur nota, & tria sint qs. omnia, *Martin Del-Rio* q) putat. Alii denominationis hujus hanc reddunt rationem, quòd illis donis boni ominis gratiâ oblatis significetur, alterum tertiumqve annum paris felicitatis venturum. In quem ferè modum filioli nostri pro acceptis ejusmodi strenis gratias agentes dicere so-

p) D. Alberti disp. de sagis c. 2. §. 17. q) *L.* III. Disquisit. Mag. P. 2. qv. 4. S. 5.

solent optantqve ut, finito anno, iterum terqve quaterqve donare liceat, daß ihrs erlebet/ und noch drey-und viermahl wieder gebet/ uti festivè scribit D. *Walther.* r] Alii *strenas* à Dea *strenua*, illarumqve originem â *Tatio* Rege manâsse tentur, qui primum Romuli hostis, deinde Collega in Regno Romano fuit. Hujus derivationis autor est *Symmachus.* s) Idem innuit *Metellus*, vetus Poëta Christianus & Monachus, ante millesimum Christi annum ita canens: t)

Strenæ *præterea nitent*
Plures aureolæ, *munere regio*
Olim Principibus probis
Jani *Principis auspicio datæ*,
Fausto temporis omine,
Ut *ferret Ducibus* strenua *strenuis*
Annus gesta recentior.

§. 2. Derivata igitur ab antiquissimis temporibus ad nostra usqve strenas mittendi consuetudo. Illam sanè *Augustinus* graviter reprehendit & Concilium *Antisiodorense* u] strenas ob ejusmodi superstitiones *diabolicas* vocant, ita dicens: *non liceat Kalendis Januarijs* veculo *aut* cervolo *facere*, *vel* strenas diabolicas *observare*, *sed in ipsa die sic omnia tribuantur*, *sicut & reliqvis diebus.* Ubi per *veculum* & *cervolum* strenam cum voto ad

r) in Postill. juridic in festo Circumcisionis §.35. s) L. X. ep. 28. t) in Qvirinalib. carm. 5. u) cap. 1

singulare aliquod numen mitti solitam, v. g. ad *Cererem*, pro felici frugum proventu, vel ad *Venerem* ad suscipiendos feliciter liberos, intelligi, atque sic strenas illas *vecola* vel *vericola*, qs. *Venericola*, & *cervola*, vel *cericola* qs. *Cerericola* appellatas fuisse ex *Marcelli Donati* elucidationibus in Svetonium adducit *Strauch*, vv) licèt *Mart. Del-Rio* x) *vitulo* seu *buculo* & *cervolo* legere malit; & *Carolus du Fresne* y) per hæc verba profanum ludum innui doceat, quo, belluarum & vetularum assumtis formis, huc & illuc discursare & petulantius se gerere solebant homines.

§. 3. Processit hæc *strenarum* oblatio à superioribus ad inferiores, pares & privatos, qui invicem sibi transmittebant munera, fructus inter *caricas*, *caryottides* & *mella*, *seu mellita*, videlicet ut dulces anni à dulcibus auspicarentur, essentqve in omen futuræ svavitatis ineuntis anni. z]

- - Jani *tribuuntur dona* Kalendis
Atq; etiam strenæ chartis mittuntur amicis,
Conjugibusq; Viri donant, gnatisq; parentes,
Et Domini famulis, anni felixq; precantur
Principium - - -

Ait *Thomas Neogeorgus*, a) Audi Martialem; b)

Au-

vv) comm. tit. d. oblat. vot. x) Loc. citat. y) in Glossar. verb. cervula, z) Rosin. L. IV. A. R. c. 5. a) L. IV. Regn. Pap. b) L. XIII. epigr. 27.

Aurea porrigitur Jani *cariota* Kalendis,
Sed tamen hoc munus pauperis esse solet.

Clientes inprimis Protectoribus suis & Patronis *mellita* ejusmodi dona *strenæ* loco misisse, idem *Martialis* habet: c)

Hoc linitur sputo Jani *cariota* Kalendis,
Qvam fert cum parvo sordidus *asse cliens.*

Et ille Peligni ruris alumnus: d)

Qvid vult palma *sibi* rugosaqve carica, *dixi,*
Et data sub niveo condita mella cado?
Omen, ait, causa est, ut res sapor ille seqvatur,
Et peragat cœptum, dulcis ut annus, iter.

Prandium, inquit *Seneca* e) paratum fuit nusquam sine caricis; hæ quotidiæ mihi novum annum faciunt. Erant verò caricæ ficus siccatæ, quia ex Caria in Italiam translatæ. Caryotæ verò, seu caryotides fuêre palmarum fructus, dactyli, seu palmulæ, quæ progressu temporis inauratæ offerebantur. Hunc morem etiamnum in variis cœnobiis similibusqve locis superesse, ut sub cujusvis anni exordium Præfectis & Officialibus Principum, quorum operâ & protectione utuntur, munuscula quædam, & inter illa simul *mellita dona* mittantur, quæ ab initio ex mera liberalitate processerunt, postea verò facta sunt necessitatis, ut videmus ex *Limnæo*, f) ubi

c] L. II. ep. 33. d) L. I. Fastor. e) epist. 87.
f) J. P. T. IV. addit. ad L. V. c. 7. num. 11.

scribit: Daß der Abt von Eberach jährlich zum neuen Jahr dem Amtmann zu Schwabach sol geben zween Kreutz-Käse / einen guten Lecker-Kuchen / zween Sporn / ein schober Stroh / und der Amtmännin einen Beutel. Conf. D. D. *Wildvogels* diss. de *novo anno.* g]

§. Varia inter munera offerri solita adhuc sunt *nuces myristicæ de auratæ.* Hinc unà cum iis Adolescentulus Patri suo, Consiliario Regio, hoc obtulit epigramma:

Quisq; suo mittit pro strena *dona Parenti,*
Atq; bono dicit nunc bona verba die
Vota nucemque *fero: placido, Pater, accipe vultu,*
Nux moschata *Tibi sit novus annus. Age:*
Confortat cerebrum, stomachum, cor, viscera *quæque,*
Sic Te confortet ter-benedicta Trias!
Ad varios usus servit Nux optima, *servi*
Tu Regi, Legi, *sedule serve, Deo!*

§. 5. *Christian Burcard* Hallensis in *Itinerario Ind. Orient.* h) narraturus pompam natalis Magni *Mogolis* alia inter hæc adjicit: Wenn der König sich auf seinen Thron gesetzt hat / streuet er unter seine Fürsten und Edlen aus göldne Nüsse / Mandeln und dergleichen Früchte / welche so durchsichtig / leicht und subtil ausgearbeitet sind / daß

1000.

g) c. 3. h) p. 158.

1000. Stücke derselben kaum 30. Reichsthaler werth seyn sollen. Clara Himmelin in strena, Avo meo materno, conjugi suo, M. *Francisco* Himmeln/oblata alia inter sic:

Ich schenck' Euch überdas auch diese Nuß
Mußkaten/
So schön Vergöldet ist. Gott lasses
wohlgerathen!
Er steh' Euch ferner bey mit Seegen/
Rath und That/
Glückseelig/der in Ihm anfang und
ende hat!
Mußkaten schmäcken wohl/ sie geben
Stärck' und Kräffte/
Und beydes dienet euch.

CAP. II.

DE USU N. M. IN ROSA, TACITURNITATIS SYMBOLO.

§. I.

HAud contemnendum *Rosæ* mysterium, quod in *taciturnitatis* secreta nos abducit. Certè apud Germanos, præsertim in Franconia, *rosam* in tricliniis super mensæ verticem affixam videre est, quæ, Gentis more, *silentium* convivis indicit.

Inde *rosam* mensis hospes suspendit Amicis,
Conviva ut sub ea dicta tacenda sciat.

Imò passim insusurrant sibi amiculi, cum secretum auribus committunt: *hæc sub rosa.*

 Sed

Sed antiquior hic mos eſt, quàm Franconicum nomen. Notârunt enim jam olim Eruditi, amorem poëticum *Harpocrati*, ſilentii Deo, *roſam* conſecrâſſe, quâ loquacibus exhíberetur *ſilentij* ſymbolum. i)

§. 2. Hujusmodi N. M., roſaceo ſerto in & obvolutam, ſuper menſam ſuſpenſam vidi olim in muséo Paſtoris *Ulfeldenſis* propè *Regium montem* in Franconia, in quam hi verſus parieti inſcripti erant:

Qvisquis in hanc cameram venies, mox ritè ſaluta,
Adſpice ſuſpenſam mente oculoque roſam.
Si que Tibi commiſſa fideliter usque ſilebis,
Sic grati mihi tunc inſtar odoris *eris.*

§. 3. *Roſa* ſuper menſa ſuſpenſa, ait *Mich.* Himmel/ Gymnaſii Hersfeldenſis quondam Rector, k] garrulos monet ſilentium fidemqve ſervare. Communis, at utilis conſvetudo multarum Germaniæ Provinciarum hæc eſt, ideo meritò ad ſeram poſteritatem propaganda. Nulli tacuiſſe nocet, nocet eſſe loquacem. Igitur audi multa, loquere pauca, ajebat ſapiens *Bias*. Qvam aureolam ſententiam cuiqve veſtrûm ſeriò inculco. Qvod verò *Nucem moſchatam*, caryophilla &c. aliquando adjecta videatis, deſignat fragrantiam bonæ & laudabilis famæ. Ecce, quam bonus & ſvavis lucri odor è re tantilla, ſilentio ſcilicet.

§. 4.

i) Vid. Hagelganſii roſa loquens p. m. 39. ſeq. k) in oratiuncula.

§. 4. Guck oben nach der Deck/und schau
die Rosen an/
So kanstu alsofort dich hierbey schon
entsinnen/
Wie deine Zunge sol Verschwiegenheit
beginnen/
Und was man alhie sagt nicht plaudern
jederman.
Nur ein verschlossnes Maul mag hier
zum Tische gehen/
Die Plappertaschen heiß ich draus
beyn Kuhstall stehen.

nscripserat parieti suo Hafniæ Danorum *Henricus* Heß/ civis, dum viveret, amantissimus.

CAP. III.

DE USU N. M. IN SERTIS CORONISVE FUNEBRIBUS.

§. 1.

Coronæ, seu serta, quæ feretris defunctarum Virginum nostrates imponunt, & postea in memoriam honoremque earum suspendunt, alia inter nonnunquam N. M. habent innexam deauratam, Ideò M. *Andreas Lindenberger* in Virginem virtute conspicuam ita:

Die reine Jungferschafft/das unbefleckte
Leben/
Wie dessen dieser Krantz uns Zeugniß
auch wird geben.

Ihr gantzer Wandel war in Rosen eingehüllt/
Mit lauter Zimmet und Mußkaten angefüllt.
Die Frömmigkeit/ Gedult/ Verschwiegenheit und Treue/
Die sproßten bey Ihr auf fast alle morgen neue/
Die Tugend roch von ihr als Rosen und Mußkat/
Wohl dem/ der solchen Ruhm in seiner Aschen hat.

§. 2. Et *Sigismundus Antonius* Knipper in seiner Leich-Abdanckung Nobilissimæ virgunculæ *A. de S.* alia inter sic fatur:
Daß ich aber/ alle Umschweiffe zuvermeiden/ nur kurtz von der Sache rede/ so wil ich bloß dero prächtigen Ehren-Krantz/ ansehen/ so mich alles lehren kan. War sie nicht ein schöner Sprossen der ungefärbten Frömmigkeit / ein Contrafey der Keuschheit/ ein Muster der Demuth/ ein Bildniß der Verschwiegenheit / ein Abriß der edlen Gedult/ und auch ein Sinn-Bild des nichtig- und flüchtigen Lebens/ numehr aber Erbin der seeligsten Ewigkeit / so der von Rosen geflochtene / und mit schönen andern Blumwerck und Gewürtz gezierte / Krantz deutlich anzeiget. Was vor sinn-reiche Gedancken macht uns nur die unvergleichliche mit eingebundne Mußkat-Nuß?

§. 3.

§. 3. *Jeremias* Lauber / Philos. M., Amicus meus olim in Svecia, de excessu Neptis suæ in Ducatu Ferdensi, ita ad mœstissimum parentem: Et quia nunc ad nuptias Agni, ab origine mundi occisi, solenniter deducta est *Catharinula* tua, meritò venusto *serto* cincta procedit, mera aromata spirans. Inter quæ *nux moschata* elegantissimum *Virginitatis* hieroglyphicum mihi est. Gaude potius de tanta gloria, & de tanta gratia, quam Dominus Tibi & Tuæ fecit. Damnandi lugendi sunt, non verò hi, qui, salvificâ fide præmuniti, placidè in Domino moriuntur, seu potius ad sedem meliorem abeunt. Sequemur nos serius, ocius, perinde est, utinam feliciter!

CAP. IV.

DE USU N. M. IN POTU QVOTIDIANO, ET CONDITURA CADAVERUM.

§. I.

PLebeji nostri pani tosto affricant *nucem moschatam*, sicque urceo, seu cantharo injiciunt, non tàm melioris saporis, quam sanitatis custodiendæ gratia. Putant enim, ventriculum inde maximè confortari, quod suo modo in certis individuis concedo. Qvoties verò *Anshelmus Swaneberg* hujusmodi haustum sumebat, semper *stranguriam* sentiebat valde molestam,

§. 2.

§. 2. De conditura, seu balsamatione cadaverum, quæ sine *nuce moschata* non fit, latius agunt *Rolfincius*, l) *Polisius*, m) *Sebiziu* n) *Birling.*, o) *Ranchin.*,p) *Scharf*,q) & plures alii, adeò, ut nec sani nec infirmi, nec vivi mortuivé *Nuce* nostrâ saluberrimâ commodè carere queant.

§. 3. Hæc de N. M. sufficiant, quam fidi & invidis publicè exponimus. Deo interim pro concessis viribus modulabimur.

INDEX

l) de purgant,vegetabilib.S.I art. 2. c. 44. m) de myrrha p.331.seqq. n] disp.de cadaver. human.conditura, o) C.I.obs.cur. num, I. p] tr. de morb.puer.S. 2.c.6.p.348. q) de junipero c.31. p. m. 373.

GLORIA IN EXCELSIS!



INDEX
LIBRI GENERALIS,
SECTIO PRIMA
Qvæ
PHILOLOGICO-HISTORICO-PHYSICA,

SECTIO II.
Qvæ
PRACTICA,
PARS I.

MEM-

MEMBRUM I.

De affectibus Cerebri & Capitis.

MEMBRUM II.

De affectibus Oculorum.

MEMBRUM III.

De

MEM-

MEMBRUM V.

De affectibus Mammarum.

SECTIONIS SECUNDÆ.

PARS III.

De Uſu *N. M.* in affectibus *infimi* Ventris, Cujus

MEMBRUM I.

De affectibus Ventriculi.

MEMBRUM II.

De affectibus Inteſtinorum,

MEMBRUM III.

De affectibus Hepatis.

MEMBRUM IV.

MEMBRUM V.

MEMBRUM. VI.

MEMBRUM VII.

MEMBRUM VIII.

De affectibus ante, in, & post Partum,

SECTIONIS III.

PARS I.


De Usu *N. M.* in Febribus.

PARS II.

De Usu N. M. in affectibus aliquot externis

SECTIO IV.

De Usu N. M. domestico.



VITA, STUDIA ET GLORIA PAULINIANA,

Fidâ crenâ descripta
ab

ESAIA DAHLBORN,
Ph. & M. D.

Anno MDCCIII.

Candida Fama Perennat!



Johannes Fabricius, Abbas Regio-Lutterenſis, & S. Theol. Prof. in Illuſtri Univerſitate Helmſtadienſi, vitam & ſtudia *D. Joann. Theodor. Heinſons*, a) Eccleſiarum Friſiæ Orientalis Superint. General., Conſil. Conſiſt. & Concionatoris Aulici, prolixius deſcripturus, ſperabat, non tantum civibus Academicis, ſed & extraneis, qui rei literariæ notitiâ delectantur, gratam fore & jucundam. *Sic enim*, ait, *multorum bene meritorum Virorum memoria ſervatur, adq; poſteros transmittitur, quæ jam non ſine ingenti jactura hiſtoriæ literariæ prorſus perijt atq; evanuit.* Certum enim eſt, deſcriptionem vitarum Eruditorum multum facere ad acquirendam eruditionem & prudentiam. Qvod optimó *Fabricio* licuit, aliisqve paſſim in Academiis, Candidatorum ſuorum vitas ſpecialius deſcribentibus, fas eſt, mihi ſanè haud erit religio. Memini, Illuſtrem *Patinum*, Magnum *Paullini* noſtri Amicum, Patavinæ Academiæ decus & gloriam, exemplo *Renati Carteſii*, teſte *Claubergio*, vitæ ſuæ notitiam, in edito à ſe *Lyceo Patavino* anno LXXXII. ſeculi ſuperioris, fuſius expoſuiſſe. Qvidnî ergò mihi, ſi libeat, liceat Veterani & ſinceri Amici *vitam, ſtudia & gloriam* candidè & modeſtè dixiſſe? Exhibuêre, vitali adhuc veſcentes aurâ, R. P. *Athana-*

na-

---

a] in programmat. invitator. ad audiend. prælection. Heinſonian. 27. Nov. CIↃIↃCIIC.

nasius Kircherus, è S. J., Professor Romanus, orbis & Urbis Delitium, D. *J. Andr. Schmiedt*, Abbas Mariæ Vallensis & Prof. Helmstadiensis, D. *Casp. Sagittarius*, Historicus Ducalis Saxonicus, & Hist. PP. in Inclyta Salana, D. *Ahasverus Fritschius*, Com. Pal. Cæs., Cancellar. & Intimus Consiliarius Schvvartzburgico-Rudolstadiensis, D. *Petrus Müller*, ex Professore Jenensi Cancellarius Geranus, D. *Simon Paulli*, trium Daniæ Norwagiæqve Regum Archiater & Prælatus Aarhusiensis, D. *Thomas Bartholinus*, Hæreditarius in Hagestedt, Archiat. Reg. Dan. & P.P. Hafniensis, D. *Georg. de Franckenau*, Archiat. & Consil. Justitiæ Augustissimi Daniæ Norvvagiæqve Monarchæ, *Georg. Casp. Kirchmeyer*, Eloq. Prof. Witteb., totiusqve Academiæ Senior, aliiqve docti Viri, indices scriptorum suorum, tàm editorum, quàm edendorum, quidnì in recensendis *Paullinianis* eandem mihi indulseris licentiam, *cum vitam studia & gloriam* Industrii Viri, Amici mei à XL. ferè annis, in Germania, Septentrione, utroqve Belgio & Britannia constantissimi, sœpius expetierint Eruditiores, Legesqve moresqve Collegii sui Curiosi ita postulent.

Fascias & crepundia primum vagienti dedit *Ferraria*, inclyta & antiqua urbs in finibus Thuringiæ, Hassiam versus, Comitum illius Provincialium prima & nobilis sedes, *B. Elisabethæ* hospitium, schola & Pathmus *Luteri*, multorumqve præstantium Virorum fœcunda genitrix. Dies natalem fecit proximus abs eo, qui in fastis Apostolo *Matthiæ* sacer est, anni supra quadragesimum tertii seculi superioris. Inde Avi materni chronodistichon:

SoL VbI perLVſtrat pIſCes, FranCIſCVs In aVras
naſCItVr, & MatrIs sIC bene VergIt onVs.

Parens fuit *Joannes Georgius*, Mercator, cujus Avus *Andreas*, Vice-Colonellus, quem fata è *Campania* ſua in caſtra Cattorum traxerant quiqve reliquit *Georgium*, è cujus lumbis prodiit ille *Fachæ* in Hasſia, genuina Nobilisſimæ ſtirpis *Paullinianæ* propago, quæ, præter Sanctos Eccleſiæ *Nolanæ* & *Trevirenſis* Antiſtites, multos alios togâ ſagoque, infulâ & enſe virtute & doctrinâ, domi forisqve Claros & Excellentes Viros nobis dedit. Horum adoera adeò commovit poſteros, ut illius memores, non ſe *Paullinos*, ſed *Paullini* nominis, pietatis, ſplendoris, virtutis, doctrinæqve cultores, ſectatores & hæredes ex aſſe dixerint. Mater erat *Clara*, ex vetuſta & amplisſima Familia *Himmeliana*, cujus Avus optimus *Joannes*, Vir teres atqve rotundus, Eccleſiaſtes ſexagenarius, & Proto-Diaconus Iſenacenſis, qui, cum ad ſupremnm mortalitatis terminum, ab ipſo Deo poſitum, b) veniſſet, XCVI. nepotes abnepotesqve cum jubilo vidit. Pater M. *Franciscus*, Philoſophus & Theologus cordatisſimus, ac Thuringiæ ſuæ ruspator diligentisſimus, cujus cineres in *burgo crucis* ad Vierram cubant. Qvàm notanter autem *Chriſtina*, prudentisſima Saxoniæ Princeps, Avusque ejus maternus, qui in ſacro fonte ablutum puſiunculum ſuis tenebant manibus, *Chriſtianum Franciscum* appellari jubebant. *Chriſtianum*, cujus theoria *fidei puri-*

tas,

b] Pſ. XC. II.

tas, c) & praxis *vitæ integritas*, d) ut haberet πίςιν καὶ ἀγαθὴν συνείδησιν: e) *Franciscum*, ut meminerit semper libertatis, per Christum sibi partæ. Latum ad nos è Superiori Germania, vel Saxonia, ignotum antea *Pietistarum* nomen, quod multos conflavit motus. Sed annon omnis, qui verè Christianus esse cupit, ἔργω καὶ ἀλήθεια, f) *Eusebianus*, seu (si ita loqvi liceat,) *Pietista* sit? Aut ergò, sano sensu, *Pietista*, vel *Satanista*. Cumque omnis nostræ salutis fons & radix bona institutio sit, utique tenella nostri ætatula Bonis & Doctis Magistris publicè privatim committebatur, quos inter commendavit singulariter *Georg. Schmidium*, Scholæ patriæ ConRect., & *Henricum Börstelmannum*, fidelissimum Rectorem. Utrôqve Parente citius defuncto, *Christina*, vidua *Joannis Ernesti*, Ducis Sexoniæ, parvulum suscepit, eumqve in Aula sua, pietatis, frugalitatis & modestiæ Magistra, liberaliter aluit. Utqve studia Ejus ocius maturescerent, privatæ curæ & informationi *Melch. Buchneri*, Viri eleganter docti, Secretarii sui, pòst *Ernesti*, Hassiæ Principis, Consiliarii sanctioris, commendavit, cujus industriam & candorem semper prædicavit. Stimulum subinde alacriter currenti subdidêre Avus, dum viveret, maternus, & Matruus *D. Nic. Mich.* Himmel/ Consiliarius Hatzfeldicus, Curiæ Provincialis, quæ Jenæ est, Advocat ordinarius, ceterique eruditi propinqui. Sed *Christina*, susceptrix & Benefactrix, ibat, quò nos migrabimus

c) Joh. XVII. 3. Act. XVI. 31. d] Matth. VII. 21. Joh. XIII. 34. XV. 17. e] I. Tim. I. 19. f) I. Joh. III. 18.

bimus omnes. Ille igitur, collectis reculis ſuis, linquens patriam, in cineres nuper collapſam, vadebat ad Regium Francorum montem, ubi à *J. Georg. Schmidio*, M. L. & Phyſico Ducali ibidem ordinario, benignè exceptus, hospitio & inſtructione ejus uſus eſt inſigni cum emolumento. Cælebs enim adhuc *Schmidius* hunc ſuum tenerrimè amabat, & privatos intra parietes, ſi quid praxi ſuffurari quibat temporis, fideliter erudiebat. Deductus abs Eodem in Imperialem *Mülhuſam*, ubi ſub fida manuductione pie Eruditi *Joannis Girberti*, Gymnaſiarchæ celeberrimi, cœptam ſtudiorum telam feliciter pertexuit, ad ſublimiora fauſtè graſſans. Inde fata traxêre eum *Gotham*, quod Auguſtum florentisſimumqve Athenæum optimos quosque ſemper aluit Viros. Præfectus tunc Eidem ὁ χαριέστατος, adqve ſalutem ſtudioſæ pubis natus, M. *Andr. Reyher*, qui paterno prorſus affectû complexus Noſtrum, dulcia olia ei fecit. Næ, inter primaria tàm caducæ, quàm æternæ ſalutis ſuæ incrementa reputat, quòd ultra quadriennium, Regnante *Pio Erneſto*, Saxonum Duce, Boni & Fortunati Principis venuſtisſima Idéa, tanto cum fœnore ad pedes Optimorum Magiſtrorum *Gotteri*, *Hesſi*, *Roſenbergij*, *Buſlöbiique* ſederit φιλομαθής. Dimiſſus hinc cum ſpecioſo ſingularis induſtriæ & modeſtiæ teſtimonio, Athenasqve *Altdorſinas* feſtinaturus, in ipſo itinere humanitate, ſolidiori doctrinâ, docendiqve ſolertiâ, *Frommannorum* cunprimis, captus & raptus, in Illuſtri & Inclyto Gymnaſio *Caſimiriano*, , quod Coburgi tunc maximè florebat, ſubſtitit, Philoſophiæ & Medicinæ ſan-

ctius

ſtius ſe mancipans. Laudabit amorem candoremqve Optimorum Doctorum ſuorum *Seyfarti*, *Seldij* & *Frommanni* Senioris, Theologorum, *Käyſeri* JCti, *Frommanni* Junioris, Medici, *Spindleri*, *Wölfingij*, *Clauderi* & *Kohlhanſij* Philoſophorum Philologorumqve, quorum memoria in benedictione ſit. Ex Francia in Pruſſiam meaturus, Illuſtrem Comitatum *Hennebergicum*, *Hasſiam*, *Weſtfaliam*, Ducatum *Brunſvicenſem* & *Lüneburgenſem*, agrum *Oldenburgicum*, *Friſiam* quoque *Orientalem*, *Holſatiam*, *Stormariam*, *Wagriamque*, cum vicinioribus locis ſtudiosè perluſtravit, inque iis Doctioribus celebrioribusqve Viris innotuit, *Winckelmanno*, *Schuppio*, *Reinkingio*, *Bunoni*, *Riſtio*, *Adamo Oleario*, aliisque *Hildeſiæ*, *Bremæ*, *Oldenburgi*, *Lyneburgi*, *Hamburgi*, *Tychopoli*, *Lubecæ* & *Slesvici*. Vectus tandem ligneo equo ad *Regium* Pruſſorum *montem*, ſinceritatis & induſtriæ, *laboris* & *candoris* memor, tempora tempore catè temperans, uti in alto ventus erat, exin vela erexit ſua, fortunâ divinâ improbo ſemper adſpirante labori. *Gedanum* & *Thorunium* aliquando excurrit, Studia moresque Eruditorum Bonorumque ibi contemplans. Famâ verò inflammatus D. *Thomæ Bartholini*, Toparchæ in Hageſtedt, Archiatri Regii & Profeſſoris in antiqua Univerſitate Hafnienſi, ſuæque Facult. Decani perpetui, atque in Summo Tribunali Aſſeſſoris, Viri ſuper æthera noti, depoſito (quàm fœda vox erat) Pennalismo in Pruſſia, *Regium Mercatorum Portum* ſortis ſtudiorumque ſuorum portum ſelegerat, divina autem Providentia, quæ cuncta gubernat ad Reg. & Equeſtrem Academiam *Soranam*, in amœna

Da-

Danorum *Insula Sælandiæ* tunc florentem, singulari fato deduxit. Reperiebat in pusillo hoc oppido tres Thuringos, diversarum Facaltatum Doctores, *Georg. Witzlebium*, S. Th. D. Erfurtensem, D. *Georg. Krugium*, Med. Profess., Isenacensem, & M. *Hieronym. Weizium*, Gothanum, antea Pincipis (postea Augustissimi Monarchæ] *Christiani* V. Præceptorem, tunc Hist. & Eloq. Interpretem, qui uno ore & conjunctis studiis monebant huncce civem suum, ut penes illos moraretur, se cum Deo διατροφὰς καὶ σκεπάσματα g) daturos peregrino, suæ tamen Gentis homini. Vox amici, vox Dei. Relatus igitur in numerum discentium, sedulò audiit Viros solidè doctos, laudatum *Witzlebium*, *D. Henricum Ernstium*, Consil. postea Regium, *Krugium*, & *Justum Cortnummium*, Medicos accuratissimos, & κατὰ φύσιν, nec non *Laurenbergium*, Insignem Mathematicum, *Weizium*, *Meyerum*, & alios, vivens in ædibus *Cortnummianis* & *Wetzianis* ex voto suo, Medicinam cum Philosophia, inprimis naturali, & humanioribus literis, eô, quô cœperat, studio prudenter constanterqve copulans. Maluit enim esse, quàm videri, aut stella, seu favillâ. Relictâ *Sorâ*, quæ semper ei fuerat *Rosa*, benignissimam Nutricem se ei præbuit Regia Sedes *Hafnia*, admirabili civium suorum virtute ac fide æternum commendanda. Hîc vidit, audivit, amavit coluitque Incomparabiles planè Viros D. *Joannem Svaningium*, Archi Episcopum utriusque Regni, Danici & Norvvagici, iisque subjectorum Ducatuum, Co-

g] I, Tim. *VI*. 8.

Comitatuum &c. Consiliar. Reg., Collegii Statûs Asessor., & Consistorii Præsidem, ac Profess. primarium, quem succinctis commentariis Vatem Hoseam illustrantem audivit, D. *Christian. Noldium*, D. *Joann. Wandalinum*, quem de jure Regio & Summa potestate civili commentantem, nec non divini Prophetæ Haggæi librum, & epistolam canonicam Apostoli Judæ alternis lectionibus explicantem, auscultavit, & D. *Matthiam Fossium*, confessionem Augustanam exponentem, D. *Scavenium* & D. *Resenium*, JCtos, & Philos. Pract. Professores, D. *Bartholinum* suum, quem dilexit unicè, D. *Christian. Ostenfeld*, D. *Erasm. Bartholium*, D. *Ol. Borrichium*, & *D. Wilhelm. Wormium*, Olai F., Medicos excellentissimos, *Bartholum Bartholinum*, *Zögam*, *Vindingium*, *Hilarium*, *Stenbuchium* & *Birckerodium*, Philosophos & Philologos acutissimos, quos omnes & singulos eâ, quâ potuit, sedulitate, audivit, ad nutus omnium intentus. Laudabilis mos est in Regio hoc Archi-Gymnasio, ut novitius quisque peculiarem sibi seligat studiorum Directorem, cui dubia, mentem animumque suum fideliter exponat, adiens eum qvâvis hebdomade, monita ejus attendens, eumque, ceu fidum hodogetam, tutò sequens. Fasces Academicos tunc tenebat D. *Erasmius Bartholinus*, Med. & Mathem. Prof. solertissimus, in cujus muséo juramentum præstitit Noster. Hic onus curasqve istas lubens in se suscipiens, omni, quô par erat, consiliô ac industriâ studia *Paulliniana* juvit & promovit. Inprimis faventissimos sibi sensit D. *Simon. Paulli*, Prof. olim Rostochiensem, postea in Inclyta Hafniensi primum Anat., Chirurg. & Botanic. *Prof.*, denique trium Regum Archiatrum &

Præ-

*P*rælatum Aarhusiensem, *Christian, Ostenfeld*, Philos, Med. & U. J. D., cui geminam statuam Natio *G*erman. ICtorum Patav., tanquam Ejus, & Universitatis *P*atavinæ ad Sereniss. Venet. *P*rincip. Orat., ob navatam strenuè difficillimis temporibus operam, *P*aduæ posuit Anno MDCLIV., alteram ex marmore, alteram ex ære, & *Thom. Bartholinum*, Virum longè latèqve Celeberrimum, quem CL. *Hannæus* h) optimo jure vocat *Anatomiæ Statorem, Naturæ procum, Hygieiæ vindicem, Morbonæ terrorem, Europæ voluptatem, virtutum splendorem, Bonorum amorem, temporis stuporem, Patriæ lumen, Familiæ columen, Amicorum desiderium*, nec non *Olaum Borrichium*, Archiatrum & *P*rof. Regium, in Summo Tribunali, Collegio Justitiæ & Consistoriali Assessorem, stupendi Collegii Medicéi, quô Hafnia superbit, Conditorem Munificentissimum, quos omnes & singulos, ceu speciales studiorum suorum *P*atronos, ad urnam usqve intimè veneratus est. Vivebat primò in ædibus Generosissimi Domini *Erici Kragij*, Consil. & Secretar. primarii, mox Amplissimi Domini *Matthiæ* Hassen/ S. R. M. in Collegio bellico Camerarii expeditissimi, cujus liberalitatem, candorem & humanitatem gratus semper commendavit publicè. *Franciscus Josephus Burrhi*, Mediolanensis, tunc sub umbra Augustissimi *Friderici III.*, Dan. & Norvvag. Regis, vivebat Hafniæ, à Romana Ecclesia ob heterodoxiam proscriptus, cujus interpretem aliqualem egit Noster. Cum enim Dani & Germani opem Viri & consilia Medica certatim

h) in oratione funebri anno 1680 in Gymnas. Otthiniensi dicta,

tatim expeterent, ipseqve harum lingvarum haud ignarus esset, Romano ore Ei, quæ voluêre, dixit, ideoqve se gratum reddidit Inclyto Italo. Et sanè hâc occassione multa à blateronibus & invidis ficta falsoqve divulgata, tàm in vita, quàm scientia Ejus multivaria & obstrusiori, luculenter & sine dolo vidit ac audivit, non sine sui commodo. Profectò annos probationis, seu sinceritatis, hac in urbe habuit. Suspectum fecerat conversatio Celeberrimi, at heterodoxi, *Lubenizij*, Mathematici excellentissimi. Vocatus ergò à Doctoribus & Professoribus Theologiæ, ut rationem fidei suæ redderet, comparuit animosè, cunctaqve dubia solvit prudentissimè, ut prælaudatus Archi Episcopus *Swaningius*, ceteriqve Assessores, maximè æstimârint juvenem de rebus theologicis accuratè & nervosè discurrentem. Cumqve nihil omninò reperirent Optimi Viri reprehensione dignum, candorem ejus remuneravit Archi-Præsul *Magnete Kircheriano*, & ardentius postea amavit. Qvô fatô autem Studio Theologico se addictum fecerit, in Celeberrimis Gymnasiis & Academiis Excellentium Virorum auditor sedulus, ipse tibi dixit, i) rumpantur ut ilia Momo! Sic per multas vexationes semper ad altiora & gloriosiora ambulavit Noster, quid excandescis calumnia? Relicto tandem amœnissimo *Mercatorum portu*, in quo ventis nimium secundis hactenus navigàrunt, geminaqve doctarum frontium prœmia, virtute & doctrinâ, *labore & candore*, gloriosè promeruerat, nobile scilicet & augustum *Cæsarei Poëtæ* nomen, amplissimumqve *Art. & Philosoph. Do-*

i) Anmutige lange Weile th. 71. p. 261. seqq.

ctoris titulum, denuò fragilem truci cõmmiſit pelagò ratem, viſurus, antequam longius progrederetur, quid Eruditi & Curioſi ſui agerent, quos ſacro amicitiæ nexu ſibi junxerat in *Wagria*, *Wandalia*, *Holſatia*, *Dithmarſia* & *Stormaria*, nominatim *Lubecæ*, *Visma-riæ*, *Roſtochii*, *Slesvici*, *Kiliæ* & *Hamburgi*. In hoc nobilisſimo Apollinis & Mercurii theatro moras aliquandiu trahens, rariora quæqve, potisſimum ſelectiorem Bibliothecam in æde *D. Joannis*, magno cum commodo perluſtravit, beatus fortunæ ſuæ faber. Mirabile prorſus, quem adoleſcentulum & orphanum fata triſtiora omnibus bonis, omni mortalium conſilio & auxilio privatum, Germaniâ exire juſſerant; hunc Juvenem, reſipiſcens poſtea injuſta quondam noverca, ob ſolidiorem doctrinam virtutemqve, *la-labore & candore* fermentatam, variis ſpeciminibus induſtriæ ſuæ viſis probatisqve, ultrò coluit, amavit, honoravit. *Richterus*, magnus & inſignis Aſtrææ Sacerdos in Illuſtri Salana, cernens ex chartis *Paul-linianis*, Nobilibus, Principibus & Regibus etiam haud ſemel inſcriptis, divinius ingenium, erectam vividamqve mentem, animum ſine labe bonum, osqve grandia ſonaturum, ceu Vicarius & Plenipotentiarius Cæſareus, æquisſimus harum rerum Judex, dignisſimum judicavit, cui eôdem jure & effectu, ac ipſe LEOPOLDUS, (cujus *conſilio & induſtriâ* res ſervatur publica,) laurum Apollinarem, τῆς ἀρετῆς ἆθλον, â Celeberrimis Viris, *Riſtio* & *Woldenbergero*, *Wedeliæ* ad Albim, & in alma ad *Varnum* Academia, dudum ultrò oblatam, accedentibus Excellentium Philoſophorum, Philologorum, Poëta-

rum-

rumqve suffragiis, gratis largiretur, suisqve sumtibus in Boream transmitteret. Jucunda profectò laus est, si ab his proficiscitur, qui vivunt in laude. Electoralis ad Albim *mons*, cui vel *sapientia*, seu *candor* nomen dedit, sub Decanatu *Wagneriano*, dilectum suum, majoribus subsellhis nunc dignum, ad capessenda insignia & privilegia, *Doctoribus Philosophiæ* à Summa Majestate data & concessa, solenniter invitavit, Eidemqve, ut optimè merito, & majora quæqve merenti, omnes inter Candidatos primarium locum, quem κατ' ἐξοχὴν *eruditionis* vocant, summa cum gloria tribuit. Videns eminus *Neomarcus*, ingeniosus Vates, quàm fausto gradu adorea *Paullinia-na* ad altiora tantùm non quotidie scanderet, stimulum additurus animosius currenti, eâ, quâ pollebat, autoritate Imperiali, elegantissima insignia Ei, suæqve, si quæ speranda foret, posteritati, vice & nomine Cæsareo, sine pretio dedit, ipsum scilicet *Virtutis icona, in scuto quadripartito fulgentem, alterâ manu fasciculum florum, alterâ gladium vaginâ vacuum explanatâ fronte tenentem; clypeum quinqve exornant pennæ struthioneæ nivei rubriqve coloris*, ut semper meminerit Dilecti Electiqve sui, qui *candidus & rubicundus*. k) Ita æquos & iniquos, fidos & invidos rerum suarum censores ab ipsa adolescentia habuit, bonis tamen Doctisqve placuisse sat fuit. Velis igitur vento datis, Deo duce, comite *labore & candore*, ad Belgas transfretavit; Primum hospitium scholamqve aperuit *West-Frisia*, inqve ea gratissima *Franequera*, elegans istud Musarum Charitumqve palatium, quorum ne-

k) Cant. V, 10.

ctar & ambrosia fercula ejus quotidiana. Cum verò monente *Pergameno*, l) Medicum oporteat varias regiones orbis perlustrâsse, diversasqve civitatum & locorum temperaturas, situs & constitutiones accuratè novisse, ut de illis possit judicium ferre, manifestum utiqve est, qui talis sit evasurus, eum debere non modò contemtorem pecuniæ, sed supra modum esse industrium atqve impigrum. At fieri non potest, ut is sit industrius & impiger, qui inebriatur, qui sese ingurgitat, quique (ut summatim dicam) pudendis tantum & ventri obsecundat. *Paullini* sanè nostrum ab ipsa pueritia tæduit puduitqve μαμμόθρεπτον esse, potius juvabat regiones alio sub Sole calentes adire, quò variarum Gentium mores & instituta æqvâ lance expenderet, cum Viris eruditis & prudentibus commercium & familiaritatem arctius contraheret, & quorum gloriam mirabatur, eorum res gestas imitaretur. Laurum, non aurum, quæsivit. Interim nihil habenti nihil unquàm defuit. *Labore* & *candore* gloriam honoremqve adeptus est. Hæc Boni Viri studia adolescentiam ejus aluêre, senectutem oblectârunt, res secundas ornârunt, adversis perfugium & solatium præbuerunt. Qvid ringeris livor? Venerat *Franeqveram* veluti ad nundinas, omnes Doctorum tabernas perlustrârat, curiosus omnium spectator & emtor, terga nunc obvertit urbi, reliqvas in Belgio fœderato cum fœnore etiam visurus. Placuit *Leyda*, inqve hac præsertim ὁ θαυμάσιος ἀνὴρ *Sylvius*, seu *Franciscus de le Boë*, famam qui terminat astris. Hîc præcepti Ecle-

l) in libell. quòd opt. Medic. sit Philosophus.

clesiastici memor, m] tempus fideliter conservabat, iceu πολυμαθέςατον ἀνάλωμα, & Isocratici istius: n) ne te pigeat longam viam ad eos ire, qui se aliquid utile docere profitentur. Turpe enim est, cum mercatores rei familiaris augendæ gratiâ tota ac tanta maria transeant, adolescentes ingenii excolendi causâ detrectare saltem terrâ iter facere. Hinc *Lugduni* sub manuductione *Sylviana*, *Lindeniana*, aliorumqve, re suâ in auditoriis & nosocomiis feliciter actâ, contulit se *Groningam* in *Ost Frisiam*, famâ & doctrinâ Celebratissimi Viri *Antonij Deusingij*, aliorumqve λόγῳ καὶ πείρᾳ Excellentium, allectus. Si cuncta tulit fecitqve, sudavit & alsit, abstinuit Venere & Baccho, terrâ jactatus & undâ, ut optatam studiis suis tandem contingeret metam. Visis demum primariis urbibus & memorabilibus in utroqve Belgio, notatisqve notandis, prout sors & occasio ferebant, *Leydam* recurrebat, ad antiqvum hospitium suum, & Amsteledamum, eruditis colloqviis cum *Blasio*, *Deckero* & *Barbette*, Medicis exercitatis, usurus, moxqve in Britanniam festinaturus. Solutô *Londini* naulô, unica adhuc marca Lubecensis in Zona hærebat, Deo tamen commendabat vias suas, ipseque omnia bene fecit. Qvi enim ex nihilo eum fecerat, sanè non propter nihilum fecerat. Reperiebat ergo tales Patronos & Amicos in terra aliena, quos nunquàm in patria, seu consangvineos inter suos sperâsset, à Doctoribus & Fautoribus Belgis de meliori commendatus. Cum verò *Oxoniam* studiis & intentioni suæ commodiorem faventioremque augura-

 retur,

m] IV. 23. n) ad Demonic.

retur, in nomine Domini eò profectus, nec unqvàm pœnituit eum susceptí itineris. Ultra annum siqvidem, benevolentiâ fidâqve curâ Evergetarum, quos inter *Thomas VVillis*, toto orbe Celeberrimus, honestè & sine querela, magno cum Artis suæ incremento, ibi vixit, nocturnâ diurnâque manu Eruditorum monumenta versans, & fertilissima Anglorum ingenia seriò admirans. Fuerat hactenus duorum Equitum Germanorum Præceptor privatus, cum quibus Cantabrigiam invisit, aliaqve magnæ Britanniæ loca, *Londinum* tandem cum iisdem rediens, ubi Magnum Angliæ jubar & Summus Philosophiæ naturalis restaurator, Nobiliss. *Robert. Boyle*, è Societ. Reg. Londinensi, humano eum alloquio dignabatur, sciscitans inter alia, quo instatu forent Illustres Viri, *Bartholinus*, *Borrichius*, *Deusingius*, & alii: felicem ter & amplius eum judicans, quòd ex tantorum Virorum schola prodierit. Fata tandem divina retraxêre *Lugdunum* in Batavis, quam urbem, benignissimam suam nutricem, benefactricem, & fidelissimam magistram antea expertus fuerat. Et sanè nitida Batavia pro tot tantisqve laboribus grata & accepta dignissimo contulit prœmia, ne nescirent alii, quantum scire suum esset. Mirabatur *Coronata Societas Florigera* ad Pegnesum, cujus Duxque caputque tunc erat Vir immortalis gloriæ *Sigismundus à Bircken*, Floridan dictus, JC. Com. Pal. & Historiograph. Cæsar., limatissimam Poesin *Paullinianam*, sublimiori doctrinâ fermentatam, & à Principibus, imò (quorsum diffitear?) Regibus, præsertim Augustissimo *Friederico* III., Daniæ Norvvagiæqve Monarcha Doctissimo, clemenissimè æsti-

æstimatam. Ultrò igitur in Sodalitium suum traxit, oblato *heliotropio*, cum amœnissimo nomine *Uranij*, & lemmate: Gebildet nach dem/ das oben ist. Huic suo *Uranio* Illustris Dominus *à Bircken Pegnesin* suam amicè inscripsit. o) Carmina *Paulliniana* tàm sacra quàm profana, æque latina atqve tevtonica, inprimis quæ Nordische Palm-Sprossen vocârat, publicè commendârunt Ingeniosissimi & nitidissimi Vates, quos inter *Joann. Ristius*, *Daniel Bärholtz*, *Adam Friederic. VVerner*, & *Martin. Kempius*, Historiographus Electoralis Brandenburgicus. p) Emblema ejus altissimus mons *Pelion* cum lemmate: Ich suche Feld zur Wolcken-Zelt. q)

Des Pelions Wolcken an gipffelnde Höhen/
Die sieht man von fernen zun Sternen sich drehen/
Uranius aber steigt über den Sitz/
Der Freyer vom Feuer/vom Donner und Blitz/
Dort funckt Er und flinckert vom Himmel entbronnen
Beyn Göttlich hell-flammenden Strahlen der Sonnen.
Er stösset dieß untre mit munteren Füssen/
Den Himmel mit höhern Gedancken zugrüssen/
Der hat sich fürs Sterben unsterblich gemacht/
Der dieser Welt Unlust und Wollust verlacht.
Was krönt man den Schönen/ dem dieses gelungen/
Fürs Himmlische Stammlen der sterblichen Zungen?

o) Nerinb. 1673. p) Vid. Balthis edit. Lubec. 1674. p. 123. seqq. q) l. c. p. 46. seq.

Cumq; neſcio quâ dulcedine vaſtus Septentrio traheret Noſtrum, nec immemorem ſineret eſſe ſui, curioſiùs eundem perluſtrare voluit. Veniens primùm *Chriſtianam* in Norvvagia ad *Ambroſium Rhodium*, Kembergâ-Saxonem, Med. & Mathematic. inſignem, inque Gymnaſio ibid. Prof. Regium, Virum antiquâ fide & priſcis moribus, ſecretiora Dei & Naturæ arcana in iſto tractu totus ſtupuit. *Bergæ*, quod ampliſſimum Norvvagorum emporium eſt, offendebat *Friedericum Treublerum*, Svinfurtô-Francum, Medicum ibidem ordinarium, cujus conſilio & hortatu ultimam adijt Thulen, abſtruſisſima Naturæ magnalia, & alia ſcitu notatuque digna, in remotisſima hac inſulâ ſtudioſiùs contemplaturus. Redux in Norvvagiam per Lapponiam ſe contulit *Holmiam*, Sveciæ Regiam, inde *Upſaliam*, Archi-Epiſcopalem Sedem, Celeberrimis Viris, quos inter *Schefferus*, inclytam. Amabat Hic rariorem *candorem laboremque Paullinianum*, auſus ejus laudabiles omni operâ ſtudioque juvans & promovens. Hujus quippe Viri auſpicio inſignia Antiquitatum monumenta in Gothia & alia paſſim vidit, vitam ſuam maximè oblectantia. Interim Magnus Hetruriæ Dux locum inter Profeſſores *Piſanos* ei ſpoponderat, cambiumque miſerat multorum ſcutorum Coloniam Agrippinam pro ſumtibus itineris. r) Cujus rei Holmiâ per Curoniam & Livoniam Hamburgum redeuntem certiorem eum faciebant R. P. *Joann. Stærk*, Soc. Jeſu Theologus, & *Nicol. Steno*, omni-

r) vid. Vota & cenſur. Exc. Viror. Cynograph. Paullin. præfix. num. 4. & 10. ac Philoſoph. Feyerabend th. 71.

omnium Anatomicorum quondam oculatisſimus, degens tunc in Aula Florentina, cujus laudes dicunt Eruditi in *Ephemeritib.* ſuis ann. MDCLXV. ſ] Sed certas ob cauſas, mihi bene notas, Magnoque Duci humillimè expoſitas, amplum hoc munus declinavit. Non eſt dubium, quin *Athanaſ. Kircher*, Summus orbis eruditi ſtupor, qvi ſemper amavit eum, *Patinus*, Paduæ ſuæ, imò totius Italiæ, ornamentum, *Steno*, Septentrionis ſui delitium, & alij boni Doctique Viri, Noſtrum feriò commendârint. Cum tamen hi Trium-Viri multoties eum ad ſe invitâſſent, tandem votis eorum ſatisfacturus commodâ occaſione acceſſit, cunctaque ſua peregit fideliter, viſis elegantioribus civitatibus, & Viris in omni literatura celebrioribus in itinere hoc ſuo curioſo. Redux *Hamburgum* alloquijs longè latèque Celeberrimæ *Schurmannæ*, & famoſiſſimi *la badie Altenæ* crebriùs uſus, triticum à paleis catè diſtinxit, generoſus Solis æmulus, qui radios ſuos in ſordes ſpargit, minimè tamen ab ijs polluitur. Antequam verò Hamburgo longiùs iret, commodisſima affulſit occaſio, parario Illuſtrisſimo *Terlonio*, Chriſtianiſſimi Regis in Aula Danica Ambaſſiatore, primariam Galliæ partem viſendi. Qvô itinere feliciter quoque emenſo, audiverat *Auguſtus*, Saxoniæ Dux, poſtulatus Adminiſtrator Archi-Epiſcopatûs Magdeburgici, Illuſtrisſimi *Carpophororum* Collegij Præſes Eminentisſimus, de auſibus *Paullinianis*, cedro & marmore dignis, fas itaque duxit, laudatisſimæ & Inclytisſimæ Societati eum inſcribere, & ſplendidisſimo diplomate nervosè **den Wachſamen** vocare,

s) p. 123.

care, adjectâ costo *ægyptiacâ*, cum lemmate: **rettet vom Tode.** Si ergò haud infima laus est, Principibus placuisse Viris, gloriari utique Noster potest de tanta gratia, & loco Principes inter Viros sibi dato. Etiam D.D. *Fehr*, Imperialis Liberæque Urbis Svinfurtensis Prætor & Physicus ordinarius, Augusti Colleg. *Leopoldini* Naturæ Curiosorum Præses, dictus *Argonauta*, ob plurima hactenus præstita, præstandaque merita, nomine totius Collegij, solenniter ad idem invitabat, svavissimo *Arionis* nomine Ei collato, publicè asserens: *dudum meruisse hanc spartam in omni literarum genere, rerumque variarum peritia excellens ingenium & profundam ejus eruditionem.* Mox gratiâ, auspicio & autoritate Summæ Majestatis Divi LEOPOLDI, (cujus *consilio & industriâ* cuncta eveniant feliciter!) amplissima privilegia per universum Imperium Romanum, Regna Cæsaris hæreditaria, & Archi Ducatum Austriacum liberè exercenda obtinuit, ut nunc *Maro* & *Mæcenas* audiat. Gloriosum semper fuit, à publicis his functionibus, monente Isocrate, t] *μὴ πλουσιώτερον, ἀλλ' ἐνδοξότερον* discessisse, ût illi nôrunt, eum qui nôrunt familiariùs. Producerem, si opus foret, longo agmine Doctores Philosophiæ, Poëtas coronatos, Publicos Tabelliones, legitimatos spurios, Minorennes, nobiles & ignobiles, aliosque, quos ipse in & extra Imperium à multis annis creavit & restituit, plerunque gratis & sine pretio. Quòd si autem nonnulli nummos obtruderent, ociùs in pauperes erogavit, testibus Amplissimis Civitatibus, qvæ plura hac de re different. Nil minus au-

t] ad Demonic.

autem cogitanti *Christoph*. Bernhard., Magnus Germaniæ Princeps, Episcopus Monasteriensis & Administrator Corbejensis, pedo & ense Inclytissimus, Doctorumque Virorum amantissimus, *Medici Historicique* spartam ei demandabat. Qvô defunctô, Boreas *laborem candoremque* ejus rursus poscebat. Nec lentè ipse festinans in ipsa via *Hamelæ* ad Visurgim detentus, bonis avibus venit *Wolfenbyttelum*, ibidemque rem suam egit feliciter. Commendârat laborem candoremque *Paullinianum* etiam Illustrissimæ & Florentissimæ Academiæ *Recuperatorum D. Carolus Patinus*, Eqves D. Marci & Professor Patavinus, Medicus omnium seculorum memoriâ dignissimus. Princeps itaque Academiæ istius *Alfonso degl' Oddi* solenniter & cum plausu omnium Sociorum Eum recipiebat. u) Vocatus tandem ante tria lustra, & quod ultrà labitur, à Patria, ùt Physicus ordinarius, cum lautiori salario, miram Dei providentiam admirabatur. Cùm itaque patria omnes omnium caritates in se complectatur, omnem *laborem candoremque* suum eidem hactenus mancipavit. φιλοπονίαν & fæcundum ingenium ejus, ad sublimiora natum, publica contestantur scripta *Poëtica*, *Philologica*, *Philosophica*, *Historica*, *Medica*, quorum syllabum, jussu Eruditorum Virorum, mox annectemus, ut vel livor & calumnia ex ungve noscitent leonem. Ideò amârunt eum Viri emunctioris naris, ùt literæ & elogia eidem inscripta prolixius loqvuntur. *Theologos* inter Clariores noti mihi sunt seqventes, qvorum nomina, secundùm ordinem alphabeticum, dabimus.

Arn-

u) Philos. Feyer-Abend them. 71. p. 679.

Arnkiel, Præpositus Apenrodanus in Holsatia, *à Bellinghusen* (Christoph.) Princeps & Abbas Corbejensis., *M. Büttner,* (David Sigmund.) Ecclesiastes Qverfurtensis, *Ferge* (Henric.) Superint. Saxo-Gothanus, *Feller* (Joachim.) S. Th. Lic. & *P. P.* olim Lipsiæ, *Gausin* (Ludovic. S. J. Theologus, *Gerhard.* (Molanus,) Abbas Luccumensis, *Heusius*(J. Georg.) *P.* Crucisburg. & Adjunct. ibid., *Hofman* [S.Th.D.] & *Prof.* Basileens., *Kircher*, (Athanasius) *PP.* Romanus, *Kirchner,* (Henric.) è S. J. *Krebs* (J. Frideric. *PP.* Heilbronn. *Lucæ* (Frideric.) Ecclesiastes olim Aulæ Cassellan., nunc Decan. Rotenburgi ad Fuldam, de *Maccionis* (Valerius) Episcop. Maroccanus & Vicar. Apostolic., *Meyer* (Gerhard.) Th. D. Ecclesiast. & *PP.* Bremæ, *Müller* (Joann.) S. Th. D. Senior Minist. Hamburgens., *Nold* (D. Christian.) *Prof.* Theol. Hafniæ, *Olearius* (J. Gotfr.) Superint. Arnstadiens., (M. J. Christoph. F. ejus,) Ecclesiast. ibid., *Pallavicini* (opitius) Archi-Episcopus Ephesinus, & Nuncius Apostolic., *Rechenberg* (Adam) D. S. Th., & PP. Lips. *Rist.* (Joann.) Ecclesiastes olim Wedeliæ ad Albim, Consiliar. Meckleaburg., & Com. Pal. Cæs, *Rudolfi* [Heribertus] Abbas amelunxbornensis, *Rudolf*(Andr. Abb. ibid., *Saürbrey* (D. Joann.) Direct. olim & P.P. Coburg. nunc Ecclesiastes Primarius Erfurti, *Sevenstern* (Casp.) S.J. Theol. & P.P. Hildesheim., *Schmied* (D. J. Andr.) Abbas Marienthalens. & PP. Helmstadiens., *Schupp* [D. J. Balthas.) Ecclesiast. olim Hamburg., *Steno* (Nicol.) Episcop. Titiopolitan. & Vicar. Apostolic., *Stræck* (Joann.) è S. J., *Svaning.* (D. Joann.) Archi-Episc. Dan. ac Norvvag., *Tasfius,* (J.

Ca-

Carol.) Concionat. aulic. Philippi, Hass, Princip., in valle Philippina residentis, *Velthem.* (D. Valentin.) PP. Jenensis, *VVitzleben* (D. Georg.) PP. Hafniens.

Ex *JCtis* mihi incidunt

Balduin (Christian. Adolf.) Præfect. Elect. Saxon. Haynæ, *Van der Beeck* [Andrian.] *D. Biendorp*, (J. Pancratius,) *D. Bircken* (Sigismund) Com. P. Cæs. & Historiograph. *Bolling.* (David Michaël.) D.. *Buggerod* [Steph. Ludolf.) *Bütner* (J. Conr.) Consil. Arnstad., *Conring* [Herman.) D. PP. Helmstad., *Van Düren* [Jacob.) *von Eyben* (Hulderic.] Assess. Camer. Imper., *Fritsch.* (Ahasverus) D. Cancellar. Rudolstad., *Fries* (Detlev Marcus,) *Gronfeld* (G. Rudolf) D. Consiliar. Corb., Frid. Anton., D. Advoc. Padeborn., *Hoberger* (Simon) D. *Hornbach* (Anselmus) D., *Hummeling*, *Jacobs*, Consil. Saxo-Gothan., *Knüttel* (Ignatius] *Limbach* (J. Christoph.] L. B. & Elect. Brunsvic.] ad Comitia Ratisbonensia Legatus, *Leibnitz* (Gvilielm.) Consil. Elect. Brunsvic., *Ludolf* (Jobus) Cons. Cæs. & Saxonic, *Müller* (Petr.) D. Cancellar. Geranus. *Monheim* [Dav. Henr.) D., *Neumarck* (Georg.) Secret. Vinar, *Nessel* (Daniel) Consil. & Historiogr. Cæs., *Olear.* (Adam) Gottorpiensis, *Otto* (D. Jac. Divers. PP. Statuumque Consil., *Pfhal* (D. Bernh.) *Prasch.* Senator Ratisbon., D. *Pregitzer*, *PP.* olim Tubing., nunc Consil. aulic Stutgard., *Resenius* (D. Petr.) *PP.* Hafniens. *Reichart* [Georg.] *Ressling* (D. Herman. Ludov.,) *Rhun* (Carol. Elias D.) *Sarfeld* (D. Andr.] *Scheffer* (D. Joh.) Prof. Upsaliens. *Scavenius.* (Petr. D. PP. Hafn., *Schmär* (Ant. Christian D.) *Sperling* (D.

(D. Otto) Cons. & Prof. Reg. in Equeſtri Acad. Hafnienſi, *Stahlsſchmied* (L. Corn. Anton.) *Stieler* (Caſp.] Conſil., *Stoppel* (Martin. D. *Thulemar* (Henr. Günther.) S. Cæſ. & Reg. Maj. Daniæ Conſil., Com. Pal., Diverſorumqve rincip. Conſil. intim. *Warmer* D., *Weber* (Immanuel D.) Prof. Gieſenſis, *Wildvogel* (Chriſtian., PP. Jen. & Conſil. int. Saxo-Iſenacens., *Winckelman* (J. Juſt.) Cons. Brunſv. & Lyneb. ac Hasſiacus, *VVoldenberger* (Chriſtian) PP. Roſtoch. & Com. Pal. Cæs.

Ex *Medicis*, famâ & ſcriptis celebrioribus, nominentur tantum.

Ammon (C. Paul.] PP. Lipſiens. *Bachov.* (D. G. Henr.) Med. Aulic. Gothan. & Phys. ibid., *Bartholin* (Thom.] Archiat. & Prof. Hafniens., (Caſp. Th. F.] PP. Hafn., *Birling.* (Caſp. Theophil.,] D. Medic. Magdeburg., D. *Borrich* (Olaus) Prof. Reg. Hafn., D. *Camerarius* (Elias Rudolf.] Arhiat. Würtenberg. & Prof. Tubing., (D. Rudolf. Jacob) Prof. Tubing., *Cortnummius* (D. Juſtus) PP. Soræ Danorum, D. *Dahlborn* (Eſaias) Med. olim Batavus, *D. Damper* (Laurent.) Med. Belga, *D. Dolæus* (Joann) Conſil. & Archiat. Caſſellan., *D. Eyſel* (Joan. Philipp.] Anat., Chirurg. & Botan. PP. Erfurti, *D. Eyth.* (J. Ægid.) Divers. PP. Archiater & Pract. Hagæ, *D. Franck* de *Franckenau* [Georg.] Eques S. R. I. Conſil. & Archiat. Reg. Dan, (D. Georg. Frideric.,] Prof. olim Witteberg. nunc Medic. Hafniens., *D. Fehr* (J. Mich.] Prætor Imperialis Urbis Svinfurt. & Phyſic., nec non Acad. Nat. Curios. præſes ſecundus, D. *Felman* (Euſeb. Hieron.] *D. Fromman.* (J.

Chri-

Christian] Archiat. & PP. Goburg., *D. Garman* (Christian.Frideric.) Med. Chemnitiens., *D. Gisler* [Laurent.] *P*hysic,Brunsvic., *D. Gockel* (Eberhard) Archiat. Würtenberg. & Physic. Ulmens., *D. Hartmann*, *P*rof. Regiomontanus, *D.Hannæus* (Georg.) Prof. olim Otthiniæ in Fyonia, *D. Hanneman*, (J. Ludov.) *P*rof. Kilon., *D. Hagedorn*. (Ehrenfried] Arch. Elect. Sax. & Physic. Görlitz., *D. Heyland* (Mich.) PP. Giesæ, *D. Herford* (Marcus) Med. aulicus Hafn., *D. Heyseus*, Prof. Dantiscan., *D. Hoffstad* (J. Diteric.) Med. Elect. Heydelb., *D. Kelner* (David) Arch. Saxon. & Stolbergens., *D. Kölichen* (Casp.) *P*hysic. Hafniens., *D.Horst* (J. Dan.) Divers. *P*rincip. Arch, & *P*hys. Reip.Francof. ad Mœnum, D. Gregor. F., etiam divers, *P*rincip. Archiat. & Phys. ibid. *D.Ledel* (Samuel] Med. Görliz., *Ludovici* (Daniel) Arch. Sax. Gothan., *D. Lühr* [Gabriel] D. *Major* (J. Daniel] Prof. Kiloniens., *D. Meibom* (Henric.] PP. Helmstad., *D. Mercler*, [J. Christian.] *Mentzel* [D. Christian.) Consil. & Archiat. Elect. Brandenb., *Metius* (D. J. Mich.) Arch. Saxonic., *Moller* (D. Joan.] Med. Hamburg., D. *Muralto* (Joh.] Physic. Tigurin., *Muhrsted* [Dan. Conr. D.) *Patin* (D. Carol.] Eques D.Marci & PP. Patavin. P*eyer* (J. Conr.] Med. Scaphusanus , *Petri* [G. Christoph.) ab Hartenfels D. Arch. & Consil. Elect. Mogunt. & PP. Erfurt., *Rhodius* (Ambros.] Med. & Mathemat. Christianiæ in Norwagia, *Reisel* (Salomo) Arch. & Consil. Würtenb., *Riedlin* (D. Vitus] Phys. Augustan., *Rommel* (D. Petr.) Phys. Ulm. Svevor., D. *Rosenwald* [Georg.) D.

Sachs

Sachs (Phil. Jacob.) Phys. Uratislav., *Seger.* (Georg.) Arch. Reg. Polon. & PP. Gedan., *D. Schultz* (Sim.] Med. Thorunens, & Arch. Reg. Polon., D. *Schnefeld* (Jerem.) *D. Schopf* (Augustin.) *D. Schelhammer* (Günther. Christoph.] Prof. olim. Helmstad. & Jenens., nunc Kiliomens., & Archiat. Ducis Holsat., *Schmied.* (D. Jacob.) Archiat. Anhaltin., [D. J. Wilhelm) Physic. Lyneb. primar., L. *Scharf* (Benjamin) Archiat. *Princip*, Sondershusani, *Sommer*, (D. J, Georg.) Arch. Arnstad., D. *Schröck* (Lucas) *Phys*. August & Acad. Leopold. N. C. Præses modernus, necnon S. R. I. Nobilis, Archiat. & Com. P. Cæsar. *Strasberg* (Godofr. | Med. Hamburg., collect. novor. literar. Germ., *D. Tiling.* (Matthias) Archiat. Hassiac. & PP. Rintheliens., *Tralles* (D. J. Christ.) Med. Uratislav., *Treubler* (Frideric. D.) Med. Bergens. in Norrvvagia, D. *Valentini* (M. Bernh.) PP. Giesens., *Velsch* (D. Georg. Hieron.) Patritius & Med. Augustan., *VValhorn* (L. B.) Proto Medic. Cæs. Viennæ D. *VValler* Zachar.] Med. *Prussus*, *VValtschmied* (D. J. Jac.) Archiat. Hasso-Cassellan. & PP. Marburg., *D. VVedel* (Georg. Wolfgang.) Com. *P.* Cæs., Arch. Ducal. Saxon. & PP. Jenæ, *VVentzel* (D.] Direct. Gymn. Altenburg., *VVinckler* (D. Gotfried Christian.) Med. Elect. Brandenb. & Phys. Bregens., *VVolf* (D. Jac.) PP. Jenens., D. *VVurfbain* (J. Paul.) Arch. & Com. *P.* Cæs., S. R. I. Nobil., Phys. Norimb., & Ephemerid. Nat. Curios. Director.

Philosophos, Philologos, Poëtas & *Historicos* inter mihi hâc vice occurrunt:

Al-

Almer [Bonifacius) Ph. D., Chrysostomus *Abacher*, Abb. & Philosoph. M., *Bangertus* [Henric.) Rect. Gymnas, Lubecens., Abrah. *Blintz*, Historicus, *Buno* (Joann.] Gymn. Lyneb. Rect. olim, Georg. *Brutt*, ConRect., *Clauder* [M. Israel) PP. Coburg, (Casp.) *Critschius*, excellens Historicus, *Cypriani* [Ernest. Salom.) PP. olim Helmstad., nunc Direct. Gymn. Coburg., *Daxberger* [M. Elias) M. *Düstelberg* (Constantin.) Poëta insignis, *Funck* (M. Christian.]Gymn. Görlizensis Rect., *Glitscher* P. L. C., *Hank* (M. Martin.) Gymn. Elisabethani Uratislav. Rect. & PP., *Heckel* (J. Frid.] *Hess*. (Georg.) Rect. Gymn. Gothani, *Hilarius* (M. Georg.) PP. Hafniens., *Hoberger*, *Huber* (Georg) Music. & P.L.C. *Kempe* (M. Martin.) Historiogr. Elect. Brandenbr., *Kirchmeyer* (G. Casp.) PP. Witteberg., M. *Lindenberger* (Gregor.) *Lehman* (Petr. Ambros., Collector novor. literar. German. *Lubenitz* (Stanislaus) quem Theatr. cosmeticum Amstelod. edit. clarum reddidit, M. *Meyer* (Albert.] Gr. L. Prof. Soræ, Mollor [Dan. Wilh.) PP. Altdorfin., (Joan.,) Lycei Flensburg. Rector, *Nehring* (J. Christian] Rect. olim Scholæ Essendiensis, *Purgold*. [M. J. Sim.) Fac. Phil. Jenens. tunc Adj. nunc Concionat. aulic. & Past. in Altkirchen, *Pagedetz* (Henr.] Eloq. & Hist. PP. Rinthel. *Reyher*[M. Andr.) Gymnasiarcha Gotanus, *Reiskius* (M. Joann] Gymn. Wolfenbyttelens. olim Rect., *Ritthaler* (Mich.] Bibliothecar. Wolfenbyttelens., *Rosenberg*. (M. Joann.] Gymn. Budisfin. Rect., M. *Roth*, PP. Ulm. M. *Seinsheimer*, (Andr.] M. *Schlegel*) J. Christian. | Antiquar, & Bibliothecar. Arnstad., *Schurtz-*

fleiſch | Conr. Sam.| PP.Witteb.,*Stotter*.,*D. Sagittarius* (Caſp.)Hiſtoric.Ducal.Saxonic. & PP.Hiſt.jenæ, [*Tentzel* (Wilh. Erneſt.| Hiſt. Ducal. Saxon. nuper, nunc Reg. Polon. ab Archivis, *Weizius* | M.Hieron.| Prof, Eloq. Soræ, *Wengler* | J. Dan.] eximius *Philologus*, *Werner* [Ad. Frider. | Poëta, à *Zeſen* | Philipp, | Eques, & Com. *P*. Cæſ., *Poëta* celeberrimus. Addo novum dignitatis honorisq; magmentum. Ante ſeptennium,& quod excurrit,Illuſtris &Auguſtæ*Acad*.Cæſareo-LeopoldinæNaturæ Curioſorum Præſes D.*Lucas Schröck* &c. munus *Adjuncti* in laudatisſima *A*cademia ei demandavit. *Tanta*,infit,*ſunt tua merita, ut recenſere cuncta chartæ hujus anguſtia prohibeat. Agnoſcit inprimis ea A*cademia noſtra, *cui non minimam* ſplendoris ſui *partem acceptam refert. Placuit Tibi hactenus, contemto omnis laboris onere, aut propriæ valetudinis periculo, multis prodeſſe*, fideliter in *A*rgo noſtra promovenda, remum duxiſti, *non lucri cupidine, ſed virtutis amore, & Symbolum academicum, non tàm ad oſtentationem annulo comprehenſum geſtare voluiſti, ſed operâ indefeſsâ dignum te hactenus poſſeſſorem omnibus oſtendiſti. Et qvis dubitet,ejusdem te memorem* nunquàm otioſum *inpoſterum quoque futurum. Unde quam* nomine *A*cademiæ hujus noſtræ *jam Tibi confero A*djuncti *dignitatem*, in neminem digniorem poſſe derivari credidi. vv| Eò usqve procesſit veneranda ejus ſcientia, ut etiam cogitârit *Academiam pauperum* fundare. x| Coëant Eruditi ſinceriqve Viri, ſi Eccleſiam & Remp. ſalvam

cu-

vv| l. c.p. 688. x| p. I. Zeitkürtz. Luſt them. 139.

cupiant, faciant, quæ voluit, pignus dabo in hoc caput meum, inqve omnes fortunas meas, si non Christi Favente Præsidio optatum videant progressum. Adumbravit *Laureatum Ordinem Columbinum*, cujus finis nullus alius, quàm ut confœderati aliqui Docti & Boni curiosa & memorabilia, quæ prosunt ac delectant, & Deo hominibusqve placent in *Philosophia*, *Poësi* & Eloquentia, tàm in prosa, quàm in vorsa promant & divulgent. In ex cogitando & ordinando autem *Collegio Historico Imperiali* tantum ostendit ingenium, quod universa stupuit Teutonia. z| Ideo Magni Germaniæ Principes haud rarò consilia Ejus in perplexis dubiis Historicis & antiquitatibus clementissimè expetiêre, quæ etiam cordatè & fideliter solvit, Consiliarius omnium. Qvis enim hoc munere felicius fungi potest, quàm exercitatus Historicus, ipso fatente *Lohneisen*. a) Scripta Solertissimi Viri tàm edita variis in locis, putâ *Hafniæ*, *Lubecæ*, *Romæ*, *Amstelodami*, *Hamburgi*, *Stadæ*, *Florentiæ*, *Holmiæ*, *Norinbergæ*, *Jenæ*, *Lipsiæ*, *Giesæ Augustæ Vindelicorum*, *Francofurti ad Mœnum*, quàm B. C. D. adhuc edenda, si cuncta rectè notavi, hæc sunt. Et licèt non nesciam, CL. *Eccardum* excerptis suis menstruis anno MDCCI. Mens. Januar ea inseruisse, juvabit tamen eâdem hîc repetere. Edita sunt:

I. Laurus Poëtarum Magistra Hafniæ 1667. 4.

II. Scrutinium Physico-Medicum fontis S. Helenæ propè villam Tyswelte in ripa maris, Lubec. 1668. 4.

y| P. II. Zeitk. Lust th. 120. z| l. c. th. 174. a| L. II. c. 85. p. 197. a. der Hoff-Staats- und Regier-Kunst/

III. Dissertatio epistolica, complectens problema curiosissimum; an mors naturalis sit substantia verminosa? Viro super æthera noto, & verè *Athanasio Kirchero*, S. J. Theologo & Prof. Romano, inscripta. Rom. 1671. 4.

IV. Pygmæus *A*cademicus, seu select. epigrammat, Cent. tres. Hafn. 1671. 8.

V. Nordische Palm-Sprossen / oder allerhand geist- und weltliche Getichte / Lubec. 1672. 8.

VI. De sudoribus admirandis Dissertatio curiosa, Amstelod. 1676. 4.

VII. Dissertatio Botanica de *C*hamæmoro Norwagica, variis observationibus illustrata, Hamb. 1676. 4.

VIII. De famoso & ignivomo Islandiæ monte Hecla observation. physicæ singulares ibid. 1676. 4.

IX. D. Pauli *A*mmanni, PP. Lipsiens., Medicina *C*ritica seu Decisoria, ab innumeris Sphalmat. vindicata, inq; gratiam exterorum latinitate donata. Stadæ 1677. 4.

X. De Starcutero, famosissimo Ggnante Boreali, dissertatio curiosa ad Virum *C*eleberrimum D. *Nic. Stenonis*, Episcopum postea Titiopolitanum, & Vicar. *A*postolic., cujus curâ & impensis prodiit Florentiæ 1677. 4.

XI. De memorabili electione Regia Veterum Borealium disquisitio, variarum antiquitatum plena, Viro *C*elebratissimo J. Scheffero, Reg. Professori in antiquissima Universitate Upsaliensi, antea inscripta, Holmiæ 1677. 4.

XII. Cynographia curiosa, seu canis descriptio, multis

tis curiosis,raris, jucundis & stupendis Naturæ Artisq; observationibus, aliisqve utilibus curiositatibus, secretis & quæstionibus referta, Norinb.1685. 4.

XIII. Theatrum illustrium Corbeiæ Saxonicæ Virorum, Jenæ 1686. 4.

XIV. Discursus historico-politicus de Advocatis & Oeconomis monasticis ibid. 1686. 4.

XV. Bufo, juxta methodum & leges Acad. N. C. breviter descriptus, multisqve Naturæ & Artis observationibus, aliisqve utilibus curiositatibus refertus Norinb., 1686. 8.

XVI. Isibordi ab Amelunxen & Alex. de Insula, Monach. Corb. Saxon. Breviarium rerum memorabilium, complectens varias historias non minus jucundas, quàm utiles, è MS. erutas, & scholijs illustratas. ibid. 1686. 4.

XVII. Observationes Medico-Physicæ selectæ & curiosæ ibid. 1687. 4.

XVIII. Dissertatio curiosa de corvo excommunicato, ibid. 1687. 4.

XIX. Delineatio Imperialis Colegii Historici, à Sinceris aliquot Doctisqve Germanis gloriosè & feliciter fundandi, ad cordatos & Eruditos. 1687. 4. Recusa Altdorfi, Ratisbon. Viennæ, Plœnæ, & alibi.

XX. Observation. Med. Physic. selectar. & curiosar variis antiquitatibus historico-germanicis conspersarum fascicul. II. Norinb. 1688.

XXI. Sacra herba, seu nobilis Salvia curiosè descripta, selectisqve remediis & propriis observationib. conspersa. August. Vindelicor. 8.

XXII. Obſervation. Med. Phyſ. Decades duæ, Norinb. 1689. 4.

XXIII. *P*lures obſervationes Med. *P*hyſ. Ephemerid. Curios. paſſim innexæ, 4.

XXIV. Talpa, juxta methodum & leges Illuſtris Acad. Nat. Curioſ. deſcripta, variisqve obſervationibus & curioſitatibus conſperſa, Francof. & Lipſ. 1689. 12.

XXV. Cænarum Helena, ſeu Angvilla, juxta methodum & leges Illuſtris Acad. Natur. Curios. deſcripta, ſelectisqve obſervationibus & curioſitatibus condita. ibid. 1689. 12.

XXVI. Logographia curioſa, ſeu leporis deſcriptio, juxta methodum & leges Auguſtæ ac Imperialis Acad. Nat. Curios. adornata, ſelectisqve obſervationibus & curioſitatibus conſperſa, Auguſt. Vindelic. 1691. 8.

XXVII. De Monachis & monialibus, ſub unius *P*ræfecti cura, permiſsû Superiorum, multis ſeculis unà viventibus, epiſtol. ad Nob. Religios. & Erudit. Abb. *P*. à. K. Lipſ. 1691. 8.

XXVIII. Joach. Felleri, S. Th. Lic. & *P*. *P*. Lipſ. Diſſertatio ſolennis de Fratribus Kalendariis, cui hiſtoria ortûs & progreſsûs Colleg. Hiſt. Imperial. ſuccinctè præmiſſa & innexa eſt, notis verò illuſtrata & edita à C. F. *P*. ibid. 1692. 4.

XXIX. Lycographia curioſa, ſeu de natura & uſu lupi libellus ſingularis, isqve *P*hyſico-Hiſtorico-Medicus, ad normam Imperialis Acad. Leopoldinæ ſcriptus, vâriisqve obſervationibus & curioſitatibus fartus, Francof. ad Mœn. 1694. 8.

XXX.

XXX; De aſino libet Hiſtorico-Phyſico-Medicus, ad eandem normam A. N. C. ſcriptus, variisqve obſervationibus & memorabilibus conſperſus, ibid. 1695. 8.

XXXI. Zeitkürtzende erbauliche Luſt/oder allerhand auſſerleſene/ rare und curieuſe / ſo nütz-als ergetzliche/geiſt-und weltliche/ Merckwürdigkeiten/ zum vortheilhafftigen Abbruch verdrießlicher Langweil/und mehrerm Nachſinnen heraus gegeben/ Franckf. 1694. 8. erſter Theil/

XXXII. Kurtzer Bericht vom Anfang und bißherigen Fortgang des vorhabenden Hiſtoriſchen Reichs-Colegii, allen Patriotiſchen Liebhabern der teutſchen Hiſtorien heraus gegeben ibid. 1694. 8.

XXXIII. Diſſertationes hiſtoricæ Variorum Monaſteriorum Diverſi ordinis in Diœceſi Paderbornenſi, Monaſterienſi, Mindenſi, Moguntina & Ferdenſi, Originum, fundationum, dotationum, reformationum, jurium, immunitatum, antiquitatum, aliorumqve memorabilium interpretes, literis & bullis Pontificum, Cæſarum, Principumqve illuſtratæ & confirmatæ, Gieſæ 1694. 4.

XXXIV. Zeitkürtzender erbaulicher Luſt erſter Theil wieder vermehrt aufgelegt / Franckf. am Mäyn/ 1695. 8

XXXV. Derſelben ander Theil ibid. 1695. 8.

VI. Heilſame Dreck-Apotbecke/ wie nemlich
XXX mit Koth und Urin faſt alle/ja auch die ſchwer-

ste/ gifftigste Kranckheiten und bezauberte Schaden/ vom Haupt biß zun Füssen/ inn- und eusserlich/ glücklich curirt worden/ durch und durch mit allerhand curieusen / so nütz- als ergetzlichen/ Historien und Anmerckungen/ auch andern feinen Denckwürdigkeiten/ bewährt und erläutert ibid. 1696. 8.

XXXVII. Zeit kürtzender erbaulichen Lust driter Theil ibid. 1697. 8.

XXXVIII. Neu-vermehrte heilsame Dreck-Apothecke um ein merckliches verbessert ibid. 1697. 8.

XXXIX. Flagellum Salutis, das ist/ curieuse Erzählung/ wie mit Schlägen allerhand schwere/ langweilige und fast unheylbare Kranckheiten offt bald und wohl curiret worden / durch und durch mit allerley annehmlichen und lustigen Historien/ selbsteignen Anmerckungen/ auch andern feinen Merckwürdigkeiten bewährt und erläutert/ ibid. 1698. 8.

XL. Historia Isenacensis, variis literis & bullis Cæsarum, Bontificum , Principum , aliorumqve, nunqvam antea visis, illustrata & confirmata, nec non multis memorabilibus gratisqve curiositatibus consperса, ibid. 1698. 4.

XLI. Bussonis Watenstedii, Canonici Hamelensis, chronicon Mindense, è tenebris sordibusq; suis erutum, notisq; illustratum, annexis Wedechindi Duldorps Vicarii in eosdem Præsules, Poëmatibus ac Alberri Fryschmeds de Polle in effigies eorum distichis edit. ibid. 1698. 4.

XLII. Jacobi Reutelii, Past. Einbeccensis ad S. Alexandr. Hilleshemia, in Episcopis suis repræsentata ; cum

cum mantiſſametro vincta ejusd. argumenti, è tenebris ſordibusqve ſuis eruta, notis illuſtrata & edita ibid. 1698. 4.

XLIII. Acta & facta Præſulum Nuenborgenſium breviter notata ab AD. DCCCCLXVIII. ad A. D. MCCCCXCIII. & edita cum notis ibid. 1698. 4.

XLIV. Conrad. Evermot, *Presbyteri* Răzenburgici, chronicon Epiſcoporum Aldenburg. in Wagria, notulis illuſtrat. & edit. ibid. 1698. 4.

XLV. Chronicon Hüxarienſe à *Petro* Viſſelbeccio cœptum, à Gregor. Wittehenne, usqve ad A. D. MCCCCXCVIII. continuatum, cum additionibus M. Nicolai Erbenii, notis verò illuſtrat. & edit. ibid. 1698. 4.

XLVI. Chronc. cœnobii Virginum Otbergenſis ad Netham, congregationis quondam Ciſterc., nunc in valle Dei, familiæ Benedictinæ, variis bullis & literis *Pontificum*, *Principum*, aliorumq́;, multis memorabilibus, curioſis antiquitatibus, amœnisqve curioſitatibus illuſtratum, innexo minuto chronico MS. Henr. Svvartii ejusd. Monaſterii ibid. 1698. 4.

XLVII. *Chronic.* congregationis Badeslebiens., Marienbeck dictæ, Ord. Auguſt. Dioeces. Halberſtad., variis literis & memorabilibus refertum, ibid. 1698. 4.

XLVIII. *Parva* chronica Monaſterii S *Petri* in monte crucis ad Werram, Ord. S. *P.* Bened. compilatore Joann. Cræmer, *Præpoſito* Monialium S. Jacob. Ord. S. Auguſtin. cum notis *Paulli*nianis, ibid. 1698. 4.

XLIX. Breviarium Fuldenſe, in quo omnium Archi-

mandritarum ortus, potiora facta & obitus ad A. D. MCCCCLXXIX. breviter narrantur per F. Cornelium, cum succinctis Scholiis Paullinianis, ibid. 1698. 4.

L. Werneri Hackii de Comitib. Templimontanis in Thuringia chronica, variis literis notisqve aucta & illustrata ibid. 1698. 4.

LI. Anonymi Monachi Annales Corbeienses succincti, à prima fundatione, scilicet anno DCCCXV. usqve ad MCCCCLXXI, quos è MS. recensuit, subnexisqve notis illustravit ibid. 1698. 4.

LII. De Walone, Abbate Corbeiensi XV., ab Henrico *II.* Imp. per Meinwercum, Episcopum *P*adebornensem, officio & dignitate injustè privato A. D.M. XV. disquisitio emendatior & locupletior, ibid. 1698. 4.

LIII. Decretum Synodi Moguntinensis sub Luitberto Archi Episcopo A. D. DCCCLXXXVIII. convocatæ, in qua jura & immunitates Corbeiensium & Herefordensium solenniter confirmantur, variis discursibus, Cæsarum, *P*ontificumqve literis, aliisque gratis antiquitatibus, illustratum, ibid. 1698. 4.

LIV. De Advocatis monasticis exercitatio repexa, aucta & emendata, variisqve literis illustrata, ibid. 1698. 4.

LV. Christoph. Elschlebii de Brunsburgo carmen ad Wicboldum Corbeiensem anno MCLI. ibid. 1698. 4.

(Opuscula hæc à num. 40. ad num. 56. prodière Francofurti conjunctim, sub tit: Rerum & Antiquitatum Germanicarum syntagma.) LVI.

LVI. Gæographia curioſa, ſeu de Pagis antiquæ præſertim Germaniæ Commentarius, in uſum omnium Hiſt. & antiquitat. Germ. ſcrutatorum, ex variis Scriptoribus & tabulis collecta, ibid. 1698. 4.

LVII. Vita B. Waltgeri, illuſtr. Comit. Hereford. in Weſtfalia ultimi, è vetuſta membrana edit. ibid. 1699. 4.

LIIX. Hiſtoria nobilis ſecularisque Virginum Collegii Visbeccenſis, Diœces. olim Mindens., variis chartis Impp., Pontificum, aliorumqve, nec non diverſis memorabilibus, gratis antiquitatib., jucundisque digresſionibus illuſtrata & aucta, innexo Anonymi fragmento chronici ejusd. congregationis, ibid. 1699. 4.

LIX. Antiquitates Pagorum & Comitatuum Principatûs Anhaltini, ex antiquis & per-Illuſtribus rerum monumentis erutæ, & quàmplurimis Diplomat. nunquàm antea viſis illuſtratæ à Chriſtiano Knaut, M. D., & Archiat. Anhaltino, ibid. 1699. 4.

LX. Nochmals neu-vermehrte Dreck-Apotheke zum drittenmahl aufgelegt/ Franckf. 1699. 4.

LXI. De Jalappa liber ſingularis, ſecundum leges & methodum Imperial. A. N. C. ſcriptus, variisque obſervationibus, curioſitatibus & memorabilibus conſperſus, ibid. 1700. 8.

LXII. Philoſophiſcher Feyerabend/ in ſich haltende allerhand anmutige/ ſeltene/ curieuſe/ ſo nütz/ als ergetzliche/ auch zu allerley feinen nachtrücklichen discurſen anlaß gebende realien / und merck-

merckwürdige Begebenheiten in Leyd und Freud/ zum lustigen und erbaulichen Zeitvertreiber männglichen wohlmeinend mitgetheilet/ ibid. 1700. 8.

LXIII. Theriaca cœlestis reformata, secundum leges & methodum Imperialis Acad. Nat. Curios. descripta, multisqve rarioribus observationib. Medico-Physicis illustrata ibid. 1701. 8.

LXIV. De lumbrico terrestri schediasma, variis memorabilibus, curiositatib. & observationib. illustratum, Francof. & Lipf. 1703. 8.

LXV. Disquisitio curiosa: an mors naturalis (plerunqve) sit substantia verminosa? revisa, aucta & emendata, multisque raris, selectis & curiosis Dei, Naturæ, Artisque magnalibus, mysteriis & memorabilibus illustrata & confirmata, ibid. 1703. 8.

LXVI. De candore liber singularis, variis antiquitatibus, memorabilibus & curiositatibus illustratus, ibid. 1703. 8.

LXVII. Anmutige lange Weile/ das ist/ allerley rare und curieuse Aufgaben/ Fragen und Denckwürdigkeiten/ zu jedermans Nutzen und Ergetzung/ herausgegeben/ Franckf. am Mayn. 1703. 8.

LXVIII. Μοσχοκαρυογραφία, seu Nucis moschatæ curiosa descriptio historico-Physico-*Me*dica, multis rarioribus Naturæ & Artis observationibus, jucundis curiositatibus, & selectis memorabilibus illustrata & confirmata, Lipf. & Francof. 1703. 8.

Eden-

Edenda B. C. D. sunt:

I. Observationes *Medico-Physicæ* selectæ & curiosæ, centuriis *IV.* comprênsæ, cum figuris æneis. 8.

II. Herfordia Gloriosa, oder ausführliche Beschreibung des Frey Käyserlichen Weltlichen Stifftes Herford in Westfahlen/ mit Einrückung der von Selbigen erbaut- und vornehmlich privilegirter Stadt gleiches nahmens/ vom ersten Ursprung biß auf ietzige Zeit/ in zweyen Büchern vorgestellet/und/ zu jedermans ergetzlichem Nutzen/ mit vielen merckwürdigen Begebenheiten/ schönen Antiquitäten/ untadelhafften Päbst- Käyserlich- auch Fürstl. Privilegien/ und andern feinen Uhukunden/ mühsam und aufrichtig erläutert. 4.

III. Historie des Stifftes Hildeßheim. 4.

IV. Gloria Kirchbergica, das ist/ Historie des uhralt-Gräfflichen Haußes Kirchberg in Thüringen/was vor alte/ wohlbegütherte und ansehnliche Herrn solche jederzeit gewesen/wann/ wie/ und warum sie nicht nur zur Erb-Burggräfflichen Würde des Thüringer Landes/ sondern gar in Fürstl. Stand mehrmals erhöhet worden/ ingleichen von ihren rühmlichen Thaten/ Vasallen/ gehabten/ und noch habenden/ Herrschafften/ Schlössern/Wappen/ u. a. m. durch und durch mit allerhand schönen/ so nütz- als ergetzlichen/ Antiquitäten und Nachrichtungen bewährt und erläuter/4.

V. Variarum antiquitatum Septentrionalium fasciculus, 4.

VI.

VI. De Dextra libellus philologico - philosophico-*M*edico-Historicus. 8.

VII. Historia Ecclesiæ Eresbergensis, à Carolo *M.* primum in antiqua Saxoniæ fundatæ, 4.

IIX. Annales *I*llustris *M*onasterii Cellæ B. *P*aullinæ, in agro Swarzburgico, familiæ Benedictinæ, à primo ejus ortu usque ad occasum, per annos DC. fidâ manu descripti, multisqve rarioribus chartis, nunquàm antea visis, *I*mpp., Pontificum, Principum, Comitum &c. nec non variis memorabilibus, curiosis amœnitatibus, jucundis digressionibus, gratisqve antiquitatibus illustrati & aucti, 4.

IX. De Advocatia perpetua, seu custodia Lipsanorum S. Viti, gratiâ & autoritate Cæsareâ Corbeiæ Saxonicæ solenniter concessa, dissertatio, variis memorabilibus & curiositatibus conspersa. 4.

X. Annales Huyesburgenses, seu historia antiqui & inclyti *M*onasterii Huyesburgensis, Familiæ Benedictinæ, à prima ejus fundatione, ad hæc usqve tempora, per DC. annos, contexta, variisque Diplomatibus & bullis distincta, aliisqve curiositatibus & memorabilibus conspersa. 4.

XI. Volumen selectarum & curiosarum dissertationum *M*edico-Physicarum varii & rarioris argumenti, in Academiis olim scriptarum. 4.

XII. De Noctua liber Philologico - Physico - *M*edicus. 8.

XIVI. Syntagma Physico-*M*edicum, in quo tractatus de Lupo, lepore, bufone, asino, talpa, angvilla, & lumbricis olim editi, revisi & aucti conjunctim luci exponuntur. 4.

XIV.

XIV. Historia *I*nclyti quondam *M*onasterii *I*chtershusani in Thuringia. 4.

XV. Geistliches Uhrwerck/ darein einem Liebhaber JEsu/ bey jedem Glockenschlag/ zu allerhand sonderbaren erbaulichen Betrachtungen und gottseeligen Gedancken Anlaß gegeben wird. 8.

XVI. Teutsche Philosophie / und allerhand curieuse/ rare/anmutige/ ausserlesene / nützliche und ergetzliche Mathematische/ Geographische/ Ethische/ Politische / Phisicalische / Historische und dergl. Fragen/und Themata, samt derselben gründ-und deutlicher Erörterung / aus der gantzen Welt-Weißheit herausgezogen/ und in etlichen Büchern ordentlich vorgestellet. 4.

XVII. Philosophische Lust-Stunden/ mit allerley erbaulichen curiositäten und merckwürdigen Annehmligkeiten in frölicher Wonne zugebracht. 8.

XVIII. De Barba dissertatio curiosa, 4.

XIX. Curieuse Bauren Physica / 8.

Et quia sapiens ad omnem incursum munitus est, isque, non si paupertas, non si ignominia, non si dolor impetum faciat, pedem refert, sed interritus contra & inter illa it. b) Sic sanè Noster tot tantosque calumniæ, invidiæ, adversæque fortunæ ictus masculè excepit, ut sœpius miratus sim constantiam Viri. Stetit enim, monente *Seneca,* c) *sub quolibet pondere rectus*

b) Senec. ep. 69. c) ep. 71.

ctus : nulla res ipsum minorem fecit ; quicquid in hominem cadere potest, in se cecidisse haud est questus. Livori potius insultavit, quàm ut ab eo læsus succubuisset, satis gnarus, *Marium* semper clade majorem, d) & *Seleucum* damnis suis ditiorem redditum esse. e] Qvis *Lycurgo* major utiliorve Spartæ erat, ut ipsum oraculum nesciverit, an hominum Deorumve numero, aggregaret: ipsi tamen neqve vitæ sinceritas, neq; constantissimus erga patriam amor, neque leges salutariter excogitatæ auxilio esse poterant, quò minus infestos cives suos experiretur. Lapidibus enim sœpe petitus, aliquando furore publico ejectus, etiam privatus oculo, ad ultimum ipsâ patriâ pulsus est. Adde *Thesea*, aliosque apud *Val.Maxim*. f] O *quam indigna perpeteris, Phocion*, ajebat lacrymans *Emphyletus* : at *non inopinata,* respondit ille; *Hunc enim exitum pleriqve clari habuerunt Viri.* g) *Charondas,* Thuriorum Legumlator, calumniæ, seu falsæ criminationis convictos *myricâ coronatos* per urbem circumduci jussit, quò manifestè ad summum neqvitiæ gradum illos pervenisse civibus appareret. h) Cur autem *myricâ ?* ratio petenda ex *Plinio,* i) ubi eam steriles inter plantas infaustaqve ligna refert, quorum materia in domum illata difficiles partus fieri produnt, mortesqve miseras procurari, consentiente *Strabone*, k) qui subdit: sacerdotes Persarum, quoties diras diuturnas alicui imperecabantur, fasciculum virgarum *myricinarum* manibus tenuisse. Cur verò

d) Flor.L.*III*. c.21. e) Justin.L.*XXVII*.c.2. f) L.V. c.3.ext.num.1.seqq. g) Nep.in Phocion.c.4. h) Diod. Sicul.Bibl.L.*XII*. c.12. i) L. *XXIV*.c.9. k) L. *XV*.

verò *myricæ* ramum non in manus dederint, ſed eos *myricâ coronârint*, indicat *Diodorus*, l) quò manifeſtè ad ſummum improbitatis gradum eos perveniſſe conſtaret. Olim enim impudentisſimi quiqve & omnibus ſceleribus vitiisqve emancipati, omni pudore devorato, & decocto, ut ſua vitia publicè oſtentarent, *coronas* vel poſcebant, vel ſumebant, ut non minus ea ſuis maculis, quàm virtus ſuis inſignibus inclareſceret. Sed omnium notabile admodum pœnæ genus, quod Polonos uſurpâſſe *Cromerus* m) meminit de *Gnevosſio Dalevicio*, SubCamerario Cracovienſi, qui, ex publici decreto judicii, ſe mentitum eſſe, clarâ voce & *latratu* ſubter ſcamnum edito profeſſus eſt. Sed quid iraſcor livori? bene *Plaut.* n]

Mavelim mihi inimicos invidere, *quàm me inimicis meis*,
Nam invidere alij bene *eſſe*, *tibi* malè eſſe, *miſeria eſt*.
Qvi invident, egent, *quibus invidetur*, rem habent.

Citò etiam obſoleſcit gloria in ſordido hoſte, nec quicquam indignius eſt, qvàm conſumi eam, ubi non poteſt animosè oſtendi. o) Pesſima ſors, qvæ invidiâ caret, antagoniſta felicium. Licet verò tenerioris texturæ homo ſit Noſter, inſignis tamen librorum helluo eſt, qui ab ipſa pueritia usque in ſenium chartis totus impalluit, & tamen, Dei gratiâ, ὀρθοςάδιος man-

l) conf. Piccart. Dec. *VIII*. c. 10. m) L. XV. Hiſt. Polon. n) Truc. a. *IV*. S. 2. v. 30. ſeqq. o] Curt. L. *IX*. c. 6.

ſit, frugalitatis amantisſimus. Haud ſemel Ei ob latum memini Profeſſorium munus, & Spartam Ar chiatri, ſed ſuâ ſorte contentus, bene vixit, qui Dec vixit, Orbi, & ſibi, ab omni fuco & fumo, qui totum dementat mundum, alienus. Summa: *labore* & *candore* rem ſuam egit *Arion nunquàm otioſus*, ie. feliciter, ſicqve *liberavit ſe à morte*, ut nunc poſterâ laude creſcat recens. Vivit, dum vivit, *vanitatis & æternitatis* memor, *labore & cadore*: Sanctisſimum iſtud Husſæi Principis ſemper ei in ore & mente, idqve variorum ſcriptorum plerum A καὶ Ω eſſe voluit: *Adam putredo, & filius hominis vermis.* p) Totam vitam ſuam *labore & candore* conſtanter tranſegit, *Vigilans* & *Uranius*. Magnos homines *virtute* metimur, non *fortunâ*, q) & verum eſt iſtud *Senecæ* effatum, r) ajentis: *ſi voles veram hominis æſtimationem inire ac ſcire, qvalis ſit*, nudum *inſpice* (ut Noſtrum, parentibus orbatum, èqùe patria ſua abeundem,) *ponat* patrimonium, (ab aliis raptum) *ponat honores, & alia fortunæ mendacia, corpus ipſum exuat*, animum intuere, *qvalis qvantusqve ſit*, alieno, *an* ſuo, magnus. Nervosè igitur *Schopfius* in effigiem *Paullinianam*:

Sic eſt PAULLINI *facies: Vin' cetera?* prudens
Simplicitas celebrem *fecit in orbe* VIRUM.
Purâ mente *nitet: laudabit* dextra fidesqve;
Hinc labor & candor *tot monumenta ſtruunt*.

Haud ſemel riſi fatuitatem hominum, qui ſingulis ſchedulis & diſceptatiunculis ſuis prolixos titulos vel præ-

p) Jobi XXV. 6. q) Nep. in vita Eumen. c. 1. r) epiſt. 76.

præſigunt, ſubnectuntve. Atat, ſi rectè inſpicias, vix vitulo digni ſunt. Qvantò magis enarraſſe juvabit victurum nomen, *labore & candore* gloriosè à Noſtro obtentum. Sic

Candida Fama Perennat!

Sic *Vigil Uranius* vivet *candore, labore;*
Omnia dum fuerint, Svavis *Arion* erit.
Philoſophus purus, *Medicus,* nitidusqve *Poëta :*
Philologusqve ſagax, *Hiſtoricusqve* catus.
Cuncta ruunt, vaſtæ turres labuntur & urbes,
Sed *labor* & *candor* neſcit in orbe mori.
Scripta ferunt annos; & *candida famaperennat;*
Æternum ſcriptis ſe facit ipſe ſuis.



Errata.

PAg. 1. l. 14. gnarus p. 12. l. 20. Weên, p. 14. l. 20. translata p. 20. l. 17. dictu p. 22. l. 18. aurant p. 27. l. 7. datam p. 30. l. 20. Beverovicius p. 37. l. 24. nucleum p. 38. l. 9. calore p. 48. l. 17. colorem p. 51. l. penult. seposita p. 54. l. 13. graduum p. 57. l. 10. medulla l. 11. generoso p. 59. l. 13. juniperinum p. 61. l. 17. rhenan. l. 21. unc. p. 62. l. ult. saponis, p. 68. l. 11. mediæ p. 69. l. 5. Qvi p. 75. l. 17. ardente p. 81. l. 13. colent. p. 84. l. 9. gratissimæ p. 89. l. 3. potes p. 95. l. 12. devoret p. 99. l. 21. capitis p. 101. l. 6. cucupha p. 103. l. 12. amplas l. 19. lavaret, p. 112. l. 4. soporis p. 116. l. 19. cultelli p. 120. l. 4. præscripsit, p. 128. l. 6. annorum p. 133. l. 16. ebullierint p. 138. l. 4. maniæ p. 162. l. ult. gallina p. 174. l. 18. mansiles p. 188. l. 20. fermentatione p. 192. l. 22. antepilept. p. 207. l. 22. continuabat p. 208. l. 17. cunprimis p. 211. l. 15. leviter p. 212. l. 22. oppositionem p. 213. l. 20. vitalibus p. 215. l. 8. retrorsum p. 219. l. 1. rostro p. 220. l. 18. cephalica p. 236. l. 12. hæc p. 249. l. 13. ventriculi p. 254. l. 3. qvod l. 11. uncia l. 13. deterioris p. 258. l. 18. pingved. p. 273. l. 4. urina p. 279. in alleg. l. 2. poen. p. 280. l. 1. unus p. 285. l. 13. divinare p. 287. l. 15. Christianiæ p. 290. l. 1. avellan. p. 292. l. 1. expeditissimi l. 15. modo p. 294. l. 24. accelerârat p. 307. l. 4. corpore p. 315. l. 12. relationem p. 321. l. 3. panegyri p. 338. l. 1. cordis p. 348. l. 8. meditationes p. 385. l. 21. Comitis p. 394. l. 3. calido p. 399. l. 18. caniculæ p. 402. l. 23. adolescente p. 421. l. 11. balsamum p. 424. l. 6. saluberrimam p. 429. l. 20. balsamica p.

444.

444. l. 20. quidam p. 474. l. 15. Sylvatici l. 19. fuo perſedeo p. 490. l. 17. hypochondriorum p. 503. l. 8. agyrta anus p. 504. l. 12. habebat p. 512. l, penult. addidi p. 518. l. 5. dyſenteriis p. 524. l. 5. comparatur p. 525. l. penult. ante Veneris uſum p. 530. l. 10. reliqvias p. 546. l. 1. pro p. 549. l. 13. in p. 555. l. 12. attolli p. 566. l. 14. Trajanus p. 567. l. 15. depravatione l. 16. ſangvis p. 593. l. 4. crura p. 595. l. 2. precario p. 596. l. 21. meſenterio p. 602. l. 8. ſerum l. 14. iidem l. 15. diſcedentes p. 603. l. penult. at p. 616. l. 9. bilioſam p. 617. l. 24. rupturam l. ult. armato p. 625. l. 6. debitum p. 661. l. 14. qveat p. 671. l. 16. ſuum p. 680. l. 1. accepit l. 12. Trojano p. 682. l. 8. ſceleton p. 686. l. 10. an l. 15. del. diem p. 698. l. 14. ortu p. 700. l. 12. venter p. 706. l. 20. quadam l. 21. hac p. 725. l. 3. ex ſynonymia p. 726. l. 12. ſyrte p. 732. l. 9. latet p. 771. l. 4. pulvere l. 25. ſœvisſima p. 779. l. 10. indomitas mentes p. 781. l. 3. vomitui p. 782. l. 24. Variolam p. 786. l. 22. concederet p. 787. l. 1. pauculorum p. 817. l. 2. tumorem p. 821. l. 21. cremore p. 843. l. 11. acrimoniam l. 12. quandam p. 844. l. 16. infantum p. 845. l. 10. pungitivos p. 858. l. 21. tenuiorem.



